ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. LXXVI

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M-DCCCC.LXXXIV

An. et vol. LXXVI 4 Ianuarii 1984 N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Beato Maximiliano Mariae Kolbe, Sacerdoti professo Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Fons inexhaustas amoris, Pater, qui est in caelis, «sic ... dilexit... mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam » *(Io* 3, 16) ; idcirco et Filius unigenitus, qui venit in mundum, pariter « dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavi tatis» *(Eph* 5, 2), ac praeterea hoc nos docuit: «maiorem hac caritatem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis». *(Io* 15, 13).

Cuius divinae caritatis peculiari ratione participes, Sancti Martyres infinito Dei amore responderunt, qui, vitam suam ei offerentes, sanguinem profuderunt ut coram persecutoribus et mundo communionem suam cum Christo necnon fidem et virtutes religionis christianae testarentur. Eiusmodi intrepidum amorem in Dominum Iesum fratresque, una cum charismate singularis pietatis erga Immaculatam Dei Genetricem, Spiritus Sanctus animo Maximiliani Mariae Kolbe inspiravit, qui est gloria et lumen Poloniae, patriae suae, Ordinis Seraphici Fratrum Minorum Conventualium, quorum Regulam est professus, Ecclesiae, cuius mysterio et missioni penitus iungebatur.

Cum iam dies immineret, quo Beatorum caelitum honores ei decernerentur, Nosmet ipsi, munus Archiepiscopi Cracoviensis gerentes, in Synodo Episcoporum anni MCMLXXI, cuius partem habuimus, affirmavimus in vita huius Famuli Dei summam sui ipsius oblationem atque in morte plenam sui donationem eminere, exemplo sumpto a Christo Redemptore. Postquam vero a Paulo PP. VI, Decessore nostro rec. mem., die XVII mensis Octobris anno MCMLXXI in Beatorum album est relatus, Nos inter solemnia, quae novi Beati honori apud ecclesiam sedis Franciscalis *NiepoJcalanów* agebantur, laetantes asseruimus eius immolationem esse gloriosissimam victoriam ex odio par tam a Christo, magnam sane victoriam, quam homines per orbem terrarum admirarentur et Ecclesia pronuntiare gauderet.

Postquam autem e providentis Dei consilio supremum ministerium Pontificis Maximi, universae Ecclesiae praepositi, Nobis est creditum, curavimus amplius ut — sive cum Poloniam anno MCMLXXIX viseremus sive aliis oblatis occasionibus — Beatum Maximilianum Mariam Kolbe quasi signum spei, aetati nostrae divinitus datum, atque patronum horum temporum extolleremus. Hodie demum eundem Beatum gloria et nomine Sancti ornantes, ad summos eveximus honores, fore confisi ut homines futuris etiam saeculis in hac dignitate ei in terris delata deprehendere possent eximium testimonium fidei, quod generationi suae impertiit.

Maximilianus Maria natus est in oppido *Zdunska Wola*, intra fines dioecesis Vladislaviensis media in Polonia sito, die VIII mensis Ianuarii anno MDCCCXCIV eodemque die aqua baptismatis ablutus, nomine Raimundi ipsi imposito. E tranquillo convictu domestico, in quo ad christianam vivendi rationem erat informatus, anno MCMVII ad Leopolitanum seminarium Fratrum Minorum Conventualium transiit, ubi, secundi ordinis studiis absolutis, signa divinae vocationis ad vitam religiosam et sacerdotalem clarius intellexit. Ibi ergo, novitiatu peracto, die v mensis Septembris anno MCMXI votorum simplicium sponsione se Deo obligavit, nomine Maximiliani assumpto.

Ut religiosam et sacerdotalem institutionem compleret, Romam est missus, ubi ab anno MCMXII ad annum MCMXIX in Collegio Internationali sui Ordinis degit. Qua in sede curricula studiorum philosophicorum ac theologicorum frequentavit et in utraque disciplina doctoris gradum est consecutus. Simul vero singulari cum diligentia est annisus ut virtutibus christianis et religiosis illis penitus solidaretur, quibus verus filius Sancti Francisci Assisiensis et sacerdos aliis exemplo prae-

lucens evaderet. Cum die i mensis Novembris anno MCMXIV vota sollemnia profiteretur, nomini Maximiliani nomen Mariae adiunxit; sacerdos autem ordinatus est Romae die xxvin mensis Aprilis anno MCMXVIII.

Per idem tempus, doctrinis et re spirituali optime institutus, Maximilianus Maria altius perspexit et experiendo cognovit mysterium Christi, unde tota eius vita religiosa et sacerdotalis vigorem accepit. Didicit videlicet contemplari divitias gratiae, « qua (Deus) superabundavit in nobis in omni sapientia et prudentia notum faciens nobis mysterium voluntatis suae, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, in dispensationem plenitudinis temporum : recapitulare omnia in Christo, quae in caelis et quae in terra» *(Eph* 1, 8-10). Quod quidem mysterium ille, perspicacia in re theologica praeditus verbisque usus aptissimis, saepius postmodum scriptis suis exposuit, quibus primarium locum Christi in hominum historia et praesentiam Beatae Mariae Virginis, quae gratiam summe participavit et actioni redemptrici Verbi Incarnati arctissime est cooperata, affirmavit.

Didicit praeterea se ipsum, cum officii conscientia, in Ecclesiae vitam inserere, cuius missioni ardenter cupivit sociari ut — quemadmodum consueverat dicere — « omnia in Christo per Mariam Immaculatam renovaret ». Cuius fervoris primus veluti fructus fuit « Militia Mariae Immaculatae » , quam anno MCMXVII condidit; quae est pia consociatio fidelium, qui sibi proponunt vitam ducere christianam, cum Virgine Immaculata communione coniuncti, cui se devovent et cum qua studium et operam ad missionem salvificam Ecclesiae conferunt.

Maximilianus Maria, postquam anno MCMXIX in Poloniam rediit, mirabili cum animi ardore ministerium obiit sacerdotale, simulque peculiarem sibi apostolatus rationem est exsecutus, praesertim Militiam Mariae Immaculatae pervulgando ; ad quod efficiendum commentarios periodicos abunde adhibuit et mente ut « Immaculatam in domos inferret ut animae, ad Mariam se applicantes, conversionis et sanctimoniae gratiam adipiscerentur ».

Ut opus apostolicum, Dei munere manifesto provectum atque in obtemperatione moderatoribus Ordinis constanter exercitum, amplificaret, Maximilianus Maria anno MCMXXVII novam formam domus religiosae instituit, cui nomen dedit *Niepokalanéw* (cuius haec est interpretatio: «Oppidum Immaculatae»), ubi vitae religiosae et navitatis apostolicae exemplum et animatorem se praebuit; scilicet auctor fuit Franciscalis communitatis, quae sodalium numero continenter augescebat munerique apostolico acriter insistebat. Cui quidem haec

verba, peculiaris mandati instar, proposuit: ((Per Mariam Immaculatam ad Sacratissimum Cor Iesu)).

Servus Dei, praecelsum expetens opus missionale — ad quod suscipiendum flagrantissima pietate erga Mariam Immaculatam ac desiderio «ut omnes animae ei se devoverent», movebatur — anno MCMXXX in extremas partes Orientis se contulit, in urbe Nagasakio, intra fines Iaponiae, sedem collocans, ubi eidem se dederet operi. Ibi ergo anno MCMXxxi domum religiosam aedificavit, nomine *Mugenzai No Sono* (cuius vis est « Hortus Immaculatae ») appellatam, in qua, eo moderante, vita vigescebat similis illi, quae in loco *Niepokalanów* f ervebat; quod potissimum fiebat ope commentarii marialis, qui in vulgus edebatur quemque Episcopus dioecesis cum laude dixit animos incendere multisque probari.

Anno MCMXXxvi Maximilianus Maria in patriam revertit ut iterum operibus praeesset in « Oppido Immaculatae » seu *Niepokalanów* institutis, moderatoribus vocantibus obsecutus et voci Dei obtemperans, qui arcano consilio bonitatis suae ei munus mandavit vitae impendio amorem in Christum fratresque testandi tempore calamitosissimo historiae Poloniae et mundi, violento odio et caede fraterna dilacerati. Postremis annis illis vir Dei vigiles curas impendit formandis animis sodalium et candidatorum ad statum religiosum, incremento augendis — ad rationem artis technicae cultusque humani — operibus eiusdem sedis marialis atque etiam recto ordine aptoque nexu disponendae « Militiae Immaculatae », iam per multas regiones orbis terrarum diffusae. Simul existimatio vitae sanctae, quam ducebat, in dies augescebat, cum eximiae eius virtutes religiosae et sacerdotales essent in aperto.

Mense tamen Septembri anno MCMXXXIX saevissimum bellum, ex ideologia vesana, homini reique christianae infensa, coortum, pro dolor, Poloniae ingruit. Unde factum est ut ea regio invaderetur, fides christiana afficeretur persecutione, dignitas humana opprimeretur atque libertas. Etiam sedes marialis *Niepokalanów* est petita propter nota opera, quibus fides firmaretur. Itaque die xix mensis Septembris eodem anno Maximilianus Maria eiusque sodales, qui cum eo poterant manere, deportati sunt in campum loci *Arntitz,* ubi in custodia haberentur. Ibi captivus tres menses transegit, christianum perhibens testimonium.

In libertatem ad tempus restitutus, Famulus Dei una cum fratribus in sedem *Niepokalanów* rediit; ubi, dum bellum f urit atque

atrocitates et interneciones augentur, ille, inflammatus caritate, summa ope nitebatur prófugos, saucios, aegrotos, indigentes cuiusvis generis, sive Christianos sive Hebraeos, recipere et adiuvare.

Mense Februario anno MCMXLI iterum comprehensus, primo in carcerem Varsaviensem, cui nomen *Pawiak*, est inclusus, deinde in campum captivis custodiendis ad oppidum *Oswiçcim* situm deportatus.

Eo in loco, quem horror inhabitabat et in quo homines infandis doloribus cruciabantur, servus bonus et fidelis amorem erga Deum et fratres modo constantissimo ac purissimo ostendit : concaptivis, quibuscum acerbitates custodiae et oppressionis communicabat, solacium fidei et spei atque veniae et amoris praebuit exemplum, unde fastigium virtutis christianae, heroum more exercitae, attigit. Persecutoribus se sistens, fortis in fide et caritate incensus rogavit ut sibi liceret se ad mortem offerre loco humilis patris familias, iniqua ultione supplicio crudeli destinati. Quibus precibus admissis, Maximilianus Maria in cellam est inclusus, ubi captivi fame vexabantur : egregie testans Christi caritatem, qua odium superatur et homines fraterno foedere inter se coniunguntur. Qua in cella Famulus Dei, postquam per duas hebdomadas fratres, una secum damnatos, ad fidem spemque erexit, vitae suae immolationem Deo factam iterans, mortuus est ex iniectione, acido phoenico confecta, die XIV mensis Augusti a. MCMXLI, pridie sollemnitatem Assumptionis Beatae Mariae Virginis.

Eo loco et morte illa, heroum in modum suscepta, praestantes virtutes sunt comprobatae, quas Maximilianus Maria Kolbe, dum vivebat, assidue coluit, praesertim eae, in quibus notae peculiares illius veluti nuntii effulgent, quem ipse dat hominum generi.

Perfecta caritas, qua ductus totum se Domino eiusque servitio mancipavit, summam fidelitatem erga vocationem suam servans et apostolico studio ardens, necnon eius immolatio vitae signum mirabile efficiunt victoriae fidei et amoris Christi, qua malum, quod est in mundo, vincitur, eaeque haec verba, quae scripsit, confirmare videntur : « Totum terrarum orbem iungemus Sacratissimo Cordi Iesu ope flammae amoris ».

Pietas et perspicientia fidei, quibus in mysterio Christi mysterium Immaculatae Conceptionis Mariae contemplabatur et amorem in eam alebat ,eius se prorsus famulatui dedens, etiam post illius mortem coram hominibus universis in lumine ponunt munus singulare, quod Matri Christi et Matri Ecclesiae creditum est in opere Redemptionis.

Caritas magnanima erga singulos universos, quam Maximilianus Maria exercuit in vita et in morte — congruenter proposito suo vere

evangelico : « Da te ipsum aliis » — humanam familiam semper docebit odium destruere, soli amori vim inesse, quae bonum pariat atque salutem.

Fama sanctitatis vitae et mortis, animo strenuissimo susceptae, qua Maximilianus Maria Kolbe enituit, cito in Poloniam orbemque terrarum est pervagata, ita ut mox visum sit expedire causam agi de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis. Itaque processus informativi, qui dicuntur, de fama sanctitatis Famuli Dei potestate ordinaria sunt instructi. Postquam aliae etiam res, lege canonica praescriptae, sunt absolutae, processus apostolici de virtutibus theologalibus et cardinalibus aliisque virtutibus moralibus conexis sunt subsecuti ; quas Paulus PP. VI, Decessor Noster, lato decreto die xxx mensis Ianuarii anno MCMLXIX, ab hoc Servo Dei heroum more exercitas esse declaravit.

Deinde in coetibus praeparatoriis et in Congregatione Generali pertractata est quaestio de duobus miraculis, quae eodem deprecante peracta esse ferebantur. Qua ad exitum perducta, praedictus Pontifex Maximus Paulus VI die xiv mensis Iunii anno MCMLXXI edixit : « Constare de duobus miraculis, Venerabili Servo Dei Maximiliano Kolbe intercedente, a Deo patratis, nimirum : instantaneae, perfectae constantisque sanationis Angelinae Testoni ab ileite stenosanti et perivisceritide chronica cum syndrome subocclusiva in subiecto pulmonaria tuberculosi affecto ; et de altero, nimirum : instantaneae, perfectae constantique sanationis domini Francisci Luciani Ranier a gravi statu toxico-infectivo, qui consecutus est amputationem coxae atque trunci cruris infectionem, effectam ob gangraenosum inferioris artus dexteri processum, exortum ex obliteranti endoarteritide arteriosclerotica multiplici ».

Omnibus ergo, quae rite servanda erant, perfectis, idem Summus Pontifex Venerabilem Maximilianum Mariam Kolbe die xvn mensis Octobris anno MCMLXXI in Patriarchali Basilica Vaticana, inter Missarum sollemnia, in Beatorum album ascripsit.

Exinde cultus Beati Maximiliani Mariae etiam celerius diffundebatur, quippe qui foveretur fiducia in eius deprecatione collocata, desiderio ac proposito multorum fidelium eius exempla sectandi, communi admiratione mortis eius gloriosae, quae merito mors martyris Christum testati habebatur. Simul vero multiplicia vota nobis sunt significata et supplices preces adhibitae a fidelibus et institutis ecclesiasticis ut Beatum Maximilianum Mariam Sanctum pronuntiaremus. Qua in re peculiare momentum tribuendum erat postulationibus Populi Dei, praesertim Fratrum Nostrorum in Episcopatu, sive Poloniae sive

Germaniae, quibus rogati sumus ut Maximilianum Mariam Kolbe inter Sanctos annumeraremus addito Martyris titulo.

Quapropter, postquam eiusmodi vota et supplices preces necnon relationes Sacrorum Curiae Romanae Dicasteriorum, ad quae res pertinebat, coram Deo consideravimus, die xix mensis Ianuarii anno MCMLXXXI dispensavimus « a praescripto canonis 2138, § 1, Codicis Iuris Canonici », haec verba subiungentes : « ita ut ad Canonizationem Beati Maximiliani Kolbe, sacerdotis professi O. F. M. Conventualium, absque miraculis, quandocumque celebrandam deveniri possit», atque in Sacro Consistorio, die xxiv mensis Maii eodem anno celebrato, statuimus Beatum Maximilianum Mariam die x mensis Octobris anno praedicto in Sanctorum caelitum album referre.

Hoc igitur fausto die, maxima cum animi Nostri et universi Populi Dei laetitia, in area ante Petrianam Basilicam patente — quo ex omnibus partibus orbis terrarum, praesertim vero e Polonia, Italia, Germania, Iaponia, America septemtrionali, pietatis causa peregrinatores convenerant et ubi multi S. R. E. Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Praelati Curiae Romanae aderant — Nos precibus obsecundavimus Venerabilis Fratris Nostri Petri Cardinalis Palazzini, Praefecti Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, qui Nos oravit ut Beato Maximiliano Mariae Kolbe Sanctorum Caelitum honores decerneremus. Itaque, postquam auxilium omnium Sanctorum imploravimus ac Divino Spiritui adhibuimus preces, vi Supremi Ministerii, quo fungimur ut Universae Ecclesiae Magister et Vicarius Christi in terra, haec declaravimus atque decrevimus :

« Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatum Maximilianum Mariam Kolbe sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eum in universa Ecclesia inter Sanctos Martyres pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».


Quibus prolatis vocibus item praecepimus ut hae conficerentur expedirenturque Litterae Decretales. Gratias autem ut egimus Nos Deo una cum praesentibus utque sermonem habuimus de novensili Sancto ipsiusque mirandis virtutibus et operibus, caeleste eius primi invocavimus patrocinium et augustiore ritu divinum sacrificium ad

eius pariter honorem perreximus facere. Quapropter omnibus, quae investiganda et ponderanda fuerant, accuratissime peractis, singula ea quae supra memoravimus, iam nunc toti Ecclesiae patefacimus, mandantes ut harum Litterarum exemplis et locis, etiam typis editis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque impressis, eadem prorsus fides habeatur, quae his ipsis tribueretur, si quando deinde exhiberentur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decima mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

Ego IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*



Loco ß3 Plumbi
In Secret. Status tao., n. 112622.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

TORITENSIS

Detractis nonnullis territoriis a metropolitana Ecclesia Iubaënsi, nova conditur dioecesis Toritensis appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius spirituali bono atque regimini Christifidelium intra fines archidioecesis Iubaensis in Sudania degentium provideretur, Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide negotiis praepositi, re mature perpensa auditisque eorum quorum interest votis, censuerunt nuper, nonnullis detractis ab eadem Ecclesia territoriis, novam condendam esse dioecesim. Nos igitur, qui omnia consilia et curas eo conferimus ut Evangelium Domini ubique terrarum expeditius possit propagari, talem sententiam ratam habentes, haec summa Apostolica Nostra decernimus potestate. Ab archidioecesi Iubaënsi distrahimus territoria districtuum civilium qui vulgo Torit et Kapoeta nuncupantur, ex iisque novam condimus dioecesim *Toritensem* appellandam, quam metropolitanae Ecclesiae Iubaënsi subicimus atque iurisdictioni Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatoine seu de Propaganda Fide obnoxiam facimus. Praeterea episcopalem sedem in urbe « Torit » poni, cathedram vero in eiusdem urbis templo collocari iubemus, quod simul ad cathedralis gradum atque dignitatem attollimus. Haec quae praescripsimus ad exitum perducet Venerabilis Frater Ioannes Moretti, Archiepiscopus titulo Vartanensis atque in Sudania Pro-Nuntius Apostolicus, vel ab eo delegatus sacerdos, factis nempe necessariis facultatibus. Re autem acta, documenta exarentur sincerisque exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide cito mittantur. Has denique Apostolicas Litteras sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die secundo mensis Maii, anno Iubilaei Recuperatae Salutis millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 115031.

II

INTERAMNEN. NARNIEN. ET AMERINA

Dioeceses Interamnensis Narniensis et Amerina aeque principaliter coniunguntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam ipsum statuit Concilium Vaticanum Secundum ut firmiore consilio dioeceses per orbem terrarum coniungerentur aut seiungerentur, quo nempe plenius certiusque prospiceretur spiritali commoditati Christifidelium in eis degentium faciendum omnino est visum ut de communitatibus Ihteramnensi Narniensi et Amerina tale quiddam susciperetur, cum priores binae iam plures annos iure cohaereant Amerina vero diutius concrederetur Administrationi Apostolicae ipsius Ordinarii Interamnensis et Narniensis. Exceptis igitur sententiis locorum Ordinariorum Conferentiae Episcopalis regionis Umbriae, quorum scilicet maximi intererat, atque perspectis consiliis Venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecti, et suppleto consensu quatenus opus erat, eorum ad quos res pertinebat aut ad se rem pertinere qui censebant, Nos pro apostolicae potestatis Nostrae plenitudine harumque Litterarum virtute sic inter se cathedrales ecclesias Interamnensem, Narniensem et Amerinam aeque principaliter devincimus ut unus idemque sacrorum Antistes cuique communitati praesit atque ipse Episcopus Interamnensis, Narniensis et Amerinus simul existimetur re veraque sit; qui deinde

Praesul sacer beneficia unius dioecesis presbyteris alterius communiter conferre possit. Decreta autem haec Nostra ut rite in effectum deducat, Venerabilem Fratrem Bartholomaeum Sanctum Quadri Archiepiscopum Mutinensem destinamus, cui facultates necessarias et opportunas tribuimus etiam subdelegandi, ad negotium de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, imposito simul onere ad Sacram Congregationem pro Episcopis quam primum transmittendi verum exemplar actus ita factae exsecutionis. Contrariis quibusvis rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo tertio mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

© **SEBASTIANUS** Card. B **AGGIO**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi
In Secret. Status tab., n. 116^58.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Abbatiale templum in loco Stams intra fines Oenipontanae dioecesis situm ad dignitatem Basilicae minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Merito celebratur abbatiale templum, quod, in loco Stams intra fines Oenipontanae dioecesis situm, antiquitate, amplitudine, artificiosis operibus, maxime vero religione commendatur. Quae quidem ecclesia, Beatae Mariae Virgini in Caelum assumptae et Sancto Ioanni Baptistae sacra, una cum continenti monasterio Sacri Ordinis Cisterciensis anno MCCLXXIII est condita a Meinardo II, comite Tirolis; ubi et sepulcra principum eius regionis exstant. Ab initio Romanico architecturae genere illustris, deinde saeculo xvin veste baroca, ut aiunt, induta, operibus affabre factis, praesertim statuis ligneis, illa ornatur. Viget ibi pia animorum ala-

critas, qua in re memorandus est etiam cultus insignium quarundam reliquiarum. Quoniam autem anno proximo saeculum octavum ab eadem ecclesia dedicata sollemni ritu recoletur, Venerabilis Frater Reinoldus Stecher, Episcopus Oenipontanus, vota expromens abbatis et familiae monasticae Stamsensis aliorumque sacri ordinis virorum necnon populi fidelis, Nos rogavit ut templum illud ad dignitatem Basilicae Minoris evehéremus. Nos vero cupientes ut, eiusmodi honore tributo, monachi illi ad lucra Christi impense quaerenda confirmarentur et universe studium pietatis accresceret, his precibus libenter obsecundare statuimus. Itaque, iis probatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino hac de re censuit, placet abbatiale templum Stamsense in Basilicis Minoribus annumerari, factis iuribus et privilegiis talium ecclesiarum propriis, dummodo servata sint ea quae per Decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII editum, observari iubentur. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xviii mensis Martii, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 107100.

II

Beata Maria Virgo titulo « Nossa Senhora Mae da Divina Graça » nuncupata principalis apud Deum Patrona dioecesis de Ponta Grossa in Brasilia confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Constat Christifideles in Brasiliae regione, quae Paranensis vocatur, degentes Beatam Mariam Virginem titulo « Nossa Senhora Mae da Divina Graça » invocatam egregia pietate colere ac peculiari quidem cultu venerari. Qua re ductus Venerabilis Frater Geraldus Micheletto Pellanda, Episcopus de Ponta Grossa, Auxiliaris sui necnon cleri populique excipiens vota, electionem Beatae Mariae Virginis titulo, quem diximus, nuncupatae in Patronam principalem apud Deum eiusdem dioecesis rite probavit atque, datis litteris die **II** mensis Iunii hoc anno, petivit ut electio et approbatio huiusmodi ad normam « Instructionis de Calendariis par-

ticularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis», n. 30, confirmaretur. Nos igitur enixas cupientes preces exaudiré, comprobatis iis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis a Nobis facultatibus, hac in re egit, de plenitudine Apostolicae Nostrae potestatis, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem titulo «Nossa Senhora Mae da Divina Graça» invocatam principalem apud Deum Patronam dioecesis de Ponta Grossa confirmamus, omnibus adiectis iuribus et liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus nunc et per saecula habeant, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXV** mensis Iulii, anno Iubilaei Reparatae Salutis **MCMLXXXIII**, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. IWfil.

ALLOCUTIONES

I

Ad quosdam Australiae sacros praesules occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.

Bear Brothers in~the episcopate,

1. In this hour of collégial unity, I welcome you with deep affection in our Lord Jesus Christ. In you I greet the whole ecclesial community in Australia and express my admiration for what God has accomplished in your land over the past decades. I express the gratitude of the universal Church for the profound attachment of your people to the Catholic Faith, to the Church, and, in particular, to the Eucharist. I evoke with révérence and praise the many charitable activities performed in the name of Jesus Christ by a vital part of his Church. I thank you and your people and ali who have gone before you for everything you have done to consolidate the Church

*** Die 2 m. Iulii a. 1983.**

of God in your midst. Two mighty instruments of the apostolate and of God's grâce have been *the parish* and *the Catholic school* in Australia. Please God thèse providential institutions will remain strong and effective for générations to come. In thèse and in many other ways, the Bishops have worked tirelessly, together with the priests, Religious and laity, to spread the Kingdom of God and to proclaim the Lordship of Jesus Christ. In so many différent situations the Bishops of Australia have shown themselves to be true pastors of their people. Among such situations one may mention the great efforts being made to help the many families suffering from the présent grave problem of unemployment. These efforts I praise and encourage. At the same time, we have to remember that it is not material help alone that is needed : it is spiritual solidarity with the deprived that counts for far more. In this respect I would also add a word of praise for what is being done to meet the needs and special problems of the descendants of the first inhabitants of your vast Continent. May the special programmes already in hand be quickly brought to fruition.

2. There is one special aspect of your pastoral mission that I would like to reflect on with you today. It is *the preaching of the Gospel,* which according to the Second Vatican Council occupies a pre-eminent place among the principal duties of Bishops.[1] This role is principal and pre-eminent precisely because Jesus said to his Apostles : "Go, therefore, make disciples of ali nations... and teach them to observe all the commands I gave you".[2] As Bishops we are called upon *to proclaim Christ:* to preach Jesus Christ as Lord; to proclaim him as the fullness of Révélation; to proclaim his word as light and strength for our people; to proclaim the need to accept Jesus Christ—the need for every individuai to give the personal response of faith to the Father who reveáis himself in his Incarnate Word. . . . .

Today we commemorate together the *command* of Jesus to the Apostles : to preach the Gospel. At the same time we recali his unfailing *promise:* "And know that I am with you always; yes, to the end of time".[3] We are in effect emphasizing the profound mean-

[1] Cf. ***Lumen Gentium,*** **25.**

[2] ***Mt*** **28:20.**

[3] ***Mt*** **28:20.**

ing of our episcopal ministry—what we are called to do, who we are meant to be. We are celebrating our identity as Bishops of the Church of God, united in a collégial act of confidence, joy and fresh résolve. We cannot emphasize too strongly the *pastoral responsibility of Bishops* to be heralds of the Gospel, authentic teachers of the faith and "stewards of the mysteries of God".[4]

On my part I am grateful to you for everything you have done and will continue to do in this regard. In particular I would mention your efforts to bring to your people the teaching of *Familiaris Consortio,* which is in effect the application of the word of God as it touches the Christian family. In the past you have made concerted efforts to proclaim the dignity of life and to expose the evil of abortion : other ethical problems which cali for your constant vigilance are current trends in genetical expérimentation, and also the question of the care of the old and respect for their life. You must never cease to point out that any législation that permits abuses in these matters is not a solution to the problems of society and is an affront to the dignity of the human person.

Through your Committee for Education, you have addressed the vital issues of handing on the faith. For these and for so many other efforts on behalf of the Gospel, I thank you, Venerable Brothers, with ali my heart.

3. In reflecting on our ministry at the service of God's word, we are struck by the awesome responsibility that has been given to us : *to see to it that the faith is rightly transmitted* to our people. Henee our main endeavour is to proclaim the word of God, which is at the basis of all faith. In the words of Saint Paul: "Faith comes f rom what is heard, and what is heard comes by the preaching of Christ".[5] The Lord Jesus, who commissioned us to teach and preach, calis us to présent his world in all its fullness, and to emphasize its power to save humanity. The Gospel is indeed "the power of God for salvation to every one who has faith".[6] And because the Gospel contains the saving power of God, we must présent the Gospel in ali its implications and with ali its demands. We must transmit it to future générations in ali its purity.

[4] ***1 Cor* 4:1.**
[5] ***Rom* 10:17.**
[6] ***Rom* 1:16.**

In this con text we see the capital importance of the Church's mission and of *our own episcopal mission to evangelize.* There is no doubt about it : the Church finds her identity in evangelizing—and so do we Bishops find ours. Each of us is called to be a living sign of the Jesus who says : "I must proclaim the Good News of the Kingdom of God... because this is what I was sent to do".[7]

4. In the whole process of evangelization there is that very remarkable aspect or "moment" of *catechesis.* The aim of catechesis is to mature the initial faith of believers and to bring them to a deeper and more systematio knowledge of the person and the message of our Lord Jesus Christ.[8] Such an aim deserves the full attention of ail Bishops as pastors and teachers of God's people, as "the catechists par excellence".[9] It is supremely significant that my Predecessor John XXIII, addressing the Bishops of the world on the opening day of the Second Vatican Council, clearly and succinctly spelled out the CounciFs purpose, saying: "The greatest concern of the Ecumenical Council is this : that the sacred deposit of Christian doctrine should be more effectively guarded and taught".[10] This was *the greatest concern of the Council,* and it should be our greatest concern as Bishops in the postconciliar Church : "That the sacred deposit of Christian doctrine should be more effectively guarded and taught".

This concern of ours expresses itself both in zealous support of improved catechetical methods and in constant vigilance to maintain the full content of revealed faith as proclaimed by the Church.

The *content of catechesis* is the content of evangelization and it necessitates a full Christian initiation, which is linked with the whole liturgical and sacramentai activity of the Church. In communicating through catechesis the living mystery of God, the Church calis for an ever greater commitment to Christian living "in spirit and truth".[11] The Creeds of the Church, and in particular the Creed of the People of God, are sure points of référence for the content of catechesis. The perennial relevance of the Ten Commandments and

[7] *Lh* 4:43.

[8] Cf. *Catechesi Tradendae,* 19-20.

[9] *Ibid.,* 63.

[10] Discourse of 11 October 1962.

[11] *Jn* 4:23.

the implications of the Our Father are for ever linked to an effective catechesis of the Christian people; they are indeed at the core of catechesis. The characteristic of genuine catechisms are those mentioned in *Catechesi Tradendae:* fidelity to the essential content of Révélation and up-to-date methodology which will be capable of educating the Christian générations of the future to a sturdy faith.[12]

5. It is precisely as teachers of the faith, as pastors who personally proclaim the Gospel in word and sacrament, that Bishops cooperate with the Holy Spirit in forming an evangelizing and catechizing people, endowed with the enthusiasm and dynamism of the Catholic laity. Much remains to be said about the laity and their shared responsibility for the proclamation of the Gospel. But it is very important to stress the fact that the proper actuation of the laity's charism in this field is intimately linked to the Bishops' personal, principal and pre-eminent role of preaching the Gospel. The *effectiveness of ali the différent teaching roles* within the ecclesial community *dépends on the effective exercise of the Bishops' charism* in union with the Successor of Peter.

Through the Bishops' charism, the priests are strengthened in faith and confirmed in their own ministry of the word, as are the theologiae in theirs. Through the Bishops, the genuine Catholic Faith is transmitted to parents, to be passed on to their children. *Teachers and educators* at all levéis can receive *the guarantee of their own faith only through the Bishops.* Ali the laity bear witness to that purity of faith which the Bishops work strenuously to maintain.

In the pure and undiluted faith preached by the Bishops is found the full power of God's world. This power of God's word is the answer we give to ali the forces of secularization and de-Christianization in the world. The power of God's word is the contribution we make to the young people of today's world : it gives them their greatest reason for hope. The power of God's word is what we offer as an act of pastoral love to our people. *To communicate the power* of God's word is the very reason we are Bishops ; it is why we were sent.

Venerable and dear Brothers, I am close to you in this exacting but exhilarating mission that is your s. In expressing my own pastoral love for ail those whom you serve and for ail those who collaborate with you, I would like to quote what you yourselves commissioned

[12] **Cf. No. 50.**

to be written a few years ago in the document entitled "We Preach Jesus Christ as Lord" : "Our message is not an easy one, but it is a magnificent charge. The message we have been sent to proclaim ìs not human wisdom but the wisdom of God *(1 Cor* 1, 24). No new knowledge acquired by men can transcend this wisdom or make it useless or unnecessary. No new culture or civilization can render it irrelevant or outmoded... Moreover, we must have every confidence that the Living Christ and his Spirit can enable the Church to présent the Gospel to men of today as the living truth".[13]

Dear Brothers : Praised be Jesus Christ, the living truth !

II

Ad Excmum Virum Benvenutum R. Tanyoco Sr., Philippinarum apud Sanctam Sedem constitutum Legatum, demandati muneris testes Litteras Summo Pontifici tradentem.

Mr Ambassador,

I am pleased to accept the Letters accrediting you as Ambassador Extraordinary and plenipotentiary of the Republic of the Philippines, and I thank Your Excellency for the courteous words of greeting and good wishes which you have just now spoken on behalf of the Philippine Authorities and in your own name.

You have referred to the warm and close relations existing between your country and the Holy See. I assure you that the Filipino people occupy a special place in my thoughts and in my heart. The existence of these close ties is a source of real joy. First, because they are an appropriate expression of the multiple bonds of faith, culture and history which unite so many of your fellow Citizens to the See of Peter, the rock on which the Savior built his Church. Secondly, because these relations are the expression of the Holy See's affection and of its expectations with regard to the role of the Philippine nation in the social, cultural and religious development of the vast continent of Asia.

In the context of this simple ceremony with which you inaugurate

» P. 6.

* Die 7 m. Iulii a. 1983.

your mission, I am pleased to recali a thought which I expressed in my message to the Second Special Session of the United Nations devoted to disarmament: "...peace ... means the renewal of what is best in the heart of man, the heart that seeks the good of the other in friendship and love".[1] In its own way such a reflection can be applied to relations between the Holy See and the Philippines.

The Church, of her nature, is committed to the task of renewal in the hearts and minds of men and women everywhere. While she employs her own specific means for fulfilling this task, means which have been bestowed on her by her founder, she seeks to work alongside and in close collaboration with civil institutions at the service of peace and progress, and in harmony with ail those men and women of good will in the various fields of human activity who have responsibility for the public life of the nations. In this perspective, diplomatie relations between the Holy See and the various Governments is part of the Church's service to the human family, and indeed part of her ministry of peace.

The art of diplomacy, Mr Ambassador, is the art of peace and progress through dialogue and negotiation. In this respect your role as Ambassador of your country to the Holy See takes on a particular character : its object and exercise is closely connected with the promotion of the essential truths and values that constitute the foundation of just and harmonious relations between individuáis and between nations, the truths and values related to the dignity of man and his fundamental inalienable rights, which must be universally respected if our world is truly to enjoy the benefits of peace and justice. May Divine Providence enlighten you in the fulfilment of your task !

As I welcome Your Excellency as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of the Republic of the Philippines to the Holy See I gladly invoke the fullness of God's grâces upon the President and the other Authorities of your nation, and upon all the beloved and fondly remembered Filipino people.

[1] **No. 11.**

III

Ad quosdam episcopos e Foederatis Statibus Americae Septemtrionalis occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.

Bear Brothers in our Lord Jesus Christ,

1. It is a very great joy for me to be with you today during this collégial meeting. You come from Dioceces stretching across your country : from Baltimore, the primatial See of *the United States,* to Fairbanks in Alaska. You bring with you the hopes and aspirations, the joys and the sorrows of a great number of the Catholic faithful of America. Sharing, as we do, a common pastoral responsibility for these locai Churches of yours, we have at the same time the opportunity to offer them to Jesus Christ, the Chief Pastor of the universal Church. I ask him, by the power of his Résurrection, to sustain you ali in the hope of your calling: to strengthen your priests, religious and laity—the whole People of God whom you serve with dedication, sacrifice and love.

In examining the many relevant topics which the Episcopal Con^ ference offered to my considération, and for which I thank you, I have noted one that concerns *the Gelebration of Sunday*—the strengthening of the Lord's Day. And I am pleased to reflect briefly with you on this issue of such capital importance, and in particular on the Sunday *Eucharistie célébration.* I pray that you in turn may confirm your people in a matter that profoundly touches their li ves as individuáis and as a community. Throughout the United States there has been a superb history of Eucharistie participation by the people, and for this we must ali thank God.

2. In the whole tradition of the Church, the Sunday Eucharist is a special expression of *the Church's faith in the Résurrection of Jesus Christ.* It is by virtue of the Holy Spirit that the Church calis the faithful together to proclaim their faith in""this mystery, as well as in the mystery of their "birth unto hope which draws its life from the Résurrection of Jesus Christ from the dead".[1] The liturgical assembly built up around the Eucharist has always been, from its apostolic origin, the special mark of the Church's célébration of the

* Die 9 m. Iulii a. 1983.

[1] *1 Pt* 1:13.

Lord's Day, and the Second Vatican Council has reiterated the importance of Sunday Mass.[2] It is in fact the whole Paschal Mystery that the People of God are called to celebrate and to participate in each Sunday : the Passion and the Résurrection and the glorification of the Lord Jesus.

3. *The vitality of the Church* dépends to a great extent on the Sunday Eucharistie célébration, in which *the mystery of salvation* is made présent to God's people and enters into their lives. In the expression of *Lumen Gentium,* God wills to save and sanctify us as a people,[3] and there is no moment in which we are more intimately united as a community than during Sunday Mass.

It is at this moment that *the Eucharist ~builds the Church* and is, at one and the same time, the "sign of community and the cause of its growth"—as you your sel ves pointed out some time ago in your pastoral message "To Teach as Jesus Did".[4]

The *whole life o f the ecclesial community* is linked to the Sunday Eucharist. It is here that Jesus Christ prays with his people, who become with him a people of worship, adoring the Father "in spirit and in truth".[5] *The aspect of worship is central to an understanding of the full dignity o f the People o f God.* Jesus Christ présents his brothers and sisters to his Father as a worshipping people, a liturgical community. And in this role they fulfill the purpose of ali liturgy, which the Second Vatican Council powerfully describes as being "above ali the worship of the divine majesty".[6]

I am convinced, venerable and dear brothers, that we can render a great pastoral service to the people by emphasizing their liturgical dignity, and by directing their thoughts to the purposes of worship. When our people, through the grâce of the Holy Spirit, realize that they are called to be "a chosen race, a royal priesthood, a holy nation",[7] and that they are called to adore and thank the Father in union with Jesus Christ, *an immense power in unleashed* in their Christian lives. When they realize that they actually have a Sacrifice of praise and expiation to offer together with Jesus Christ, when

[2] Cf. *Sacrosanctum Concilium,* 106.
[3] Cf. No. 9.
[4] No. 24.
[5] *Jn* 4:23.
[6] *Sacrosanctum Concilium,* 33.
[7] *1 Pt* 2:9.

they realize that all their prayers of pétition are united to an infinite act òf the praying Christ, then there is fresh hope and new encouragement for the Christian people. Young people have shown themselves particularly sensitive to this truth.

4. Essential to the whole liturgical renewal of this Century, and confirmed by its expérience, is the principie that the *full and active participation* by all the people in the liturgy in the "primary and indispensable source from which the faithful are to derive the true Christian spirit".[8] And from our own expériences—yours and mine—we know how much our people are capable of doing, how great their Christian contribution to the world is, when the Lord Jesus touches their lives, when they themselves enter into his Sacrifice. Let us continue, dear brothers, to strengthen the understanding of the faithful and their appréciation of their role in Eucharistie worship. And let us continue to work to bring about that full and active participation, which the Church wills for everyone, but always according to the differìng roles of the various members of the one Body of Christ.

5. In these differing roles of Eucharistie participation the unity of the whole Body is ensured, and the dignity of each one respected. For the laity it is a question of *actuating the cali to worship inhérent in their Baptism and Confirmation.* For priests, it is also a question of performing the irreplaceable service of making Christ's Sacrifice présent in the Church. For ali the members of the Church, the Eucharist, and especially the Sunday Eucharist, is the source and summit of all Christian living. Ali the activities of our people—ali their efforts to live the Gospel, to bear witness to Christ, to put his word into practice in their family life and in society—ali of these efforts are ennobled and supported by the power of the Eucharist, in particular at the Sunday célébration.

All the striving of the laity *to consécrate the secular field of activity to Cod* finds inspiration and magnificent confirmation in the Eucharistie Sacrifice. Participating in the Eucharist is only a small portion of the laity's week, but the total effectiveness of their lives and ali Christian renewal dépends on it : the primary and indispensable source of the true Christian spirit !

[8] ***Sacrosanctum Concilium,*** **14.**

6. In promoting the participation of the faithful in the Liturgy of the Word and of the Eucharist, we are rendering *an eminently pastoral service* and contributing to so many aspects of the Church's life : marriage and the family are fortified ; evangelization is fostered ; human rights find their confirmation in the liberating message of Jesus, which is fully proclaimed in the sacramental renewal of the Paschal Mystery. Through the proclamation of God's word, zeal for catechesis is nurtured in the Christian people; vocations are offered by Christ; and light and strength are given to the faithful to meet human problems, even the most vexing and dif&cult ones. And all of this spells out the relevance of the Eucharistie mystery and its célébration for God's people. All of this confirms the importance of the Sunday liturgy in the life of the community.

7. It is also extremely useful to recali that the Second Vatican Council, in its treatment of Christian éducation, emphasizes as one of the purposes of Christian éducation : "that the baptized may learn to adore God the Father in spirit and in truth".[9] *Education,* too, like other Christian activity, *is oriented to the worship of God.*

8. I wish at this time to support you in ali your efforts to help the faithful celebrate worthily their Christian dignity in the Sunday liturgy. May the People of God in America be led to an ever greater conviction of *the sacredness o f the Lord's Day.* Despite changes in society and différent types of pressures, as well as various difficulties, may they continue to the full extent of their power to maintain that great tradition fostered in your land of sanctifying Sunday and the Holydays of Obligation. May each of the faithful realize the privilège that is his or hers to be part of the praying Church : to be able to say to God : "By your gif t I will utter praise in the vast assembly".[10]

Besides the Eucharistie liturgy, the other aspects of the Sunday célébration—the Liturgy of the Hours, rest and freedom from work, the performance of charitable works and the broadcasting of religious radio and television programs where possible—contribute to the Christian dimension of society and help lift up people's hearts to God the Creator and Redeemer of ali.

[9] ***Gravissimum Educationis,*** **2.**

[10] **Ps 22:26.**

Dear brothers, be assured that, in the charity of Christ, I am close to you and to all your brothers in the priesthood, who share with you the pastoral service of making God's people *ever more conscious of their dignity as a people of worship.*

Elle détient les pouvoirs qui lui sont reconnus par le droit (cf. *Christus Dominus,* n. 38, § 4; can. 455 du nouveau CIC), et ne peut déléguer son pouvoir législatif aux commissions ou autres organismes créés par elle (cf. réponse de la Commission d'interprétation des décrets du Concile Vatican II, 10 juin 1966).

En ce qui concerne la catéchèse, demeurant sauf le droit propre de chaque Evêque (cf. can. 775, § 1; 827, § 1 du nouveau CIC), il est de la compétence de la Conférence episcopale, si cela sembie utile, de faire éditer, avec l'approbation du Siège Apostolique, des catéchismes pour son propre territoire (cf. can. 775, § 2 du nouveau CIC; *Directorium catechisticum generale»,* nn. 119 et 134).

4. L'action pastorale catéchétique doit se réaliser d'une manière efficace et coordonnée, dans le cadre d'une région, d'une nation ou même de plusieurs nations qui appartiennent à une même zone socio-culturelle.

Ceci implique — dans le respect des compétences précédemment rappelées — une nécessaire entente entre Evêques diocésains, Conférence episcopale et Siège Apostolique, dans une action commune à la fois fraternelle et respectueuse du principe de la collégialité.

DUBIUM A CONFERENTIA EPISCOPORUM GALLIAE PROPOSITUM.

L'article 4, § 1, du décret *Ecclesiae pastorum* implique-t-il que l'Ordinaire du lieu ou la Conférence episcopale doivent tenir compte qu'un livre est destiné à usage catéchétique lorsqu'ils sont sollicités de lui donner l'approbation prévue par ce décret?

En effet, certains auteurs ou éditeurs qui préparent des livres à contenu et destination de « catéchismes » arguent de l'article 1 du décret *Ecclesiae pastorum* pour urger de l'Evêque compétent de l'((approbation » prévue en cet article, si les livres en question ne contiennent rien de contraire à la foi et aux mœurs, indépendamment de toute appréciation de la valeur de son contenu pour usage catéchétique. Ils estiment que la concession de *Yimprimatur* même pour des livres à contenu catéchétique et destinés à cet usage est un « droit » de l'impétrant et conséquemment un « devoir » de la part de l'Evêque concerné.

R. AFFIRMATIVE *iuxta mentem,* à savoir :

a) si l'approbation est demandée pour *la seule publication* d'un catéchisme, sans qu'elle signifie l'adoption du livre corne texte officiel pour la catéchèse diocésaine, elle doit être donnée selon les critères qui règlent d'une manière générale la censure préalable des livres à soumettre au jugement de l'Ordinaire, c'est-à-dire en tenant compte avant tout de l'orthodoxie du contenu et des normes ecclésiastiques universelles concernant la catéchèse (nouveau CIC, can. 823, § 1; 830 § 2; *Directorium catechisticum generale,* n. 119; prooemium § 6).

b) Si l'approbation est demandée pour *des catéchismes destinés à la catéchèse officielle du diocèse,* en plus de l'orthodoxie du contenu et des normes universelles de la catéchèse, l'Ordinaire tiendra compte également des règles particulières édictées par lui-même en fonction des besoins concrets du diocèse (nouveau CIC, can. 775, § 1) et des normes fixées par la Conférence episcopale et approuvées par le Saint-Siège *(Directorium catechisticum generale,* n. 134).

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETUM

CSANADIENSIS

De mutatione nominis dioecesis

Ad satius animarum bonum consulendum Pius Papa XI, fe. re. per Apostolicas sub plumbo Litteras die 19 mensis Iunii 1931 datas, incipientes a verbis «Per Apostolicam» *(AAS* 1931, p. 428), novam sedem dioecesis Csanadiensis in urbe Szeged constituit, antiquo tamen nomine Csanadiensi retento.

Nunc vero Exc.mus P. D. Iosephus Udvardy, Episcopus Csanadiensis, prae habitis votis Capituli Cathedralis, item cleri fideliumque, ab Apostolica Sede enixe rogavit ut dioecesis Csanadiensis, aptius, ab episcopali sede, Szegediensis-Csanadiensis appellaretur.

Porro Sacra haec Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis, re mature perpensa, porrectis precibus annuendum censuit.

Proinde vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Ioanne Paulo divina Providentia Pp. II, sibi tributarum, hoc Decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, indulget ut dioecesis Csanadiensis — ideoque et eius Antistes pro tempore existens necnon Ecclesia Cathedralis et Capitulum Cathedrale — in posterum Szegediensis-Csanadiensis nuncupetur. Retento igitur omnino etiam vetere nomine Csanadiensis, ne memoria antiquissimae et venerandae Ecclesiae Csanadiensis anno 1030 fundatae, cuius primus episcopus S. Gerardus martyr exstitit, pereat.

Ad haec vero executioni mandanda Sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Iosephum Udvardy deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 5 mensis Augusti anno 1982.

B SEBASTIANUS Card. B AGGIO, *Praefectus*

L. © S.

M. Costalunga, *Subsecretarius*

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis Decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

19 Novembris 1983. — Titulari episcopali Ecclesiae Iuncensi in Byzacena R. D. Thaddaeum Gomes Canales, e clero Portalegrensi in Brasilia, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Claudii Colling, Archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

die 26 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Corrientensi Exc.mum P. D. Fortunatum Antonium Rossi, hactenus Episcopum Sancti Nicolai de los Arroyos.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Michaelis in Argentina Exc.mum P. D. Iosephum Emmanuelem Lorenzo, hactenus Episcopum titularem Catulensem et Auxiliarem archidioecesis Bonaërensis.

die 1 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Guatimalensi et Praelaturae SS. D. N. I. C. de Esquipulas Exc.mum P. D. Prosperum Penados del Barrio, hactenus Episcopum Sancti Marci in Guatemala.

— Titulari episcopali Ecclesiae Britoniensi, R. D. Eduardum 0'Donnell, Vicarium Generalem S. Ludovici, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis May, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Fallabensi, R. P. Iacobum T. Steib, Superiorem «Southern Province» Societatis Verbi Divini, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis May, Archiepiscopi S. Ludovici.

die 3 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Soanensi-Pitilianensi-Urbetelliensi R. D. Eugenium Binini, presbyterum Parmensi dioecesis, Cappellanum militum primarium in Italia.

die 5 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Patosensi Exc.mum P. D. Gerardum de Andrade Ponte, Episcopum Petrolinensem.

— Cathedrali Ecclesiae Captatoropolitanae Exc.mum P. D. Aloisium Colussi, hactenus Episcopum Linensem.

die 12 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Valdiviensi Exc.mum P. D. Alexandrum Jiménez Lafeble, hactenus Episcopum titularem Martanaènsem et Auxiliarem dioecesis Talcensis.

die 16 Decembris. — Metropolitanae Ecclesiae Dubuquensi, Exc.mum P. D. Danielem Kucera, O. S. B., hactenus Episcopum Salinensem.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Ioannis a Rege Exc.mum P. D. Antonium Carolum Mesquita, hactenus Episcopum Oliveirensem.

— Cathedrali Ecclesiae Itabunensi Exc.mum P. D. Paulum Lopes de Faria, hactenus Episcopum titularem Theleptensem et Auxiliarem Exc.mi Archiepiscopi Nictheroyensis.

die 18 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Vulturiensi R. D. Paulum Romeo, e clero dioecesis Iaciensis, quem deputavit Nuntium Apostolicum in Republica Haitiana.

die 20 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Philippi Exc.mum P. D. Emmanuelem Camillum Vial Risopatrón, hactenus Episcopum titularem Pauzerensem et Auxiliarem archidioecesis S. Iacobi in Chile.

die 23 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae S. Iacobi de Maria R. D. Rodericum Rolandum Cabrera Cuellar, Vicarium Generalem eiusdem dioecesis.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, decretis latis a Sacra Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacrum Pastorem dignatus est destinare. Nimirum praefecit :

die 28 Novembris 1982. — Titulari episcopali Ecclesiae Zygritanae, R. P. Michaelem Hrynchyshyn, C. SS. R., ritus byzantini Ucrainorum, quem constituit Exarchum Apostolicum pro fidelibus catholicis Ucrainis in Gallia commorantibus.

die Jf Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Leucenae, R. D. Aloisium Puscas, presbyterum ritus byzantini Romenorum, quem constituit Exarchum Apostolicum pro fidelibus catholicis ritus byzantini Romenorum in Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis commorantibus. -

die 20 Decembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Sareptenae Maronitarum, R. D. Aemilium Eid, presbyterum ritus Antiocheni Maronitarum, quem designavit Vice-Praesidem Pontificiae Commissionis C.I.C. Orientalis recognoscendo.

die 22 Ianuarii 1983. — Archidioecesi Smyrnensi, ritus latini, R. P. Ioseph Germanum Bernardini a Verica, ex Ordine Fratrum Minorum Capuccinorum, eundemque Administratorem Apostolicum Vicariatus Apostolici Asiae Minoris constituit.

— Eparchiae Crisiensi, ritus byzantini Ruthenorum, R. D. Slavomirum Miklovs, hactenus Cancellarium eiusdem Eparchiae.

— Eparchiae Raikotensi, ritus Syro-malabarensium, R. P. Gregorium Karottemprel, e Congregatione Carmelitarum Mariae Immaculatae.

die 30 Maii. — Archidioecesi Bagdathensi, ritus latini, R. P. Marcellum Dahdah, ex Ordine Carmelitarum Discalceatorum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Telmissensi, R. D. Andream Pataki, Cancellarium Eparchiae Passaicensi Ruthenorum, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Michaelis Ioseph Dudick, Episcopi Passaicensis.

die 1 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Mariammitanae, R. P. Vladimirum L. Tarasevich, hieromonachum ex Ordine Sancti Benedicti, ritus byzantini Bielorussorum, quem constituit Visitatorem Apostolicum pro fidelibus catholicis ritus byzantini Bielorussorum in exteris regionibus commorantibus.

IN PATRIARCHATIBUS.......

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II assensum dedit :

— electioni canonice peractae a Synodo Coptorum catholicorum, habita die 19 Maii anno 1983, qua R. P. Elias Yaacoub, S. I., ad officium Coadiutoris Episcopi Lycopolitani evectus est;

— electioni canonice peractae a Synodo Graecorum Melkitarum Catholicorum, habita die 14 Iunii anno 1983, qua R. P. Boulos Borkhoche,

e Missionariis Sancti Pauli, ad Ecclesiam metropolitanam Bostrenam et Auranensem et R. P. Andreas .Haddad, ex Ordine Basiliano Sanctissimi Salvatoris ad Ecclesiam archiepiscopalem Mariamnensem evecti sunt ;

— electioni canonice peractae a Synodo Syrorum, habita die 12 Iulii anno 1983, qua R. D. Antonius Beylouni ad Ecclesiam titulo Mardensem Syrorum cum officio Vicarii Patriarchalis evectus est.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

TANANARIVEN. .

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Victoriae Rasoamanarivo, viduae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Sacrosanctum Concilium Vaticanum II responsum offerens quaestioni : ((Ecclesia, quid dicis de te ipsa? », Constitutionem Dogmaticam *Lumen Gentium* utpote documentum fundamentale praebuit, in qua id clare proponitur: ((Omnes ... christifideles ad sanctitatem et proprii status perfectionem prosequendam invitantur et tenentur » *(Lumen Gentium,* 42).

Idem autem Concilium, volens christianos in hac via adiuvare, praecipua lineamenta sanctitatis cuiusvis condicionis vel status adumbravit, simul sese sollicite vertens ad christifideles laicos, quorum partes in missione Ecclesiae adimplenda propriae et omnino neces-

sariae sunt. Ideo in Decreto de apostolatu laicorum verba sequentia proferuntur : « Nostra autem tempora non minorem exigunt zelum laicorum, immo condiciones hodiernae omnino impensiorem et latiorem poscunt apostolatum eorum. Augescens enim in dies numerus hominum, scientiarum atque technicarum artium progressus, arctiores inter homines necessitudines non solum in immensum dilatarunt apostolatus laicorum spatia, magna ex parte ipsis tantum aperta, verum etiam nova suscitarunt problemata quae eorum sollertem curam studiumque expostulant. Eo urgentior huiusmodi apostolatus redditur quatenus autonomia multarum provinciarum vitae humanae plurimum, uti par est, succrevit, aliquando cum quadam abscessione ab ordine ethico ac religioso et gravi discrimine vitae christianae. Insuper multis in regionibus in quibus sacerdotes admodum pauci sunt vel, ut quandoque accidit, debita ministerii libertate privantur, sine laicorum opera Ecclesia vix posset praesens et actuosa esse » *(Apostolicam Actuositatem,* 1).

Haec descriptio societatis humanae eiusque evolutionis quae profundas transformationes sociales, culturales et politicas secum ferre solet, optime illustrat circumstantias in quibus Victoria Rasoamanarivo vixit et sese sanctificavit.

Nata est Serva Dei a. 1848 in urbe *Tananarive* ex familia in Regno Hova primaria et potentissima, quae paganis primaevae religionis principiis adhaerebat. Cum vero meliorem formationem intellectualem iuvenis puella Rasoamanarivo ambiret, frequentare coepit scholam quam Sorores a S. Ioseph de Cluny in urbe principe Madagascariae aperuerant. Harum Religiosarum tum vita exemplaris tum servitium apostolicum abnegatione et sacrificiis plenum, tantam admirationem suscitaverunt ut puella cor suum gratiae divinae in dies magis ac magis aperiret et tredecim annos nata effiagitaret baptisma quod, post congruam praeparationem, in sollemnitate tandem Omnium Sanctorum a. 1863 suscepit. Firmiter in fide radicata restitit deinceps variis persecutionum generibus et quaevis sacrificia^ etiam gravissima, subire maluit potius quam crimen apostasiae committere. Nomen Victoriae quod in baptismate receperat, praesagium erat invictae fidelitatis.

Brevi temporis spatio Serva Dei cogitavit quidem se forsitan divinitus vocari ad vitam religiosam, sed, audito consilio magistri pietatis, mox intellexit talem non esse viam sibi a Domini destinatam.

Anno 1884 Victoria matrimonio iuncta est cum Ratsimatahadrika

(brevius : Radriaka), qui erat filius primogenitus avunculi sui, potentissimi scilicet Primi Ministri Regni Madecassensis. Quod matrimonium, secundum usus locales a parentibus decisum, Serva Dei inire noluit nisi obtenta facultate illud coram Ecclesia ratificandi. Obligationes sic assumptas Serva quidem Dei semper ad amussim servavit; maritus autem cum publice alcoolismi et luxuriae vitiis esset deditus, uxorem continuis humiliationibus et opprobriis cumulabat. Res eo pervenerunt ut pater Radriaka, immo ipsa quoque Regina matrimonium tam infelix dissolvere cuperent, sed Victoria huiusmodi propositis numquam aures praebere voluit, apprime sciens matrimonium christianum esse indissolubile, immo ipsam legitimam a mensa et toro separationem in natione sua perperam intellectum iri, velut si per id divortium admitteretur. Spatio viginti et trium annorum Serva Dei hanc crucem portavit; doloresque dissimulans, numquam fatum suum conquesta est ; immo dum mansueta et mitis maritum domi recipiebat, orationes et mortificationes protrahebat ut eius conversionem et aeternam salutem a Deo impetraret. Dominus vero, qui humilium preces exaudit nec generositate se vinci sinit, magnam consolationem Servae Dei concessit. Nam cum Radriaka, in domo concubinae ebrius, mortali vulnere correptus concidisset atque subinde in domum Victoriae translatus esset, uxoris curis atque blanditiis ita fuit brevi dispositus ut regenerationis baptismate recepto, atque christianus demum factus ex hoc mundo serenus discesserit.

Sed heroici Servae Dei mores in his vicissitudinibus luculenter demostrati alium quoque effectum sortiti sunt, scilicet ei procuraverunt singularem aestimationem et reverentiam penes omnes populi Madecassensis classes. Iam dudum quidem nota erat eius sincera et simplex pietas quam praesertim manifestabat in quotidiana Communione, in diuturnis adorationibus SS. Sacramenti et in frequenti recitatione Rosarii Marialis. Non minus noti erant eius irreprehensibiles modi agendi in aula regia, quam ob condicionem socialem saepe saepius adire debebat, eximia diligentia in domo propria regenda, illibata honestas in rebus oeconomicis tractandis, materna cura erga numerosas personas sibi subiectas, singularis caritas qua prosequebatur pauperes, captivos, leprosos aliosque aerumnis oppressos. Haec omnia sane iure meritoque admirationem gignebant, sed — uti patet ex testimoniis coaevorum — extraordinaria fama sanctitatis qua Victoria iam in vita gaudebat, radicatur imprimis in virtutibus quas in dolorosis matrimonii sui circumstantiis constanter et alacriter exer-

cuit. Qua in re fas est admirari imperscrutabiles Divinae Providentiae vias. Nam Ecclesia in cruce orta est et sacrificia cruenta et incruenta quae Christus sustinet in membris electis Corporis sui, quod est Ecclesia, maximopere contribuunt ut ipsa conservetur, propagetur, consolidetur. En ergo mysterium missionis ad quam Dominus Victoriam praedestinavit et dira passione praeparavit. Anno enim 1883 Gubernium Madecassense coepit persequi Ecclesiam; missionarios in exsilium eiecit; ecclesias et scholas catholicas clausit; fideles, nuperrime tantum ad fidem conversos, minis aliisque mediis violentis ad apostasiam inducere conatum est. Ecce tum Victoria Rasoamanarivo periclitanti Ecclesiae succurrit, utens singulari auctoritate morali quam virtuosa vita sibi comparaverat. Reginam et Primum Ministrum adit ab eisque numerosas mitigationes et concessiones obtinet; a consiliis est Unioni Catholicae seu Associationi Laicorum Catholicorum, eique animum et novum vigorem infundit; percurrit Insulam Rubram et in dissita quoque loca legatos suos mittit, ut abusus satrapum contineat; mille aliis modis ita in favorem Ecclesiae se impendit, ut mox passim vocetur «columna» vel etiam «pater et mater» Ecclesiae. Quando post triennium persecutio cessat et missionarii in Madagascariam revertuntur, non ruinas et desolationem inveniunt, sed communitates catholicas vegetas, immo novo robore vigentes. Providentiali missione expleta, Victoria magna cum humilitate pristinam vitae formam, simplicem et fere absconditam, quiete resumit.

Denique, brevi morbo correpta, die 21 Augusti a. 1894 sancte moritur. Post quattuor dies exuviae eius summa cum pompa tumulantur in mausoleo familiae, unde a. 1961 transferuntur ad coemeterium catholicum in *Ambohipo* situm.

Fama sanctitatis qua Victoria iam in vita inclaruerat, post eius mortem percrebruit et etiam supernis signis est confirmata. Ob rationes autem Causae extrínsecas Processus Informativus solummodo aa. 1932-1935 in Curia Tananarivensi instrui potuit. Edito Decreto super scriptis die 25 Ianuarii a. 1952, Pius Pp. XII commissionem introductionis Causae die 19 Februarii a. 1956 sua manu signavit. Deinde aa. 1960-1962 in eadem Curia archiepiscopali Processus apostolica auctoritate adornatus est. De omnium autem harum inquisitionum iuridica validitate decretum exiit die 22 Decembris a. 1975.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instante Rev.do Patre Paulo Molinari, Postulatore huius Causae legitime constituto, quaestio agitata est apud hanc S. Congregationem pro Causis Sanctorum

super virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis Servae Dei, et quidem primum in Congressu peculiari Consultorum Theologorum die 1 Februarii huius anni 1983 habito; et deinde, die 26 Aprilis hoc eodem anno, in Coetu Ordinario Patrum Cardinalium in quo, Rev.mo Card. Bernardino Gantin, ponente seu relatore, dubio num Serva Dei christianas virtutes heroum in modum coluisset affirmative est responsum.

De his omnibus Summus Pontifex Ioannes Paulus II certior factus die 14 Maii a. 1983 per infrascriptum Cardinalem Praefectum, ut decretum super heroicis virtutibus Servae Dei appararetur, mandavit.

Hac itaque die, ad Se accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Bernardino Gantin, Causae ponente seu relatore, aliisque de more convocandis, iisque adstantibus, Summus Pontifex sollemniter pronuntiavit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Victoriae Rosoamanarivo, viduae.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 14 Maii A. D. 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. ©S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

HIEROSOLYMITANA

Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae a Iesu Crucifixo, (in saeculo): Mariae Baouardy) monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatorum.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Maria a Iesu Crucifixo, in saeculo Maria Baouardy, humili loco nata die 5 mensis Ianuarii anno 1846 apud *Abellin,* haud procul a Nazareth, intra fines archidioeceseos Ptolemai-

densis Graecorum Melkitarum Catholicorum, multis in iuventute perpensis tribulationibus, divina dulcedine praeventa, annum vicesimum et primum cum ageret, monasterium Palense, in Gallia, monialium Ordinis Carmelitarum Discalceatorum ingressa est. Virtutibus dives copiaque charismatum plena, die 26 mensis Augusti anno 1878, in civitate Bethlehem, piissime obdormivit in Domino.

Eandem Servam Dei heroum in modum exercuisse virtutes Ioannes Paulus II, servatis de iure servandis, die 27 Novembris a. 1981 declaravit. Ad sollemnem autem eius beatificationem assequendam, sanationem, quae mirum in modum evenisse ferebatur, per Famulae Dei intercessionem, Causae actores Apostolicae Sedis ad cognoscendum exhibuerunt. Quae mira sanatio respicit Khazneh Jubran Abboud, trium annorum puellulam, quae a nativitate morbo laborabat qui describitur ut hypotonia muscularis generalis in subiecto cum syndrome gravis rhachitidis. Cum ageretur de paupérrima familia, nulla omnino adhibita fuit therapia. Praevidendo igitur miserrimam in posterum tempus puellulae condicionem, eius matertera intercessionem Servae Dei Mariae a Iesu Crucifixo imploravit. Septimo autem novendialis supplicationis die, vicesima scilicet Decembris anno 1929, puellula, quae in lecto immobilis iacebat, ex improviso sub astantium oculis sese erexit ac deambulare coepit, perfectae saluti restituta.

Qua super mira sanatione canonicus adornatus est processus, Apostolicae quidem Sedis auctoritate, apud Curiam Patriarchatus Hierosolymitani a die 18 Februarii ad diem 30 Septembris a. 1931; de huius inquisitionis legitima forma et vi Sacra Congregatio pro Causis Sanctorum die 12 Martii a. 1982 constare edixit. Coadunato postea eiusdem Sacrae Congregationis Consilio Medico, die 26 Februarii hoc anno 1983, et prolato favorabili de sanationis huius preternaturali indole, quaestio subiecta est theologorum studio et iudicio; primum scilicet, die 31 mensis Maii eodem anno, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum; ac deinde, die 5 Iulii eiusdem anni, in Ordinaria Patrum Cardinalium Congregatione, ponente seu relatore Mario Aloisio Ciappi. De praedictis omnibus deque utriusque coetus theologorum affirmativo responso circa eiusdem sanationis praeternaturalem indolem certior est factus Summus Pontifex Ioannes Paulus II per subscriptum cardinalem Praefectum; et Sanctitas Sua, attentis suffragiis Sacrae Congregationis necnon probata solida fama signorum intercessioni praefatae

Venerabilis tributorum, iussit decretum super eadem sanatione apparari.

Quod cum esset factum, hodierno die ad Se accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, necnon Sacrae ipsius Congregationis altero a secretis, ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater edixit : *Constare de uno miraculo, Venerabili Maria a Iesu Crucifixo (in saeculo Maria Baouardy), moniali professa Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, intercedente, a Deo patrato, nimirum de instantánea, perfecta ac diutina sanatione puellulae Khazneh Jubran Abboud ab hypotonia musculari generali in subiecto cum syndrome gr mis rhachitidis.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referi mandavit.

Datum Romae, die 9 Iulii Anno Iubilari 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Sabato, 3 Dicembre 1983, S. E. il Signor CHRISTOS ROKOFOLLIS, Ambasciatore di Grecia presso la Santa Sede.

Venerdì, 9 Dicembre 1983, S. E. il Signor RODOLFO INOCENTE CASTILLO, Ambasciatore del Belize presso la Santa Sede.

Giovedì, 15 Dicembre 1983, S. E. il Signor RATU JOSTJA BROWN TOGANIVALU, Ambasciatore di Fiji presso la Santa Sede.

Venerdì, 16 Dicembre 1983, S. E. il Signor OSCAR ACOSTA, Ambasciatore di Honduras presso la Santa Sede.

Sabato, 17 Dicembre 1983, S. E. il Signor JOSÉ ALEJANDRO DEUTSCHMANN, Ambasciatore di Guatemala presso la Santa Sede.

Lunedì, 19 Dicembre 1983, S. E. il Signor JORGE SALVADOR LARA, Ambasciatore dell'Ecuador presso la Santa Sede.

Venerdì, 23 Dicembre 1983, S. E. il Signor HELDER DE MENDOCA CUNHA, Ambasciatore del Portogallo presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Giovedì, 1 Dicembre 1983, l'On. BETTINO CRAXI, Presidente del Consiglio dei Ministri della Repubblica Italiana.

Giovedì, 1 Dicembre 1983, l'On. MELINA MERCURI, Ministro della Cultura e delle Scienze di Grecia.

Venerdì, 2 Dicembre 1983, il Signor BOHUSLAV CHNOUPEK, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica Socialista di Cecoslovacchia.

Venerdì, 9 Dicembre 1983, il Signor RENÉ LÉVESQUE, Primo Ministro della Provincia Canadese del Quebec.

Martedì, 20 Dicembre 1983, il Santo Padre ha presieduto la riunione degli Em.mi Signori Cardinali Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

17 dicembre 1983. Mons. Paolo Romeo, Arcivescovo titolare eletto di Vulturia, *Nunzio Apostolico in Eaiti.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

12 ottobre 1983. Gli Em.mi Signori Cardinali: Eugenio de Araújo Sales; William Wakefield Baum; Joseph Ratzinger; Jean-Marie Lustiger; Giuseppe Caprio; Aurelio Sabattani; Giuseppe Casoria, *Membri della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali : Paolo Bertoli, Agnelo Rossi, John Joseph Krol; Silvio Oddi; Joseph Parecattil ; Pietro Palazzini ; Salvatore Pappalardo; Ugo Poi etti; Juan Carlos Aramburu; Opilio Rossi; Eduardo Pironio; Bernardin Gantin, *Membri della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali « in aliud quinquennium, attento autem praescripto Litt. Apost. Ingravescentem aetatem ».*

» » » Le LL. EE. i Monsignori : Benedict Varghese Mar Gregorios Thangalathil, Arcivescovo di Trivandrum dei Siro-Malankarensi ; Stephen Kocisko, Arcivescovo di Pittsburgh dei bizantini; Neophytos Edelby, Arcivescovo di Alep dei Greci Melkiti cattolici; Nicola Foseólos, Arcivescovo di Atene ; Metodio Dimitrow Stratiew, Vescovo tit. di Leuce, Esarca Apostolico in Alessandria di Egitto, Eliopoli di Egitto e Port Said, *Membri Vescovi diocesani della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali, a norma del « Pro comperto sane)).*

14 novembre » Gli Em.mi Signori Cardinali: Joseph Ratzinger; Opilio Rossi e Mario Luigi Ciappi, *Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Francesco Carpino; Paolo Bertoli; Silvio Od.di; Pietro Palazzini; Ber-

nardin Gantin; Ernesto Oivardi; Wiadysiaw Rubin, *Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica « in aliud quinquennium, attento autem praescripto Litt. Apost. Ingravescentem aetatem)).*

21 novembre 1983. Gli Em.mi Signori Cardinali: Joseph Ratzinger; Agostino Casaroli; Giuseppe Casoria; — le LL. EE. i Monsignori: Miroslav Stefan Marusyn, Arcivescovo tit. di Cadi, Segretario della Sacra Congregazione per le Chiese Orientali; Georges Garmo, Arcivescovo di Mossul dei Caldei; Ignace Baad, Arcivescovo di Saida dei Greci Melkiti Cattolici; Michael Doumith, Vescovo di Sarba dei Maroniti; Francis M. Zayek, Vescovo di Saint Maron of Brooklyn dei Maroniti; Andraos Ghattas, C. M., Vescovo di Tebe; Kuriakose Kunnacherry, Vescovo di Kottayam; Joachim Herbut, Vescovo di Skopje-Prizren; Vartan Tekeyan, Vescovo di Ispahan degli Armeni; Anarghyros Printesis, Vescovo titolare di Grazianopoli, Esarca Apostolico per i Cattolici di rito bizantino residenti in Grecia; Moussa Daoud, Vescovo del Cairo dei Siri; Mikail Nersès Sétian, Vescovo titolare di Ancira degli Armeni, Esarca Apostolico per i fedeli «di rito armeno residenti negli Stati Uniti d America e in Canada; — Mons. Jan Hirka, Ordinario « ad nutum S. Sedis » di Presov, dei Cattolici di rito bizantino, *Membri della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico Orientale.*

» » » Le LL. EE. i Monsignori: Traían Crisan, Arcivescovo titolare di Drivasto; Habib Bacha, Arcivescovo di Bairut e Gibail dei Greci Melkiti Cattolici; Ercole Lupinacci, Vescovo di Piana degli Albanesi; Morkos Hakim, O.F.M. Vescovo di Sohag dei Copti; Slavomir Miklos, Vescovo di Krizevci; Léonce Tchantayan, Vescovo titolare di Sebastopoli di Armenia; Szilard Keresztes, Vescovo titolare di Cuna via ; Krikor Ghabroyan, Vescovo titolare di Diarbekir degli Armeni, Esarca Apostolico per i fedeli di rito armeno residenti in Francia; — Mons. Giorgio Mylanyk; Mons. Mario Rizzi; il sac. Giorgio Rochcau; il sac. Dzerowycz Ostheim; l'Archimandrita P. Paolo Giannini, Abate di Santa Maria di Grottaf errata ; P. Federico Francesco D'Ostilio, O. F. M. Conv.; P. Salvatore Manna, O. P.; P. William O'Connell, O. F. M.;

P. Giuseppe Castano, 0. P.; P. Urbano Navarrete, S.I.; P. Marco Brogi, O.F.M.; P. Michele Angelo Batiz, O. C. D., *Consultori della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico Orientale.*

21 novembre 1983. S. B. il Signor Cardinale Stephanos I Sidarouss; S. B. il Signor Cardinale Antoine Pierre Khoraiche; S. B. Maximos V Hakim; S. B. Ignace Antoine II Hayek; S. B. Pani II Cheikho; S. Em.za il Signor Cardinale Agnelo Rossi; S. Em.za il Signor Cardinale Johannes Willebrands; — le LL. EE. i Monsignori: Maxim Hermaniuk; Stephen J. Kocisko; Paulos Tzadua; Imre Timko; Augustine Eugene Horniak; Metodi Dimotrow Stratiew; Vasile Cristea, *Membri della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico Orientale « in aliud quinquennium ».*

» » » Le LL. EE. i Monsignori: Mario Brini; Domenico Caloyera; Emmanuel-Karim Delly; Georges Habib Hafouri; Antoine Joubeir; Joseph Mounayer; Pierre Rai; Jeronim Isidor Chimy; Michael Joseph Dudick; Chuchrallah Harb; Cyril Malancharuvil; Andrés Sapelak; Nasrallah Sfeir; — Mons. Elias Jarawan; Mons Youssef Sarraf; Corep. Giorgio Orioli; l'Archim. Georgij Eldarov; l'Archim. Giuseppe Ferrari; l'Archim. Teodoro Minisci; Mons. Stefano Bentia; Mons. Elias El-Hayek; Mons. Joseph Hitti; Mons. René Metz; Mons. Joseph Prader; Mons. Robert Senetsky; Mons. Andrew Sinai; il sac. Roman Danylak; il sac. Janos Hollos; il sac. Joseph Koikakudi; il sac. Kuriakose Parampath; il sac. Jan Seman; il sac. Gabriel Stefanos; il sac. Joseph Vadakumcherry; P. Samuel Asghedom; P. Pierre Duprey; il sac. Louis Ligier; P. Sofronio Mudryj; P. George Nedungatt; P. Clemente Pujol; P. Jan Rezác; P. Khalil Samir; P. Bernard Siegle; il Prof. Carl Gerold Fürst; il Prof. Jean Gaudemet; il Prof. Willibald Plöchl; il Prof. Richard Potz, *Consultori della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico Orientale a in aliud quinquennium ».*

23 » . » Gli Em.mi Signori Cardinali: Jaime L. Sin; Alfonso López Trujillo, Joachim Meisner, *Membri della Sacra Congregazione per i Sacramenti e il Culto Divino,*

23 novembre 1983. Gli Em.mi Signori Cardinali: Jnstinus Darmojuwono ; Joseph Gordon Gray; John Francis Dearden; Johannes Willébrands ; Saul Francisco Primatesta; Ugo Poletti; Maurice Otunga; José Salazar López; Paulo Evaristo Arns; Narciso Jubany Arnau ; Opilio Rossi ; Eduardo Pironio, *Membri della Sacra Congregazione per i Sacramenti e il Culto Divino « in aliud quinquennium, attento autem praescripto Litt. Apost. Ingravescentem aetatem ».*

» » » S. E. Mons. Edouard Gagnon, Arciv. tit. di Giustiniana prima, Pro-Presidente del Pontificio Consiglio per la la Famiglia, *Membro della Sacra Congregazione per i Sacramenti e il Culto Divino.*

» » » Le LL. EE. i Monsignori : José Delicato Baeza, Arci-Vescovo di Valladolid; Vincenzo Fagiolo, Arcivescovo di Chieti; Thomas Francis Little, Arcivescovo di Melbourne; Mario Revollo Bravo, Arcivescovo di Nueva Pamplona, Henri Teissier, Arcivescovo Coadiutore c.i.s, di Alger; François Favreau, Vescovo di Nanterre, *Membri Vescovi diocesani della Sacra Congregazione per i Sacramenti e il Culto Divino a norma del « Pro comperto sane ».*

2 dicembre » P. Marcello Zago, O.M.I., *Consultore della Commissione per i Rapporti religiosi con l'Ebraismo, presso il Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

6 dicembre » Gli Em.mi Signori Cardinali: Salvatore Pappalardo; Jaime L. Sin; Anastasio Alberto Ballestrero; Tomás Ó Fiaich; Franciszek Macharski; José Ali Lebrún Moratinos; Godfried Danneels, *Membri della Sacra Congregazione per i Vescovi.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Francesco Carpino; Paolo Bertoli; Agnelo Rossi; Maximiliano de Fürstenberg; Eugenio de Arati jo Sales; Opilio Rossi; Eduardo Pironio, *Membri della Sacra Congregazione per i Vescovi « in aliud quinquennium, attento autem praescripto Litt. Apost. Ingravescentem aetatem ».*

» » » Le LL. EE. i Monsignori: Angel Suquia Goicoechea, Arcivescovo di Madrid; Adrianus J. Simonis, Arcivescovo di Utrecht; Henri Teissier, Arcivescovo Coadiutore di Alger; Ottorino Pietro Alberti, Arcivescovo di Spoleto, Edward Clancy, Arcivescovo di Sydney ; Adam Exner, Arcivescovo di Winnipeg ; Antonio Quarracino,

Vescovo di Avellaneda, *Membri Vescovi diocesani della Sacra Congregazione per i Vescovi, a norma del « Pro comperto sane ».*

6 dicembre 1983. Gli Em.mi Signori Cardinali: Raúl Francisco Primatesta; Maurice Otunga; Dominio Ignatius Ekandem; Joseph Ratzinger; Roger Etchegaray; Tomás Ó Fiaich; Gerald Emmett Carter; Bernard Yago; Joseph L. Bernardin; Alfonso López Trujillo; Godfried Danneels; Thomas Stafford Williams; Carlo Maria Martini; Wìadyslaw Rubin, *Membri della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Paolo Bertoli; Sebastiano Baggio; Owen McCann; Paul Zoungrana; Gordon Joseph Gray ; Silvio Oddi ; Stephen Sou Hwan Kim; Eugenio de Araújo Sales; Joseph Höffner; Johannes Willebrands; Sergio Guerri ; Marcelo González Martín ; Emmanuel Nsubuga; Jaime L. Sin; William Wakefield Baum ; Victor Razafimahatratra ; Joseph-Marie Trinh van Can; Opilio Rossi; Bernardin Gantin ; Giuseppe Caprio ; Ernesto Civardi, *Membri della Sacra Congregazione per VEvangelizzazione dei Popoli « in aliud quinquennium, attento autem praescripto Litt. Apost. Ingravescentem aetatem ».*

» » » Le LL. EE. Monsignori : Paul Hisaò Yasuda, Arcivescovo di Osaka; Henry Sebastian D'Souza, Arcivescovo di Cuttack-Bhubaneswar ; Eduardo André MuaCa, Arcivescovo di Luanda ; Roman Arrieta Villalobos, Arcivescovo di San José de Costa Rica; Edward T. O'Meara, Arcivescovo di Indianapolis ; Michel Calvet, Arcivescovo di Nouméa; Anthony Soter Fernandez, Arcivescovo di Kuala Lumpur; Christian Wiygham Turni, Arcivescovo di Yagoua ; Adrianus Simonis, Arcivescovo di Utrecht ; Ngabu, Vescovo di Goma, *Membri Vescovi diocesani della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei popoli a norma del « Pro comperto sane ».*

20 » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Sebastiano Baggio; Agnelo Rossi; Johannes Willebrands; William W. Baum, *Membri della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede « in aliud quinquennium ».*

21 » » P. Jan Schotte, CI.GM., Vescovo titolare eletto di Siili, *Vice-Presidente della Pontificia Commissione « Iustitia et Pax ».*

21 dicembre 1983. Il dott. Aldo Murri, *Direttore dei Servizi Economici del Governatorato dello Stato della Città del Vaticano.*

Protonotarì Apostolici soprannumerari:

14 settembre 1983.	Mons.	Pietro Galavotti (Modena).
20 » »	Mons.	Otto Weckbach (Augsburg).
31 ottobre »	Mons.	Hieronim Gozdziewicz (Gniezno).
12 » »	Mons.	Luigi Catenelli (Camerino).
» » »	Mons.	Giovanni Battista Reghezza (Ventimiglia).

Prelati d'Onore di Sua Santità.

2 luglio 1983.	Mons.	Francisco Aldasoro (San Diego).
» »	Mons.	Thomas F. Byrne (San Diego).
»	Mons.	Robert T. Callahan (San Diego).
» »	Mons.	Anthony Chylewski (San Diego).
» »	Mons.	Albert M. De Zaeytyd (San Diego).
» »	Mons.	William E. Elliott (San Diego).
» »	Mons.	Joseph Halter (San Diego).
» »	Mans.	J. Raymond Moore (San Diego).
» »	Mons.	Jeremiah O'Sullivan (San Diego).
17 »	Mons.	Walter Brandmüller (Bamberg).
20 »	Mons.	Rino Biondi (Volterra).
25 agosto	Mons.	Gerard Montague (Down and Connor).
» »	Mons.	Julián Herranz (Prelatura Personale « Opus Dei »).
8 settembre	Mons.	Pietro Monni (Cagliari).

Cappellani di Sua Santità:

2 luglio 1983.	Il sac.	Giuseppe Terranova (Agrigento).
» » »	Il sac.	Vitale Madonia (Agrigento).
17 »	Il sac.	Cipriano Sonaglia (Orte).
» »	Il sac.	Giuseppe Bellamaria (Civita Castellana).
» »	Il sac.	Angelo Mechelli (Nepi).
20 » »	Il sac.	Mario Bocci (Volterra).
» »	Il sac.	Ivo Meini (Volterra),
29 » »	Il sac.	Romolo Grasselli (Reggio Emilia).
» »	Il sac.	Odoardo Felici (Latina).
3 settembre »	Il sac.	Giuseppe Caporali (Sovana).
» » »	Il sac.	Fosco Bindi (Sovana).
» »	Il sac.	Isacco Pezzotta (Sovana).
6 » »	Il sac.	José Vicente Eguiguren Samaniego (Loja).
8 » »	Il sac.	Kazimiers Suder (Krakow).

8 settembre 1983. Il sac. Kazimierz Górny (Krakow).
» » » Il sac. Liberio Andreatta (Civitavecchia).
14 » » Il sac. Giuseppe Graziosi (Eimini).
15 » » Il sac. Miguel Huguet (Avila).

ONORIFICENZE

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 luglio 1983. Al sig. Max Müller (Freiburg im Breisgau).
1 settembre » Al sig. Victor Guns (Mechelen-Brussel).
» » »' Al sig. Jean de Brouwere (Mechelen-Brussel).
27 settembre » Al sig. Lorenzo Melchiorri (Castellammare di Stabia).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

14 giugno 1983. Al sig. Emile Veevalte (Mechelen-Brussel).
» » » Al sig. Jean Marie Houhon (Mechelen-Brussel).
20 » M Al sig. Winhold Göke (Essen).
29 » » Al sig. Hans Georg Klein *(Rep. Federale di Germania).*
30 » » Al sig. Pietro Bindelli (Roma).
6 luglio » Al sig. Francisco Tantoco (Manila).
12 » » Al sig. Ives Mougenot (Annecy).
20 » » Al sig. Vittorio De Vitis (Nardo).
14 settembre » Al sig. Jean Louis Kuntzmann (Strasbourg).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

5 agosto 1983. Al sig. André Wenderickx (Mechelen-Brussel).
24 » » Al sig. Rocco Peira (Roma).
25 » » Al sig. Orsolo Gambi (Faenza).
1 settembre » Al sig. Claudio Moccheggiani Carpano (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

2 luglio 1983. Al sig. Dino Tognazzi (Siena).
12 » » Al sig. Vincenzo Tomasicchio (Bari).
17 » » Al sig. Danilo Sella (Roma).
20 » » Al sig. Giuseppe Paolucci (Tarquinia).
25 » » Al sig. Gerhard Bielefeld (Köln).
5 agosto » Al sig. Giuseppe Santiloni (Tarquinia).
25 » » Al sig. Cesare Rovelli (Faenza).
» » » Al sig. Pietro Mugetti (Casale Monferrato).
» » » Al sig. Gian Carlo Binda (Como).
1 settembre » Al sig. Guido Van Grunderbeeck (Mechelen-Brussel).

NECROLOGIO

1 dicembre 1983. Mons. Francisco Javier Ñuño Guerrero, Arcivescovo, Vescovo già di San Juan de Los Lagos *(Messico)*.
9 » » Mons. Paul Reding, Vescovo di Hamilton *(Canada)*.
13 » » Mons. Wincenty Urban, Vescovo tit. di Abitine.
16 » » Mons. Enrique Peehuán Marín, Vescovo di Cruz del Eje *(Argentina)*.
» » » Mons. Enrico Monfredini, Arcivescovo di Bologna.

An. et vol. LXXVI 1 Februarii 1984 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIO APOSTOLICA

CANDIMENDENSIS

Praelatura Candimendensis ad gradum dioecesis tollitur nomine immutato.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In Brasilia Praelaturae Candimendensis res religiosas una cum civilibus progressibus feliciter recentius crevisse èffloruisseque cum Nobis innotuerit, sententiam accipiendam esse putamus ipsius Conferentiae Episcopalis Brasiliae atque prolatum ab eisdem sacris Praesulibus votum ut eadem tandem ad dioecesis gradum eveheretur ac dignitatem. Quare, pro certo sane habentes hanc Nostram voluntatem in maius omnino animarum commodum ibidem esse cessuram, audito his de rebus Venerabili Fratre Carolo Furno Archiepiscopo titulo Abaritano necnon ipso in Brasilia Apostolico Nuntio, item de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum, sequentia singula decernimus fierique iubemus. Memoratam praelaturam *Candimendensem* tollimus ad gradum dioecesis atque constituimus talem ecclesiasticam dicionem, servatis iisdem quos adhuc habuit finibus necnon nomine ipso. Sedem vero novae dioecesis episcopalem illa in urbe figimus ubi ad praesens usque tempus exstitit eiusque aedem praelaticiam ad ordinem ecclesiae cathedralis provehimus iuribus cum congruis. Episcopo pro tempore universa inisignia honores privilegia ac iura similiter tribuimus et onera imponimus quae Antistitum sunt propria residentialium. Illum quidem primum novae

dioecesis Episcopum Pastorem esse censemus Venerabilem Fratrem Guidonem Mariam Casullo, hactenus Ordinarium ipsius Praelaturae eodem scilicet nomine. Volumus insuper sic conditam dioecesim Candimendensem suffraganeam posthac esse metropolitanae Ecclesiae Sancti Ludovici in Maragnano, simul nimirum Episcopum subesse metropoliticae iurisdictioni Archiepiscopi Sancti Ludovici in Maragnano. Consultores dioecesani nova in hac dioecesi deligantur qui Episcopo auxiliis suis operibusque adstent. Novae dioecesi mensam episcopalem constituant Curiae emolumenta tum fidelium stipes tum bona cuncta temporalia quae adhuc ad praelaticiam pertinuerunt mensam. De seminario autem excitando ac moderando servanda profecto sunt iuris communis praescripta habita praesertim ratione Decreti Concilii Vaticani Secundi « Optatam totius » et regularum a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica statutarum. In dioecesi Candimendensi pastoralia promoveantur incepta ad vocationes sacerdotales adiuvandas ut suo dein tempore selecti iuvenes Romam mittantur apud Pontificium Collegium Pium Brasiliense philosophicis theologicisque disciplinis erudiendi. Ut primum Candimendensis dioecesis constitutio re ipsa ad effectum perducta erit, eo ipso clerus eidem praelaturae adscriptus novae dioecesi adhaerere existimetur. Ad ipsum vero novae dioecesis regimen quod attinet et administrationem, dioecesani Administratoris electionem, sede vacante, aliaque id genus, praecipimus ut singula ad amussim observentur quae sacris praestituantur canonibus. Quae omnia ut rite legitimeque perficiantur, libentes Nos destinamus commemoratum iam Fratrem Venerabilem Carolum Furno cui necessarias et opportunas concedimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo hic agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate collocatum ; sed oportet ad Sacram Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar ipsius actus iam peractae exsecutionis mittendum cito curet signatum sigilloque impressum. Has demum Litteras Apostolicas tam in praesens quam in posterum tempus ratas esse volumus suumque habere effectum, contrariis quibusvis rebus haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die XIII mensis Octobris, anno Domini MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

✠ SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*
Laurus Governatori, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 1202J/8.

LITTERAE APOSTOLICAE

Sinitur Episcopus S. Rosae de Osos, in Columbia, Imaginem B. M. V. a Misericordiis, nomine atque auctoritate Summi Pontificis coronare.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui divino consilio et voluntate iam in id universo christianorum populo praepositi sumus, ut patris amore per huius procellosi maris undas ad immortalia litora duceremus, sane nihil omittimus, quo filiorum pectora ad amorem rerum supernarum excitemus, maxime si causa beatae Mariae Virginis, Christi Matris castissimae hominumque Reginae, interdum agatur. Qua re, cum Venerabilis Frater Ioachimus García Ordóñez, Episcopus Sanctae Rosae de Osos una cum clero et populo iam ab hac Apostolica Sede petierit datis Litteris ut Nostro nomine et auctoritate Imago B. M. V. quam vulgo dicunt « Nuestra Señora de las Misericordias », quamque populus summa pietate prosequitur ac ceu Matrem amat, pretioso diademate redimiri posse sineretur; Nos, praevidentes fore, ut ex hoc fides atque religio in Deum, quasi ager per pluviam, revirescat, quam aequissimo animo admotae expostulationi concedimus. Quae ergo Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino de negotio agenda censuit probantes, permittimus ut Imago sacra B. M. V. a Misericordiis quae in dioecesi S. Rosae de Osos pie sancteque colitur, ab eodem Episcopo, seu ab illo, quem ipse deputaverit, stata caerimonia Nostro nomine et auctoritate sollemniter coronari possit. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum quae gessimus tum sacro Praesuli, tum christifidelibus eius curis concreditis, ad altiora virtutis animum addant, ac Dei benignissimi, opitulante Virgine Maria, misericordiam obtineant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvin mensis Augusti, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £ß Sigilli
In Secret. Status tab., 115687.

HOMILIAE

I

In foro S. Petri habita ob decretos Beato Leopoldo Mandic Sanctorum caelitum honores.*

1. ((Dio è amore ...
Noi abbiamo ... creduto all'amore».[1]

Venerabili miei Fratelli nell'episcopato e nel sacerdozio ! Ecco, noi ci accostiamo oggi all'altare, per esprimere la nostra unità nel sacerdozio di Gesù Cristo. Ci accostiamo per confessare e proclamare, insieme con tutti i partecipanti all'Eucaristia, riuniti in Piazza San Pietro, quello che l'evangelista Giovanni ha scritto nella sua prima Lettera :

« Dio è amore ...

In questo sta l'amore : non siamo stati noi ad amare Dio, ma è lui che ha amato noi... » .[2]

Dio è amore — e l'amore è da Dio. Non dal mondo. E non dall'uomo. È da Dio stesso.

Il mondo non può esistere senza quest'amore. L'uomo non può esistere senza di esso. L'uomo che è sempre più consapevole di ciò che lo minaccia da parte delle potenze di questo mondo, che egli stesso ha sprigionate, e da parte della civiltà, che egli stesso ha costruito —, se questa civiltà non diventerà simultaneamente « la civiltà dell'amore ».

Dio è amore. E l'amore è da Dio. Una profonda coscienza di questa verità ci ha indotti a incontrarci al Sinodo dei Vescovi intorno al tema: « La riconciliazione e la penitenza nella missione delia Chiesa ».

La riconciliazione e la penitenza sono il frutto di quest'amore che è da Dio. ...

Mediante il tema del Sinodo tocchiamo le radici stesse dei problemi che si trovano nel cuore dell'uomo — e insieme dei problemi dai quali dipende la vita dell'intera famiglia umana.

* Die 16 m. Octobris a. 1983.

[1] *1 O-v* 4, 8. 16.

[2] *Ibid.* 4, 8. 10.

2. L'Amore, che è Dio, si è rivelato una volta per sempre.

« . . . si è manifestato l'amore di Dio per noi...

è lui che ha amato noi e ha mandato il suo Figlio come vittima di espiazione per i nostri peccati)).[3]

Questa missione del Figlio sta alle basi della nostra riconciliazione con Dio. Il sacrificio di espiazione per i peccati diventa la sorgente della Nuova Alleanza, che è l'alleanza dell'amore e della verità.

Questa è l'alleanza di Dio con l'uomo e la riconciliazione dell'uomo con Dio, che si realizza contemporaneamente nell'uomo come riconci² liazione con i fratelli :

« se Dio ci ha amato, anche noi dobbiamo amarci gli uni gli altri ... se ci amiamo gli uni gli altri, Dio rimane in noi e l'amore di lui è perfetto in noi)).[4]

Era necessario, venerabili e cari Fratelli, questo Sinodo sul tema della riconciliazione e della penitenza per toccare le questioni più profonde nella missione della Chiesa verso l'uomo e verso il mondo dei nostri giorni.

Bisognava preparare in un certo senso il terreno per questo Sinodo mediante il Giubileo straordinario dell'Anno della Redenzione, che celebriamo contemporaneamente a Roma e in tutta la Chiesa. Mediante questo, il tema del Sinodo si è radicato in modo particolare in ciascuno di noi.

Siamo qui come coloro che hanno riconosciuto e creduto all'amore, che Dio ha per noi.[5] Da tale fede nasce tutto ciò che desideriamo fare mediante i lavori del Sinodo per la riconciliazione e per la penitenza nella missione contemporanea della Chiesa.

Lo facciamo, perché «abbiamo creduto all'amore)).

Lo facciamo fissando gli occhi su Cristo, il Buon Pastore che conosce le sue pecore e offre la vita per le pecore.[6]

3. Oggi tutto questo trova un'espressione ancora più particolare mediante l'iscrizione nell'albo dei santi del beato Leopoldo Mandic. Infatti egli fu, nei suoi giorni, un servo eroico della riconciliazione e della penitenza.

Nato a Castelnuovo alle Bocche di Cattaro, a 16 anni lasciò la

Es ist lange her, daß ein Papst Wien einen Besuch abgestattet hat. Ich bin Gott dankbar, daß die Umstände meines jetzigen Pastoralbesuches andere sind als jene, unter denen vor 200 Jahren Pius VI. in Ihre Hauptstadt gekommen ist. Seinerzeit gab es Anlaß zu großen Sorgen um die Einheit der Kirche und um ihre Autonomie in Österreich. Heute kann sich das kirchliche Leben ungehindert entfalten, der Katholikentag selbst ist ein beredtes Zeichen dafür. Es war mir eine Freude, daran teilnehmen zu können. Es war eine sehr beeindruckende Form der Verkündigung der Botschaft Christi an die Menschen dieses Landes. Es war ein Stück gelebte Hoffnung, das auch vielen anderen Hoffnung geben kann.

2. Die Aufgabe, die die Kirche kraft ihrer Sendung in der Welt zu erfüllen hat, ist eine religiöse und geistliche, keine politische. Aber gerade um des ihr anvertrauten Evangeliums willen verkündet die Kirche, wie das II. Vatikanische Konzil betont, auch »die Rechte des Menschen, und sie anerkennt und schätzt die Dynamik der Gegenwart,

die diese Rechte überall fördert«.[1] Sie empfindet daher Genugtuung und Dankbarkeit, wenn Staaten, wie die Republik Österreich, dank ihrer demokratischen Grundordnung und der brüderlichen Gesinnung ihrer Bürger sich in den Dienst der Menschenrechte stellen. Dabei ist nicht nur an die gute Ordnung des öffentlichen Lebens und die Bemühungen um die Wahrung der menschlichen Grundrechte im eigenen Land zu denken, sondern auch an die Bereitschaft, Menschen aus anderen Ländern aufzunehmen, die dort ihrer Religionsfreiheit, ihrer Freiheit der Meinungsäußerung oder der Achtung ihrer Menschenwürde beraubt sind. In großzügiger Weise hat Österreich immer wieder solchen Menschen Asyl gewährt. Damit zollt dieses Land der persönlichen Freiheit des Menschen jenen Respekt, der ihr als einem unveräußerlichen Recht der menschlichen Person zukommt.

In diesem Zusammenhang gebührt Ihrem Land ein besonderes Wort der Anerkennung und der Ermutigung dafür, wie es seine europäische und internationale Aufgabe insgesamt wahrnimmt. Wie in der Vergangenheit erfüllt Österreich auch in der Gegenwart vielfach die Funktion des Brückenschlags zwischen den Völkern. Es hat sich immer wieder bemüht, über die eigenen Grenzen hinaus im Bewußtsein der gemeinsamen Aufgaben Europas und dessen Verantwortung in der Völkergemeinschaft seinen Beitrag zur Friedenssicherung und zur Verständigung zwischen den Nationen und Machtblöcken zu leisten. Es wird nötig sein, diese Anstrengungen entschlossen weiterzuführen und die angestrebten Ziele noch klarer ins Auge zu fassen.

So hat die Sorge um die internationale Gerechtigkeit schon seit Jahren zu zahlreichen Maßnahmen der Entwicklungsförderung zugunsten ärmerer Weltregionen geführt. Ich freue mich, daß auch die kirchliche Entwicklungshilfe einen erheblichen Beitrag dazu leistet. Dennoch nimmt die Kluft zwischen Reichen und Armen immer noch zu. Das muß alle in Staat und Kirche zu noch größeren Anstrengungen anspornen, die auch tiefgreifende Änderungen in der Weltwirtschaftsordnung einschließen können. Dasselbe gilt für die Sorge um die internationale Verständigung und um die Sicherung des Weltfriedens. Gerade hier hat Ihr Land aufgrund seiner geographischen Lage und seines kulturellen Erbes besondere Chancen für noch intensivere Bemühungen um menschlichen und kulturellen Austausch und für eine noch wirksamere Förderung von Begegnungen und Dialog zwischen den Nationen.

[1] ***Gaudium et spes,*** **Nr. 41.**

3. In diesem Einsatz für das Wohl der Menschen und Völker finden die Staaten in der katholischen Kirche einen stets hilfsbereiten Partner. Die Kirche fühlt sich kraft ihres umfassenden apostolischen Auftrags berufen, zum Dienst am Menschen auch in der Öffentlichkeit beizutragen. Und das besonders in einem Land, in dem sich viele Staatsbürger als Christen bekennen und das in seiner Geschichte und Kultur so stark vom christlichen Geist geprägt worden ist.

Die Kirche ist keine politische Instanz. Sie hat keine technologische und wirtschaftspolitische Kompetenz und behauptet sich auch nicht durch Machtpolitik. Sie achtet die Verantwortung des Staates, ohne sich in seine politischen Aufgaben einzumischen. So gewinnt sie um so mehr an Autorität, Mahner für die wahre Freiheit zu sein, Mahner für die unveräußerlichen Rechte der menschlichen Person, für ihre Würde und göttliche Berufung. Im Namen der wahren Freiheit und der Würde des Menschen ist die Kirche vor allem aufgerufen, für die Bewahrung des moralischen Gewissens und eines vor ihm verantwortbaren sittlichen Handelns einzutreten, und das nicht nur im individuellen, sondern auch im gesellschaftlichen Leben. Es ist somit stets ihr geistlicher Auftrag, der die Kirche dazu bewegt, sich so entschlossen in partnerschaftlicher Zusammenarbeit mit den Staaten auch für die zeitlichen Belange des Menschen, für Gerechtigkeit und Frieden, für ein menschenwürdiges Zusammenleben und eine wirksame Verteidigung der sittlichen Ordnung in Familie und Gesellschaft einzusetzen. Dieser konkrete Dienst der Kirche ist um so dringlicher in einer Zeit, in der eine wachsende Mißachtung menschlicher Grundwerte die Fundamente der gesellschaftlichen Ordnung untergräbt und den Menschen selbst in seiner innersten Würde bedroht. Auch der moderne pluralistische Staat kann auf ethische Normen bei der Gesetzgebung und im öffentlichen Leben nicht verzichten, ohne daß das Wohl des einzelnen und der Gemeinschaft großen Schaden erleidet. Dies vor allem dann, wenn es so hohe Rechtsgüter wie das Leben des Menschen in all seinen Phasen zu schützen gilt. Die Kirche bekundet allen Verantwortlichen Solidarität und Anerkennung, die mit ihr aus persönlicher Überzeugung für die Verteidigung der sittlichen Grundwerte in der heutigen Gesellschaft eintreten und dies vor allem auch der Jugend als verpflichtende Aufgabe vor Augen stellen. Daß Sie, verehrter Herr Bundespräsident, dieses in Ihrem verantwortungsvollen Amt immer sehr freimütig und mit Nachdruck getan haben, darf ich an dieser Stelle in hoher Wertschätzung ausdrücklich hervorheben. Dafür und für alle Ihre Bemühun-

gen, durch die Sie das Wirken der Kirche und des Heiligen Stuhles in der Öffentlichkeit stets hochherzig unterstützt haben, sage ich Ihnen aufrichtigen Dank.

4. Gestatten Sie mir, sehr geehrte Damen und Herren, zum Schluß auch für Sie noch eine mehr persönliche Anmerkung. Sie, die Sie hier versammelt sind, sind vom österreichischen Volk in freien und demokratischen Wahlen in ihr politisches Amt berufen worden oder leiten ihre gesellschaftliche Aufgabe von einer solchen Berufung ab. Sie tragen eine sehr große Verantwortung für dieses Land und seine Stellung in der Welt. Der ehrenvolle, aber schwere Beruf des Politikers fordert den Einsatz aller Ihrer Kräfte und Ihrer ganzen Person. Jene unter Ihnen, denen die Gnade des Glaubens geschenkt ist, werden wissen, daß man dazu auch den Beistand Gottes erbitten darf und soll. Möge Ihnen allen die geistige und sittliche Kraft gegeben sein, den hohen Erwartungen gerecht zu werden, die die Gesellschaft, besonders auch die Jugend, gerade heute an die Politiker richtet.

Ich bin Ihnen, sehr verehrter Herr Bundespräsident, sehr geehrte Damen und Herren, dankbar dafür, daß Sie der christlichen Sicht der Dinge und dem partnerschaftlichen Dialog mit der Kirche Ihren jeweiligen persönlichen Uberzeugungen entsprechend Achtung erweisen. Mögen Sie dem auch in Ihrem verantwortungsvollen Wirken zum Wohl Ihres Volkes konkret Rechnung tragen. Ich erbitte Ihnen, dem »viel gerühmten, viel geprüften, viel geliebten Österreich« (Österreichische Bundeshymne) und allen Menschen, die in ihm wohnen, den bleibenden Schutz und Segen des allmächtigen und barmherzigen Gottes.

* *

Vindobonae, in Cathedrali templo S. Stephani ad homines in catholicas associationes adscitos habita.*

Gelobt sei Jesus Christus !

1. Ich grüße Euch im Namen Jesus Christi ; denn »in keinem anderen ist Heil zu finden ! Es ist uns Menschen kein anderer Name unter dem Himmel gegeben, durch den wir gerettet werden sollen«.[1]

Ich grüße Euch im Namen Marias, den das heutige Festevangelium

*** Die 12 m. Septembris a. 1983.**

[1] ***Apg 4,* 12.**

so herausstellt und dessen liturgische Feier vor dreihundert Jahren von dieser Stadt ihren Ausgang nahm.

Ich grüße Euch alle, die Ihr in diesem ehrwürdigen, dem heiligen Stephanus geweihten Dom versammelt seid. Er ist einst als gemeinsames Werk der Stände in jahrzehntelangem Einsatz entstanden und nach den Zerstörungen des Zweiten Weltkrieges durch gemeinsame Opfer der Bürger und Länder Österreichs neu errichtet worden. Wie ehedem bildet er als Zeugnis des christlichen Glaubens den weithin ragenden Mittelpunkt dieser Stadt Wien und des Erzbistums.

Heute ist in dieser festlichen Kathedrale das gesamte Laienapostolat Österreichs in seinen Vertretern zugegen, um zusammen mit dem Herrn Kardinal, mit Bischöfen, Priestern und Diakonen und mit dem Nachfolger des heiligen Petrus das Opfer Christi zu feiern. Uns alle verbindet eine gemeinsame christliche Vergangenheit, in der auch die Geschichte der Erlösung Eures Vaterlandes enthalten ist. Zugleich verbindet uns eine gemeinsame Sendung : die Sendung, in unserer Zeit das Heil zu verkünden.

2. Liebe Brüder und Schwestern ! »Der Engel Gabriel wurde von Gott... zu einer Jungfrau gesandt... Der Name der Jungfrau war Maria«.[2]

Die Darstellung der Verkündigung beim Evangelisten Lukas spricht von der Sendung Gabriels zu Maria, der Jungfrau von Nazaret. Zugleich aber offenbart dieser Text die Sendung des Sohnes Gottes : Gott der Vater sendet ihn in die Welt und gibt ihm eine irdische Mutter. Die Sendung des Sohnes Gottes verwirklicht sich in der Menschwerdung. Das Ewige Wort, eines Wesens mit dem Vater, nimmt Fleisch an ; im Schoß der Jungfrau wird es Mensch durch die Kraft des Heiligen Geistes. Im Glauben nimmt Maria die Verkündigung des Engels entgegen und spricht ihr »Fiat«, ihr Ja : So wird sie Mutter Christi.

In diesem Geschehen erreicht die Heilsgeschichte ihren Höhepunkt ; es beginnt die messianische Sendung Christi unter den Mensehen. »Er wird groß sein und Sohn des Höchsten genannt werden und seine Herrschaft wird kein Ende haben«.[3]

3. Die Sendung Christi, die durch das Kreuz auf Calvaria vollbracht und durch die Auferstehung vom Vater bestätigt wurde, hat

[2] ***Lk* 1, 26. 27.**
[3] ***Lk* 1, 32. 33.**

ihre Fortsetzung. Der auferstandene Herr wird den Aposteln sagen: »Wie mich der Vater gesandt hat, so sende ich euch«.[4] Er sendet sie aus als Zeugen des Evangeliums, als Zeugen des Kreuzes und der Auferstehung. Er sendet sie als Boten des Reiches Gottes. Er sendet sie, damit er von jetzt an durch ihren Mund, durch ihre Hände, durch ihr Herz wirken könne. In der Kraft des Heiligen Geistes hat der Sohn Gottes seine irdische Sendung übernommen und verwirklicht; in der Kraft desselben Geistes sollen nun die Apostel die Sendung erfüllen, die er an sie weitergegeben hat.

Die zweite Lesung der heutigen Liturgie stellt uns die Apostel vor Augen, wie sie in der Erwartung des Heiligen Geistes versammelt sind »zusammen mit den Frauen und mit Maria, der Mutter Jesu, und mit seinen Brüdern«.[5] »Sie alle verharrten einmütig im Gebet«, im Gebet um den Heiligen Geist.

Ist dieser erste Kern der Urkirche nicht bereits ein Abbild des Volkes Gottes, wie es sich aufbaut aus den Bischöfen als den Nachfolgern der Apostel und aus den Laienchristen, Frauen und Männern? In Treue zum geoffenbarten Willen Gottes und seiner amtlichen Auslegung in der Geschichte kennt die Kirche tatsächlich zwei Dimensionen ihres Apostolates: das Apostolat des Amtes aus der apostolischen Sukzession der Bischöfe und das Apostolat der Laien aus der allgemeinen Berufung eines jeden Christen.

Das II. Vatikanische Konzil hat beide Dimensionen in ihrem eigenständigen Wert, aber auch in ihrer gegenseitigen Bezogenheit vorbildlich herausgestellt. Dort finden wir das bleibende theologische Fundament für jede konkrete Verwirklichung dieser beiden Apostolatsformen in unseren Tagen. Das Apostolat des Amtes und das Apostolat der Laien stehen nicht im Gegensatz zueinander, sondern sind zuinnerst aufeinander verwiesen. In der Urgemeinde von Jerusalem gab es keine »Kirche von oben« und keine »Kirche von unten«: »Zusammen mit den Frauen und mit Maria, der Mutter Jesu, und mit seinen Brüdern verharrten alle Apostel dort einmütig im Gebet«.

4. Brüder und Schwestern! Diese Kathedrale, in der die Geschichte und der stete Glaube Eurer Heimat spürbar sind, erinnert uns daran, wie einst mutige Männer und Frauen die Botschaft von Jesus Christus in dieses Land gebracht haben. Neben Bischöfen, Priestern, Mönchen

[4] *Joh* 20, 21.
[5] *Apg* 1, 14.

und Nonnen haben ungezählte Laien aus allen Berufen und in allen Lebensumständen das Evangelium hierher getragen, eingepflanzt, gefördert und zur Blüte gebracht. Nur Gott kennt das Maß von Glaube, Hoffnung und Liebe, das von diesen Menschen gelebt und geweckt wurde.

Auch heute wird die Kirche nicht müde, die Gnadengaben Gottes auszusäen. Zugleich wird sie nicht müde, daran zu arbeiten, daß steinige Böden sich in fruchtbares Ackerland verwandeln. Dazu könnt gerade Ihr beitragen in Eurer spezifischen Sendung als Laien. Der Laie ist zugleich Zeichen des Heils in der Welt und Brücke zwischen Welt und Kirche. Sehr oft steht Ihr tiefer als die Priester- und Ordensleute inmitten der Lebensbedingungen, der Nöte, Hoffnungen und geistigen Auseinandersetzungen unserer Zeit. Nur mit dem hochherzigen, dem Hirtenamt der Kirche verbundenen, von der sakramentalen Gnade belebten Apostolat der Laien ist die Kirche wirklich Kirche.[6]

So möchte ich Euch als Nachfolger des heiligen Petrus in dieser Stunde ausdrücklich danken für Euren Dienst an jener Sendung, die der Sohn des Vaters an seine Kirche gegeben hat. In vielfältiger Weise dient Ihr dem Evangelium: jeder an seinem Ort und entsprechend seiner persönlichen Berufung — doch alle aufs engste miteinander verbunden. Ihr habt Euch einmal selbst für diese Berufe und Aufgaben entschieden. Zugleich aber sind sie Erwählung und Gnade Gottes.

5. Seid davon überzeugt, daß all Euer Wirken im Laienapostolat letztlich im Dienst der Verkündigung der Frohen Botschaft Jesu Christi steht. Dies trifft in einer besonderen Weise für diejenigen zu, die unmittelbar im Dienst der Glaubensvermittlung stehen. Ich denke dabei an den Religionsunterricht in der Schule und auch an alle anderen Arten von Glaubensunterweisung, besonders in der Vorbereitung auf Taufe und Firmung, auf Buße und Kommunion und auf die Ehe.

Mit dem Evangelisten Johannes bekennen wir, daß in Jesus von Nazaret das göttliche Wort Mensch geworden ist.[7] Gott ist Wahrheit; und es ist uns geschenkt, diese Wahrheit mitten in unserem Merischsein zu vernehmen, sie nachzusprechen, sie zu verkündigen, und dies in unseren Sprachen, mit unseren menschlichen Worten und Sätzen. Daraus leitet die Kirche die Verpflichtung ab, den Glauben auch in klaren Glaubenssätzen auszusprechen und weiterzugeben. Dies ent-

[6] Vgl. *Ad gentes,* Nr. 21.

[7] Vgl. *Joh 1,* 14.

spricht auch der Natur des Menschen, der die königliche Gabe seines Verstandes besitzt, um zu hören, zu bedenken und anzunehmen. Viele geistige Strömungen fordern die katechetische Unterweisung heraus: »Wir wollen uns, von der Liebe geleitet, an die Wahrheit halten«,[8] antworten wir mit dem Apostel Paulus. Werdet also nicht müde, Diener und Lehrer der Wahrheit zu sein, damit »euch die Wahrheit des Evangeliums erhalten bleibe«.[9] Die Heilige Schrift nennt den Widersacher Gottes »Vater der Lüge«;[10] unseren Beistand aber nennt sie den »Geist der Wahrheit«.[11]

Ich weiß, wie dornenreich Euer Dienst in der Katechese sein kann. Aber vertrauen wir darauf, daß der Geist Gottes mit seiner Wahrheit in der Kirche lebt, und stoßen wir nicht die uns Anvertrauten in die Verlassenheit einer bloß subjektiven Auslegung des Glaubens. Benützen wir alle guten Methoden, damit Wahrheit als verdauliche Speise gereicht werden kann.[12] Zugleich aber gilt die Mahnung des Apostels: »Verkünde das Wort, tritt dafür ein, ob man es hören will oder nicht«.[13]

Jene Evangelisierung, die den Laien anvertraut ist, geschieht aber vor allem im jeweiligen Lebensmilieu. Mit Recht sagen wir. daß die Eltern die ersten Katecheten ihrer Kinder, daß die Arbeiter die ersten Apostel der Arbeiter sind, daß Jugendliche ihre Freunde oft besser anzusprechen wissen als Erwachsene. Wo immer Ihr als gläubige Katholiken lebt, berufen durch Taufe und Firmung, dort seid Ihr wahre und echte Glaubensboten, bestellt zur Befreiung der Menschen durch die Wahrheit.[14]

Es wird oft hilfreich sein, sich dafür in Gemeinschaften zusammenzuschließen. Immer hat die Kirche ihre unerschöpfliche Lebenskraft bewiesen, wenn durch die vielen Jahrhunderte ihres Bestehens Gemeinschaften des geistlichen Lebens und des Apostolates entstanden sind. Manche sind zeitbedingt; manche bleiben durch viele Jahrhunderte lebendig.

Ich grüße alle diese Gemeinschaften! Ich weiß um Euren Beitrag zum Aufbau des kirchlichen und gesellschaftlichen Lebens, den Ihr bisher geleistet habt und der auch heute von Euch erwartet wird. Bemüht

[8] *Eph* 4, 15.
[9] *Gal* 2, 5.
[10] *Joh* 8, 44.
[11] *Joh* 4, 17.
[12] Vgl. *1 Kor* 3, 2.
[13] *2 Tim* 4, 2.
[14] Vgl. *Joh* 8, 32.

Euch dabei um eine ständig Erneuerung aus den Quellen, die uns die Lehre der Kirche und das Vorbild heiligmäßiger Menschen anbieten. Die Feier der Geheimnisse Christi, zumal die Eucharistie, muß die unverrückbare Mitte bilden, aus der Ihr Eure apostolische Kraft bezieht.

Seit langem gibt es auch in Eurem Lande zahlreiche Menschen, die bereit sind, die Bischöfe und Priester in ihrer Seelsorge unmittelbar zu unterstützen. Vor allem die Seelsorgshelferinnen haben Pionierarbeit geleistet für einen Dienst, der heute in den Gemeinden immer bekannter wird im Beruf des Pastoralassistenten. Dankbar denke ich auch an viele andere Männer und Frauen, die hauptamtlich dem Reich Gottes in der Kirche dienen : Sakristane und Organisten, Juristen und Fachleute der Verwaltung. Besonders intensiv stellen die Mitarbeiter der katholischen Caritas und alle, die in christlicher Gesinnung sich den vielfältigen Werken der Barmherzigkeit widmen, das liebevolle Antlitz und die helfenden Hände Christi dar. Ihr werdet durch Euer ganzes Tun zum Zeichen für das Erbarmen Gottes mit dem bedrängten Menschen. Das Mitleiden im Namen Jesu sollte die personale Wurzel jeglicher Sozialarbeit der Kirche sein.

Zur sinnvollen Koordinierung all dieser Dienste im kirchlichen Bereich bestehen auch bei Euch Pfarrgemeinderäte und ähnliche Gremien auf höherer Ebene. Sie alle machen die Wirklichkeit des ganzen Volkes Gottes deutlich. Sie tragen dazu bei, daß Priester und Laien gemeinsam Wege der Evangelisierung suchen können; sie helfen, daß die Kirche auch in der öffentlichen Meinung Eures Landes ihre Stimme besser zur Geltung bringt.

Schließlich möchte ich noch jene nennen, die oft Dienste im Verborgenen leisten. Es ist nicht gleichgültig, ob das Gebäude einer Kirche mit Liebe gepflegt und geschmückt wird ; es ist nicht gleichgültig, wer die Pfarrhöfe betreut ; es hat seine Bedeutung, mit welchem Geist die vielfachen kleinen Verrichtungen in einer Gemeinde getan werden, die in den Augen Gottes groß sein können. Auch sie brechen dem Evangelium Bahn, wenn sie aus überzeugtem Herzen getan werden.

6. Liebe Brüder und Schwestern ! Damit Eure Arbeit in den verschiedenen Bereichen des Laienapostolates zur vollen Wirkung gelangen kann, müßt Ihr selbst vom Geiste Christi zutiefst beseelt und durchdrungen sein. Deshalb rufe ich Euch auf, Euer eigenes Leben zu heiligen. In Eurem Land haben Heilige gelebt und gewirkt, deren Andenken unvergessen ist. Hier in Wien gedenken wir besonders des hl. Klemens

Maria Hofbauer. Es waren Priester und Laien, Männer und Frauen, Ordensmänner und Ordensfrauen. Und auch in jüngster Zeit gab es bei Euch Menschen, auf die wir, wenn sie auch nicht oder noch nicht zur Ehre der Altäre erhoben wurden, mit Dankbarkeit und Hoffnung blicken.

Ein Heiliger ist in seinem Leben und Sterben eine Übersetzung des Evangeliums für sein Land und seine Zeit. Christus zögert nicht, seine Jünger zur Nachfolge, ja zur Vollkommenheit aufzufordern.[15] Die Bergpredigt ist eine einzige Schule, um heilig zu werden. Habt keine Angst vor diesem Wort und habt keine Angst vor der Wirklichkeit eines heiligen Lebens ! Sicher bedarf die Kirche ihrer großen Einrichtungen, ihrer Strukturen, auch ihrer finanziellen Mittel. Die Quelle ihres Lebens aber ist der Geist Gottes, der sich in den Menschen ganz konkret ausprägen möchte.

Pflegt also das Gebet, besonders auch das persönliche Gebet. Viele Eurer Kirchen sind hervorragende Kunstwerke, sie dürfen jedoch nicht zu Museen werden. Die beständige Treue des stillen Gebetes vieler Menschen vor dem Tabernakel trägt dazu bei, diesen Kirchen ihre wahre Bestimmung und Würde zu erhalten.

Belebt in Euren Gemeinden wieder die Gesinnung und das Sakrament der Buße. Im Gleichnis vom Pharisäer und Zöllner[16] spricht der Herr deutlich aus, mit welcher Gesinnung jemand den Raum und ebenso das geistige Gebäude der Kirche betreten soll. Ohne Buße wächst Anklage gegen Anklage, und aus diesen Anklagen wachsen Feindschaft, Unfrieden, ja Krieg. Unsere Buße vor Gott dient nicht allein der eigenen Heiligung, sondern sie ist ebenso eine Heilung Eurer Umwelt. So werden wir zu lebendigen Zeichen der Hoffnung inmitten von Menschen, die ihre Schuld verdrängen oder von ihr erdrückt werden.

Bittet Gott um die Gnade, Euer Kreuz tragen zu können. Vielfach ist unser Leben gefährdet, und viele Pläne scheitern. Es gibt nicht wenige Menschen — auch in Eurem Land —, die dann keinen Sinn mehr in ihrem Leben finden. Gebt Ihr ihnen durch Eure demütige Kraft neuen Mut, ihr Kreuz zu tragen. Ihr seid dann für sie ein befreiendes Beispiel; in Euch sehen sie den Weg, um zusammen mit unserem Erlöser zu Ölberg und Auferstehung gelangen zu können.

Und schließlich : Lebt mutig Euer ganz persönliches Leben, auch wenn es Euch unbedeutend erscheint. Die große Lehrmeisterin des

[15] Vgl. *Mt* 4, 48.

[16] Vgl. *Lk* 18, 10 ff.

Kleinen Lebens, Theresia von Lisieux, hat uns in ihren kurzen Lebensjahren die Einsicht eröffnet, wie groß die kleinen, normalen Tätigkeiten vor Gott sein können. Auch Charles de Foucauld ist hier zu nennen, der das verborgene Leben Jesu in Nazaret als großes Vorbild erkannt hat. Es gibt die aufsehenerregende Heiligkeit einiger Menschen; es gibt ebenso auch die unbekannte Heiligkeit des täglichen Lebens.

In all dem ist Maria Euch Vorbild. »Der Engel trat bei ihr ein« und grüßte sie als die Begnadete. »Ave Maria, gratia plena«, so grüßt sie die Kirche über die Jahrhunderte hin. Der Herr ist mit ihr. Ja, der Herr sei auch mit Euch in der Heiligung Eures Lebens und in Eurem apostolischen Dienst. Das ist der Wunsch des Papstes, und das ist der priesterliche Dienst Eurer Bischöfe, Priester und Diakone an Eurer Berufung.

7. Zum Abschluß möchte ich noch einmal auf die Worte der heutigen Liturgie zurückkommen. Die erste Lesung aus dem Buch Jesus Sirach spricht von der Weisheit, die »aus dem Mund des Höchsten hervorging«.[17]

Liebe Brüder und Schwestern! Wir wollen diese Weisheit lieben! Dann werden wir unsere Freude finden an einem Apostolat, das im Dienst dieser göttlichen Weisheit steht.

Durch diesen Dienst von vielen Generationen hat die Weisheit »bei einem ruhmreichen Volk Wurzel gefaßt«, im »Anteil des Herrn«, in seinem »Erbbesitz«.[18] Durch den gleichen Dienst der gegenwärtigen Generation von Boten der göttlichen Weisheit möchte diese in der heutigen Welt Wurzel fassen.

Laßt uns diesem ewigen Wunsch der göttlichen Weisheit nachkommen. Öffnen wir ihr unser Herz. Bringen wir sie den Menschen und den Dingen in unserer Umgebung nahe. Erschließen wir ihr den Zugang zu Moral und Kultur, zum sozialen, politischen und wirtschaftlichen Leben.

Die göttliche Weisheit ist das Licht, das die ganze Schöpfung durchdringt.

Sie umfaßt in ihrer Liebe den ScfiOpïèiTTîîn3""a.ië Schöpfung, Gott und die Menschheit.

Brüder und Schwestern! Gehen wir die Wege dieser Weisheit! Werden wir ihre Boten! Dienen wir dem Heil, das Gott selbst der Menschheit in Jesus Christus anbietet. Amen.

[17] **24, 3.**
[18] **24, 12.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

EPISTULA

Em.mo ac Rev.mo Domino Iosepho Card. Hofîner, Archiepiscopo Colonien., missa: de peracto examine circa « Opus Angelorum ».

Eminentissime Domine,

litteris diei 1 Decembris 1977 Cardinali Secretario Status missis Eminentia Tua examen circa « Opus Angelorum » petivit.

Haec petitio a Secretaria Status ad hanc Sacram Congregationem pro competentia transmissa est.

Examine peracto Eminentissimi Cardinales huius Congregationis in Feria IV diei 22 Iunii 1983 ad sequentes decisiones pervenerunt, quas Summus Pontifex in audientia 1 Iulii approbavit :

1. Opus Angelorum in promotione devotionis erga Sanctos Angelos obtemperare debet doctrinae Ecclesiae necnon SS. Patrum et Doctorum.

Peculiariter non diifundet intra sua membra et intra fideles talem cultum Angelorum qui ((nominibus», ex praesumpta revelatione privata (Dominae Gabrielae Bitterlich attributa) cognitis, uteretur. Nec iisdem nominibus in orationibus quibuscumque a communitate adhibitis uti licebit.

2. Opus Angelorum a suis membris non expetet neque iisdem proponet sic dictam silentii promissionem (((Schweigen - Versprechen ») , etsi legitimum sit circa res internas Operis Angelorum aequam discretionem servare quae membris Ecclesiae Institutorum decet.

3. Opus Angelorum eiusque membra omnes normas liturgicas stricte observabunt, speciatim quae ad Eucharistiam spectant. Hoc valet praecipue quoad sic dictam « Communionem expiatoriam ».

Hanc occasionem nactus impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor permanens

Eminentiae Tuae Rev.mae add.mus

IOSEPH Card. **RATZINGER,** *Praefectus*

S Fr. Hieronymus Hamer, O. P., Archiep. tit. Loriensis, *Secretarius*

L. © S.

Datum Romae, die 24 mensis Septembris, A. D. 1983.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETUM

BERTRANIAE IN CATATUMBO

De mutatione sedis et nominis Praelaturae

Cum urbs vulgo Tibú, intra fines Praelaturae Bertraniae in Catatumbo patens, loci opportunitate, incolarum frequentia opibusque modo crebra, labentibus annis, felicia susceperit incrementa ac, ad praesens, christifidelium numero, industria, negotiisque floreat, atque caput regionis cui nomem Catatumbo exstet, R. P. Leonardus Gómez Serna, O. P., Ordinarius eiusdem Ecclesiae, ad aptius animarum bono consulendum, audita Conferentia Episcopali Columbiae, ab Apostolica Sede expostulavit ut templum paroeciale in memorata urbe situm, Deo in honorem S. Ludovici Bertrandi dicatum, ad dignitatem et fastigium Ecclesiae Praelatitiae eveheretur ac Praelatura, ab eiusdem civitate nominis, posthac *Tibuensis* nuncupari possit ac debeat.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Angeli Acerbi, Archiepiscopi titularis Zellensis, in Republica Columbiana Nuntii Apostolici, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, divina Providentia Pp. II, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesens edit Decretum

perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Ad haec executioni mandanda eadem Sacra Congregatio memoratum Exc.mum P. D. Angelum Acerbi deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Congregationem, ubi primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae executionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 16 mensis Novembris anno 1983.

® **SEBASTIANUS** Card. **RAGGIO**, *Praefectus*

h. © S.

© Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Feraditanus maior, *a Secretis*

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 30 Novembris 1983. — Titulari episcopali Ecclesiae Girumontensi R. D. Stephanum Moskwa, Moderatorem Seminarii Premisliensis dioecesis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ignatii Tokarczuk, Episcopi Premisliensis Latinorum.

die 18 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Isclanae Exc.mum P. D. Antonium Pagano, hactenus Episcopum titulo Cissitanum.

die 20 Decembris. — Cathedralibus Ecclesiis Tarquiniensi et Centumcellarum Exc.mum P. D. Hieronymum Grillo, hactenus Episcopum Cassanensem.

die 21 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Oliveirensi, R. D. Franciscum Barroso Filho, e clero marianensi.

die 22 Decembris. — Cathedralibus Ecclesiis Terracinensi-Latinensi, Privernensi et Setinae R. D. Dominicum Pecile, ex archidioecesi Utinensi presbyterum.

die '23 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Barrancabermeiensi Exc.mum P. D. Ioannem Franciscum Sarasti Jaramillo, C. I. M., hactenus Episcopum titularem Egarensem et Auxiliarem archidioecesis Caliensis.

die 29 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Barrensi R. P. Itamar (Navildo) Vian, Vicarium Provincialem Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum in Statu brasiliensi Rio Grande do Sul.

die 7 Ianuarii 1984- — Metropolitanae Ecclesiae Saltensi Exc.mum P. D. Moysem Iulium Blanchoud, hactenus Episcopum Rivi Quarti.

— Cathedrali Ecclesiae Raphaëliensi Exc.mum P. D. Hectorem Gabinum Romero, hactenus Episcopum titularem Tagaratensem et Auxiliarem dioecesis Clivi Zamoerensis.

die 10 Ianuarii. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Bogdani Mariani W. Sikorski, Episcopi Plocensis, Exc.mum P. D. Sigismundum Kaminski, hactenus Episcopum titularem Midicensem.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus Divina Providentia Pp. II, latis decretis a Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare.

Nimirum praefecit :

die 80 Augusti 1983. — Titulari episcopali Ecclesiae Numidensi R. D. Ioannem Baptistam Morandini, e clero Brixiensi, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, apud Consilium pro publicis Ecclesiae negotiis Consiliarium, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Apostolicum in Ruandensi Re publica Nuntium nominavit.

die 11 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Agraënsi Exc.mum P. D. Caecilium deSa hactenus Episcopum Lucknovensem.

— Cathedrali Ecclesiae Belizensi Exc.mum P. D. Osmundum Petrum Martin, hucusque Episcopum titulo Thuccensem in Mauretania ac Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Nachingveaënsi R. D. Polycarpum Pengo, e clero dioecesis Sumbavangensis, Rectorem Seminarii maioris Daressalaamensis archidioeceseos.

— Cathedrali Ecclesiae Cheiuensi R. D. Paulum Kim Tchang-Ryeol, Directorem plurium hospitalium infirmorum aedium in civitate Seulensi.

— Cathedrali Ecclesiae Kahamaënsi nuper erectae in Tanzania R. P. D. Matthaeum Shija, Taboraënsis Archidioeceseos Vicarium Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Natitinguensi R. D. Nicolaum Okioh, Vicarium Generalem dioecesis Abomeiensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Muzucensi in Byzacena R. P. Antonium Sabían Apurón, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem ac Ecclesiae Cathedralis Aganiensis Rectorem, quem Auxiliarem Exc.mi P. D. Felixberti Comacho Flores, Episcopi Aganiensis deputavit.

die 5 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Badullanae Exc.mum P. D. Edmundum Fernando, O. M. I., hactenus Episcopum titulo Igilgilitanum et Columbensis in Taprobane Archiepiscopi Auxiliarem.

— Cathedrali Ecclesiae Nkayiensi noviter erectae in Congica Natione R. P. Ernestum Kombo, Societatis Iesu sodalem, Parochum ecclesiae Sanctae Annae in Brazzapolitana civitate.

— Cathedrali Ecclesiae Diphuensi nuper erectae in India R. P. Matthaeum Kochuparampil, Societatis S. Francisci Salesii, eiusdem sodalium provinciae Gauhatinae Inspectorem.

II

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit:

die 30 Augusti 1983. — Exc.mum P. D. Villelmum Aquilinum Carew, Archiepiscopum titulo Teldensem, *Pro-Nuntium in Iaponiae Natione Apostolicum.*

die 4 *Octobris.* — R. P. Macram Max Gassis, e Missionariis Combonianis Cordis Iesu, Cancellarium Curiae Archidioecesanae Khartumensis necnon Secretarium conferentiae episcopalis Sudaniensis,

Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis)) Elobeidensis dioeceseos.

die 31 Octobris. — Exc.mum P. D. Reginaldum Iosephum Orsmond, Episcopum titulo Assuritanum, *Administratorem Apostolicum « sede plena et ad nutum Sanctae Sedis » dioecesis Ioannesburgensis.*

die 22 Novembris. — Exc.mum P. D. Angelum Nam Sou Kim, Episcopum Suvonensem, *Directorem castrensem in Corea.*

die "27 Novembris. — Rev. P. Franciscum van Roessei, e Societate Mariae, hucusque Vicarium Capitularem Archidioecesis TJgiungpandanganae, *Administratorem Apostolicum «sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis* » eiusdem Archidioeceseos.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

NEAPOLITANA

Canonizationis Ven. Servi Dei Modestini a Iesu et Maria, Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Religiosi, cum sint toti Domino consecrati, peculiari titulo ad Dei servitium et honorem destinantur consiliorum evangelicorum professione, et iubentur pariter ad totius Ecclesiae bonum vitam suam per caritatem deferre (cf. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* 44). Hinc, praeter suave et honorificum munus dan-

di, manifesto, mundo documentum ininvestigabilis mysterii Christi, iidem religiosi laeti et sibi constantes recipiunt « officium pro omnibus et secundum formam propriae vocationis, sive oratione, sive actuosa quoque opera, Iaborandi ad Regnum Christi in animis radicandum et roborandum illudque ad omnes plagas dilatandum » *(ibid.).*

Hanc vivendi rationem, qua quis Deo soli vivit et simul prompte et fideliter Ecclesiae servit, per tempora post Christum natum ingens virorum et mulierum multitudo magno animo et variis modis sunt secuti; ii namque a Divino Spiritu accensi et sustentati, pro charismate et indole sui Instituti et peculiaribus suae aetatis necessitatibus, super genus humanum lumen servaverunt succensum singularis virtutis et sanctitatis, quia Dominum testati sunt «vel in monte contemplantem, vel turbis Regnum Dei nuntiantem, vel aegrotos et saucios sanantem ac peccatores ad bonam frugem convertentem, vel pueris benedicentem et omnibus benefacientem, semper autem voluntati Patris qui eum misit oboedientem » *(Lumen G-entium,* 46).

In hunc electorum et bene meritorum virorum ac mulierum numerum, qui sicut sidera iter hominum regunt, non adscribere non possumus etiam Servum Dei Modestinum a Iesu et Maria, qui cum solum et ante omnia Deum sibi proposuisset eiusque gloriam, mire ac eadem ratione, qua héroes, secundum religionem et pietatem Ordinis Fratrum Minorum, precationem continuam coniunxit cum alacri actione apostolica; contemplationis quietem cum laboribus pro dilatanda arcana Dei dicione et potestate in animos; beatam solitudinem cum usu sedulo et industrio vitae communis et societatis ; asperas paenitentias et incommoda cum mirabili franciscana laetitia; accuratam severae Regulae conventualis observantiam cum plena caritate erga aegros, pauperes, peccatores, egenos; silentium cum sacro verbi ministerio; paupertatem, caput et indicem cuiusque filii Sancti Francisci, cum maxima liberalitate. Insuper, ut apte spiritualem et pastoralem imaginem Servi Dei describamus et intellegamus, omittere nequimus quam humanitatem et quem cultum a sua terra et a suo populo hauserit; unde licet nobis affirmare eum verum fuisse Neapolis suae aetatis filium. Non mirum igitur si P. Modestinus a Iesu et Maria fuit in gente sua sacerdos magnae auctoritatis et non dubiae efficaciae. Omnes enim ordines, tum humillimae familiae tum reges, eius claras et excelsas sunt admirati virtutes et igni eius religiosi fervoris sunt calefacti, apostolico studio eius et inusitata facultate miracula edendi magnopere fruiti.

Servus Dei — qui in saeculo Dominicus Mazzarella — vitam in brevibus finibus egit. Natus in loco vulgo *Frattamaggiore* appellato, in dioecesi Aversana, die 5 mensis Novembris anno 1802, e vita decessit die 24 mensis Iulii anno 1854. Vixit igitur duos et quinquaginta annos, quorum viginti septem in sacerdotio.

Cum puer pie et integre vixisset, morum innocentia insignis et amore Iesu eucharistici et pietate erga Virginem Mariam a Bono Consilio, loci Episcopo curante numeratus est in clericis ministerio Cathedralis addictis et est admissus in seminarium dioecesanum Aversae, ubi septem mansit annos, a sodalibus non comprehensus, qui eius pietatem et probitatem pertaesi, effecerunt ut mortuo Episcopo Augustino Tommasi, qui ei fuerat tamquam verus pater et patronus, ad suam rediret familiam. Perrexit tamen, ad saeculum reversus, se excolere; vestem talarem non deposuit et intento animo esse perseveravit, pius, deditus apostolatui catechesis et operibus caritatis, ostendens simul magnum silentii et paenitentiae ardorem. Coepit etiam Patres Aleantarinos conventus loci *Grumo Nevano* frequentare et anno 1822, iam viginti annos natus, ingressus est in eorum religiosam Provinciam Neapolitanam, destinatus dare Deo gloriam iter conficiendo perfectionis a seraphico Sancto Francisco monstratum. Fructuose novitiatu peracto, professionem sollemnem edidit die 17 mensis Februarii anno 1824. Studiis philosophicis et theologicis exercitis, quamquam non bona utens valetudine, ordinationem sacerdotalem accepit Aversae die 22 mensis Decembris anno 1827. Insequente anno concionator divini verbi est probatus et anno 1830 confessarius. Vitam religiosam degit variis in conventibus : primum in loco *Grumo,* deinde, in munere custodis constitutus, in oppidis *Mirabella* et *Pignataro;* postea missus est aedituaturus ad pagum *8. Lucia del Monte* et tanquam praeses ad conventum Neapolitanum Sanitatis, qui singularissimus erat et popularissimus urbis vicus. Munere superioris solutus est, ut confessionibus peccatorum audiendis totam daret operam, ac verbo praedicando et aegrotis atque pauperibus visitandis qui, eius crescente fama sanctitatis et miraculorum allecti, fidentes eius auxilium exquirebant.

Revera confessarius fuit ab omni classe expetitissimus, in sede confessionali multas dierum horas fatigatus, prudens et moderatus in consiliis dandis et in animis gubernandis; pauperum fuit amans, auxiliator, defensor, adeo ut cibo necessario se privaret et divitibus supplicaret pro exheredatis adiuvandis; infirmorum et aegrotantium

fuit minister, quibus et verbis et auxiliis corporis solacium praebuit, praeter sacramentorum gratiam.

Curam singularem, et nonnisi sacerdotalem et pastoralem, habuit parientium, ut hae donum materni nominis acciperent et postea exercerent secundum christianae religionis principia.

Haec apostolatus forma, in quam Servus Dei semper magna cum prudentia et perfecta modestia incubuit, ad nostram aetatem momentum habet quasi propheticum et divinum, cum moneat de respectu et de tutela vitae hominis nascentis ; multi namque nostri temporis, dum iuste hominis dignitatem laudibus tollunt et celebrant, saepe eius conceptum periculo obiciunt efficiuntque ut eius ortus incertus sit et indefensus, actus autem precarius. Iuvat proinde nos ante oculos ponere P. Modestinum a Iesu et Maria pro certo habuisse, et firme quidem, sacram esse vitam hominis ab initio, quia donum Dei est et insigne eius amoris et gloriae indicium.

Etsi tanta mole et varietate apostolatus gravabatur et permissibus peculiaribus a superioribus datis utebatur, Servus Dei a qualibet reprehensione afuit, quin immo exemplo fuit in colenda austera Alcantarina Regula, in religiosa custodia votorum paupertatis, oboedientiae et castitatis, laudem ita sibi comparans etiam fratrum suorum.

Sine dubio huiusmodi vitae fundamentum positum erat in fide forti et vehementi, qua tota eius vita est instituta ; in praestantia et altitudine pietatis, quae continenter alta est et excitata longis precationibus, eucharisticis adorationibus vel in noctes productas; consueta cum Deo coniunctione, attonita quodammodo sanctae Missae celebratione, continua et constanti ascesi, continenti colloquio cum Deo, quem is magis diligebat, quam vitam suam, obque quem omnia abdicaverat et a quo omnia sperabat bona.

Ardentissima etiam pietate coluit Beatissimam Virginem a Bono Consilio, cuius cultum multis modis et efficaciter propagavit Neapoli et in vicinis. Et quod ad hoc pertinet, Summus Pontifex Pius IX dicitur significantem appellationem « vecordem Beatae Mariae Virginis » ei indixisse, aut, ut alii affirmant, ((amantem Beatae Virginis a Bono Consilio », hoc modo indicans eminentem eius religionis notam.

P. Modestinus a Iesu et Maria, verus Dei vir, Ecclesiae servus, magnae franciscanae familiae decor, etsi in condicionibus societatis, cultus et Ecclesiae vixit dissimilibus condicionum nostrae aetatis, nuntium affert ad hoc tempus aptum, praesertim ad religiosos qui, ex toto Domino consecrati, debent purius et rectius in dies iter ingredi

ut Christum vere et iucunde sequantur, ex Evangelio viventes et sua quisque religiositate et pietate. Sed etiam animarum pastores, opinamur, possunt in vita Servi Dei perspicere quam magnum sit, quam pulchrum gratia et redemptionis generosa esse instrumenta, maxime confessiones peccatorum audiendo, animis moderando, consilia dando, curam gerendo eorum qui in suis spiritibus et corporibus participant peculiari modo crucis Domini mysterium.

Cum Servus Dei, cholera morbo temptatus, placide et pie in Domino somno est consopitus, fama eius sanctitatis non est cum eo sepulta, sed ita est aucta et firmata, ut Archiepiscopus Neapolitanus censeret esse Causam beatificationis et canonizationis ineundam per celebrationem Processuum Ordinariorum, qui anno 1877 iam erant confecti. Hos secuta est scriptorum adprobatio die 13 mensis Ianuarii anno 1887 et Introductio Causae die 11 mensis Martii anno 1891. Peractis anno 1901 Processibus Apostolicis, qui et ipsi apud Curiam Neapolitanam erant instructi, Causae iter incepit longissimum ac difficile et arduum, quod disceptatio confecit tandem super virtutibus in Congressu Peculiari die 15 mensis Februarii anno 1983 et in Congregatione Ordinaria Eminentissimorum Patrum Cardinalium die 10 mensis Maii anno 1983, ponente seu relatore Rev.mo Domino Antonio Mauro, Archiepiscopo titulari Thagastensi. In utroque autem Coetu dubio num Servus Dei virtutes christianas heroum in modum coluisset, responsum est datum affirmativum.

De praedictis omnibus Summus Pontifex Ioannes Paulus II certior est factus die 14 mensis Maii anno 1983 per subscriptum Cardinalem Praefectum, et mandavit ut Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus appararetur.

Quod cum rite est factum, accitis eodem Cardinali Praefecto atque Rev.mo Antonio Mauro, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, Venerabilis Servi Dei Modestini a Iesu et Maria, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus et edi et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 9 Iunii, Anno Iubilaeo Redemptionis 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

TREVIREN.

Canonizationis Servae Dei Blandinae Merten, Religiosae professae Congregationis Sororum S. Ursulae de Calvarienberg.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Inter omnia educationis instrumenta peculiare momentum habet schola, quae vi suae missionis dum facultates intellectuales assidua cura excolit, recte iudicandi capacitatem evolvit, in patrimonium culturae a generationibus praeteritis acquisitum introducit, sensum valorum promovet, vitam professionalem praeparat, inter alumnos diversae indolis et condicionis amicalem consortionem páriens mutuam se comprehendendi dispositionem fovet; insuper veluti quoddam centrum constituit cuius operositatem et profectum una participare debent familiae, magistri, varii generis consociationes vitam culturalem, civicam, religiosam promoventes, societas civilis, et tota communitas humana. Pulchra igitur et gravis quidem ponderis est vocatio illorum omnium qui parentes in eorum officio implendo iuvantes et communitatis humanae vices gerentes, munus educandi in scholis suscipiunt; quae vocatio peculiares mentis et cordis dotes, diligentissimam praeparationem, continuam renovationis et adaptationis promptitudinem expostulat» (Conc. Vat. II, Decr. de educatione christiana *Gravissimum educationis,* n. 5).

Huiusmodi pulchram educandi instituendique subolis iuventutis vocationem secuta est inde ab ineunte adulescentia et deinde religiosam vitam professa Serva Dei Blandina Merten, quae in munere ludimagistrae sedulo explendo congruentem ad sanctificationem invenit viam.

Ipsa ortum duxit in pago quem nuncupant *Düppenweiler,* die 10 mensis Iulii anno 1883, nona quidem ex decem fratribus, quaeque biduo post, sacra baptismatis unda regenerata, Mariae Magdalenae nomen recepit. Parentes habuit humiles ruricolas, sed christianis vir-

tutibus admodum commendatos; in quorum familia assidue peragebatur pietatis exercitia, uti communis Rosarii recitatio, cotidiana Missae participatio, frequens Sacramentorum usus aliaeque preces traditione receptae. Nihil igitur mirum si iam puella virtutibus suae aetatis inter aequales floruerit. Studia primaria in schola publica et penes privatos docentes in pago natali sedulo explevit. Duodecimum autem annum cum ageret, ut tunc ferebat mos, Corpus Christi primum suscepit, eodemque mense et anno (scil. Aprili anno 1896) sacro Chrismate est roborata. Puella cum esset prompta ad discendum, missa est a parentibus, suadente loci parocho, apud *Marienau Vallendaer'* prope urbem Confluentes, operam datura studiis ad publici magisterii diploma consequendum. Quae studia ibi diligenter exercuit ab anno 1899 ad annum usque 1902, ita ut magistrae diplomate summa cum laude donata fuerit. Suum officium eodem anno 1902, utroque parente interea demortuo, obire incepit, et quidem, per aliquot menses, apud *Oderthal,* deinde, annis 1903-1907, apud *Morscheid,* et postremo, a mense Iulio a. 1907 ad mensem Aprilem a. 1908, apud *Grossrosseln.* Ubique autem docendi munus egregie adimplevit Serva Dei eamque fama « angeli », quam studiorum tempore, sibi conciliaverat, comitata est; erat namque discipulis eorumque parentibus in exemplum fideli divinae legis observantia, humanitate, mansuetudine, serenitate, modesta ac debiti muneris absoluta functione.

Divinus autem ille Magister ludimagistram Mariam Magdalenam Merten ad altioris vitae rationem, videlicet ad religiosum statum amplexandum, vocabat. Et ipsa, viginti et quinque annos nata, qua erat diligens ac studiosa magistra, Institutum religiosum quaesivit, cui proprium esset puellis et adolescentibus humanam et divinam impertire institutionem, et in quo externam vitae activitatem cum vita contemplativa coniungere valeret. Ea aptam ad id societatem invenit apud Sorores Ursulinas de *Calvarienberg,* prope *Ahrweiler.* Quapropter, Divino vocanti Magistro offerens universa, die 28 mensis Octobris anno 1908 sacras induit vestes, recepto nomine Blandina a S. Corde, et die 3 Novembris anno 1910 primam votorum professionem emisit. Mox a Superioribus missa est ad scholam loci vulgo dicti *Saarbrücken* et postea, valetudinis causa, est translata Augustam Trevirorum, in domum Sancti Banti. Ibi septennium ludimagistram se ostendit peritissimam omnique laude dignam. Dum enim adulescentulas docet praescriptas disciplinas civiles, earundem etiam moribus religiose fingendis ardore, mira industria, verbi et exemplo operam

navabat. Consodales autem regulari observantia praeibat sed sine strepitu, ut ita dicamus, amans «nesciri et pro nihilo reputari». Ibidem, die 4 mensis Novembris anni 1913, vota religiosa nuncupavit perpetua et, cum Superiorum permissu atque conscientiae suae moderatoris, victimam Divini Amoris se obtulit.

Verum, terrestre Famulae iter haud fuit longum; nam autumnali tempore anni 1916 in gravem pulmonum morbum incidit, quod humanis remediis ea tempestate de vinci haud poterat. In valetudinarium Sororum apud *Marienhaus* deducta, divinae voluntati obsequens, morbum patientissime toleravit, veluti Christo confixa cruci (cf. *Gal* 2, .19). Mortis iamiam adventantis conscia, Dei Famula iteratis precibus ad Deum iugiter adspirabat, donec postremis Ecclesiae Sacramentis rite munita, in pervigilio Pentecostes, die 18 mensis Maii anno 1918, aetatis suae anno trigesimo quinto, status autem religionis undecimo, placidissime animam efflavit. Cuius exuviae in coemeterio S. Paulini Augustae Trevirorum humatae fuerunt, hodieque ibi requiescunt.

Gravissimo docendi educandique munere, — quod est ((ars artium, scientia scientiarum», ut ait S. Gregorius Nazianzenus *(P. G.,* 35, 425) — sancte et fideliter iuncta est Famula Dei Blandina Merten ; erat namque, uti optimum decet magistrum, erudita, patientes, sollicita et diligens. Humanam scientiam cum timore Dei in alumnarum mente et voluntate coniungere satagebat. Mira constantia eluxit et in aliis cotidianae vitae officiis adimplendis, quae quidem veluti divinitus sibi concredita putabat ; solita erat dicere : « Omnia mihi sunt caelum ». Mirandae quoque fuerunt eius orandi assiduitas, pietas, simplicitas, sedulitas, fidelitas aeque in maioribus et in minoribus, necnon et mentis serenitas et aequilibritas, modestia et in alios benevolentia. Iugis autem, prompta, facilis et cum delectatione harum aliarumque christianarum virtutum exercitatio, notas praebent heroici gradus virtutis in Serva Dei, licet ageretur de actibus ordinariis sed non ordinarie dicitis. Ita ipsa vivens, optimae iuvenis et religiosae gavisa est opinione, quamvis exteriore splendore orbata; et post mortem, accedente rumore de gratiis eius apud Deum intercessione obtentis, « sancta » praedicari coepit, non tantum intra monasterii saepta, verum etiam per urbem Trevirensem, imo in tota Germania et extra.

Quamobrem factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus Servae Dei Blandinae Merten decernendis ageretur. Vix ergo Actoribus licuit instructi sunt, annis 1954-1962, ordinaria potestate apud

curiam episcopalem Trevirensem, processus super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super cultu non praestito eidem Servae Dei, Romamque transmissi ad Sacram tunc Rituum Congregationem. Scriptis Famulae Dei rite perpensis, eadem Sacra Congregatio, die 21 Decembris anno 1968, decrevit nihil obstare quominus ad ulteriora procedi posset atque, servatis de iure servandis, auctoritate Ioannis Pauli II Causa beatificationis feliciter introducta est die 4 Decembris anni 1980, facta quoque dispensatione a processu apostolico super virtutibus in specie condendo.

Disceptationes deinde super Famulae Dei virtutibus habitae sunt apud S. Congregationem pro Causis Sanctorum, primum, die 26 mense Ianuario anno 1983, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum; postea, die 12 mensis Aprilis eiusdem anni, in Coetu Ordinario Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Iosepho Caprio. De opinionibus autem progressui Causae faventibus in utroque memorato Coetu expressis certior est factus Beatissimus Pater Ioannes Paulus II per subscriptum Cardinalem Praefectum die 14 Maii eodem anno ; et Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habens, iussit ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus appararetur.

Quod cum rite est factum, accitis hodierno die Cardinalibus subscripto et Iosepho Caprio, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Summus idem Pontifex sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis Servae Dei Blandinae Merten, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Iulii, Anno Iubilaeo Redemptionis 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

B Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

PANORMITANO

Canonizationis Ven. Servi Dei Iacobi Cusmano, Sacerdotis Fundatoris Congregationum Servorum et Servarum Pauperum v. d. « Boccone dei Povero ».

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Panormitanus sacerdos, Iacobus Cusmano, die 15 mensis Martii a. 1834 natus, atque die 14 Martii anni 1888 vita functus, « seipsum impendit ac superimpendit, ut innumeris orphanis, senibus, viduis, ac quamplurimis egenis miserisque panem frangeret, potum daret, vestibus indueret, consolatione repleret, eosque humanae dignitati, materialibus et spiritualibus simul auxiliis praestitis, restitueret. Namque, fame pestilentiisque in Sicula terra, Panormi praesertim ubi ille vitam ducebat, grassantibus, non modo cuncta sua bona pauperibus distribuit, sed consociationem excitavit, quae *Pauperis Buccella,* fideles singulae familiae pro derelictis auxilia offerrent. Pluribus annis per Panormi vias et vicos indefesse cursitans, ostiatim invicta patientia iugiter pulsans, inenarrabili fervens caritate, buccellas ipse collegit easque, simul cum verbis aeternae vitae pabulo, hilari semper vultu indigentibus distribuit. Aequum proinde est ut caritatem illam sine fine, quam Iacobus Cusmano tam eloquenter docuit et conspicuis exemplis monstravit, et ingentes ipsius eleemosynas cuncta enarret ecclesia sanctorum (cfr. *ßir* 31, 11) ».

Talis habetur caritatis Servi Dei descriptio in Decreto S. Congregationis pro Causis Sanctorum quo, die 2 mensis Aprilis anno 1982, edicitur eundem Dei Famulum christianas virtutes heroum in modum exercuisse omnes. Hinc sollertes Causae actores statim Apostolicae Sedi miram, quae ferebatur, sanationem, eiusdem Servi Dei invocato nomine, a Deo patratam, ad cognoscendum exhibuerunt, eum quidem in finem ut Venerabilis ipsius sollemnem beatificationem assequerentur. Agitur quippe de sanatione Sororis Bichardae Tutino ab intestini occlusione ex neoplasia gastrica iuxta-pilorica cum permanationibus parietis, ab erosione vasculari causam dante plurimis gravissimisque sanguinis eruptionibus in intestino, ac simul a crisi perfodente cum peritonei laesione.

Omnibus consideratis huiusmodi sanationis adiunctis, eamdem ultra naturae vires contigisse plures testes atque medici a curatione asseruerunt. Hinc anno 1964 processus auctoritate apostolica fuit instructus super eadem sanatione apud Curiam archiepiscopalem Panormitanam, de cuius iuridica vi et forma cautum est per Decretum Sacrae tunc Rituum Congregationis die 11 mensis Ianuarii anno 1969. Praehabitis postmodum votis ex officio requisitis duorum in medica arte peritorum, Consilium Medicum nostrae Sacrae Congregationis, die 26 mensis Februarii hoc anno 1983 coadunatum, praeter naturae leges et vires eamdem sanationem evenisse agnovit.

Sacra porro eadem Congregatio in suetis duobus coetibus disceptavit super dubio : *An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur;* et quidem primum, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, die 31 mensis Maii hoc anno 1983, habito, et postea, die 5 mensis Iulii eiusdem anni, in Congregatione Patrum Cardinalium Ordinaria, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Francisco Carpino. Factus autem de hisce omnibus certior, per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, attentis votis affirmativis Sacrae Congregationis circa indolem praeternaturalem praedictae sanationis atque probata solida signorum fama intercessioni eiusdem Venerabilis tributorum, mandavit ut Decretum super mira sanatione conscriberetur.

Quod cum factum esset, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Francisco Carpino, Causae ponente seu relatore, atque Subsecretario Sacrae Congregationis ceterisque de more convocandis, «isque astantibus pronuntiavit : *Constare de uno miraculo. Venerabili Servo Dei Iacobo Cusmano intercedente, a Deo patrato, videlicet de instantánea, perfecta atque constanti sanatione Sororis Richardae Tutino ab intestini occlusione eœ neoplasia gastrica iuxta-pilorica* •*cum permanationibus parietis, ab erosione vasculari causam dante plurimis gravissimisque sanguinis eruptionibus in intestino, ac simul* •*a crisi perfodente cum peritonei laesione.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Iulii A. D. 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

IV

HISPALEN.

Canonizationis Servi Dei Marcelli Spinola Maestre, Cardinalis Archiepiscopi Hispalensis, Fundatoris Ancillarum Conceptionistarum a Divino Corde Iesu.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Sancti Pauli Apostoli verba « Omnia possum » (in eo qui me confortât) *(Phil* 4, 13), quibus Marcellus Spinola Maestre est usus tamquam suo episcopali dicto, verissime morem reddunt viri qui, cum exploratum haberet pro magna sua humilitate se mediocrem esse, potuit fortiter obire impigrum apostolatum et firmum fidei suae dare documentum atque officio fungi eo animi vigore, qui clarorum in historia Ecclesiae episcoporum fuit proprius.

Die 14 mensis Ianuarii anno 1835 a Ioanne Spinola et Antonia Maestre natus in urbe Gaditana Sancto Ferdinando, puer, adolescens et iuvenis vitam degit in Hispaniae australis portubus propter familiae sedium mutationes, quae fiebant munerum patris causa.

Est postridie baptizatus quam natus, secundus quattuor filiorum, quos integrum illud coniugium ad christianam vitae rationem informavit.

Marcellus spiritu religioso familiae suae est imbutus et acris ingenii specimina dedit, quo in studiis adulescentiae optima tulit puncta, adeo ut apud Studiorum Universitatem Hispalensem die 14 mensis Iunii anno 1858 advocatus renuntiaretur.

Cum esset pater eius portui Onobensi praefectus, Marcellus in ea urbe studium inchoavit operae forensis exercendae causa; quare cito in omnibus vicinis est mirabundam consecutus famam. Iuvenis ille advocatus pauperis operariorum vulgi suscipiebat causas, quas sine pretio operae profligare studebat; unde est «pauperum advocatus» dictus.

In religiosa autem eius viri simplicis et amabilis pietate signifi-

cationes apparebant vocationis sacerdotalis; hincque anno 1853 studia theologica incepit exercere. In archidioecesi Hispalensi incardinatus Marcellus Spinola sacerdotium accepit die 21 mensis Martii anno 1864.

Ab archiepiscopo Hispalensi factus cappellanus ecclesiae Mercedis in « Sanlucar de Barrameda », ut pastorali sua actione quam maxime prodesset rationem adhibuit multas horas omnibus matutinis consumendi confessionibus peccatorum audiendis, aegrotos visendi, qualibet data opportunitate praedicandi. Egenis eorumque familiis Marcellus suam et suorum propinquorum dabat pecuniam; quando vero ea carebat, stipem emendicabat in viis, in tabernis caffeariis et in domibus Sanlúcar.

Anno 1871, tempore verno, cardinalis archiepiscopus eum misit parochum ad Hispalensem paroeciam Sancti Laurentii, quae religione et arte erat insignis. In sua perseveravit agendi ratione. Tota civitas cognovit illum a prima luce ad undecimam horam antemeridianam in sede confessionali praesto esse paenitentibus qui mox venerunt veniam et solacium petituri. Tanta fuit populi frequentia, ut per multos annos Servus Dei adigeretur cotidie suum confessarii munus protrahere aliquas horas vespertinas. Omnibus adhibitis pastoralibus instrumentis favit paroeciae : liturgia, praedicatione, caritate, cura insignium sodalitatum Hispalensium « Jesús del Gran Poder » et <(Virgen de la Soledad », quae in suo templo sedem habebant. Globos apostolicos saeculares fovit, scholas instituit, vocationes adiuvit, communitatibus religiosis adfuit; catechesi operam dedit, nascenti Instituto Sororum a Cruce fuit auxilio. Et per seditiosos eorum annorum motus parochus Spinola benevolentiam sibi comparavit supra partes.

Novus archiepiscopus Lluch Garriga Marcellum nominavit archipresbyterum urbis et postea canonicum cathedralis Hispalensis; qui horas audiendarum confessionum multiplicavit, occupans sedem confessionalem in ecclesia Magdalenae; toti dioecesi vocanti ut praedicaret, operam commodavit assidue.

Renuntiatus episcopus auxiliaris Hispalensis, titulo Milensis, et consecratus die 6 mensis Februarii anno 1881, in insigni episcopali super familiae stemma collocavit ardentis Cordis Iesu Christi imaginem, usurpatis verbis Sancti Pauli Apostoli : ((Omnia possum » (in Christo Iesu), tamquam dicto.

Archiepiscopus, princeps ei delegavit munus invisendi pagos archidioecesis, quae tunc amplissima erat et finibus circumscripta, qui hodie in quinque dioeceses sunt distributi. Novus episcopus suo officio

maximo cum studio est functus, pedibus vel equo vectus loca plana et montana peragrans, laeto ore multitudines excipiens, cum semper optavisset meditationem et multas precationis horas. Tum in visitationibus pastoralibus, tum temporibus mansionis in urbe Hispali, episcopus auxiliaris sacerdotes, religiosas, audiendas confessiones, pauperes praecipue curabat. Paenitentiarum usum numquam omisit et, suo cum incommodo, exemplo fuit fidelitatis erga suum archiepiscopum etiam in rerum condicionibus molestissimis. Cursus exercitiorum spiritualium praedicavit, remotas spiritus exercitationes, orationes habuit. Tum orta est haec publica laus : <(Episcopus Spinola morietur praedicans».

Factus episcopus Cauriensis in regione Castrorum Caeciliorum in possessionem suae primae dioecesis residentialis venit ineunte anno 1885. Brevi percurrit singulos regionis pagos et vicos, quae appellabatur *Las Hurde* et erat id temporis inculta. Episcopus visebat domos, casas, tuguria humilium, qui miserrime vivebant.

Mense Septembri anno 1886, sede mutatus, est ad dioecesim Malacitanam missus, et mense Ianuario anno 1896 ad archidioecesim Hispalensem.

Hi fere viginti anni, quibus episcopus Malacitanus fuit et archiepiscopus Hispalensis, tales fuerunt, ut ostenderent maturitatem humanam et christianam et miram sanctitatis hereditatem Servi Dei.

Episcopus Spinola unus fuit ex primis fautoribus actionis societati humanae provehendae concorditer cum encyclica «Rerum Novarum » : eximias edidit litteras pastorales, circulos operariorum condidit, orphanotrophiis auxilia tulit et scholis tironibus formandis, vicos urbium ipse visitavit, valetudinaria, carceres; domum suam egenis aperuit.

Servi Dei religio et limpida ecclesialis libertas, qua supra civiles contentiones fuit et semper paratus ad indulgendum, ad adiuvandum et ad ignoscendum, observantiam ei pepererunt et benevolentiam eorum etiam qui ex studio partium cogebantur eius esse inimici. Hae religionis et libertatis dotes enituerunt etiam in nationis ambitu, cum nempe debuit, qua Senator Regni, disceptationibus interesse de institutione, et Regia et Magistratus voluerunt eum ad certamina partium admiscere.

Servus Dei consuluit disciplinae dioecesis, sive Hispali sive Malacae, diligenter delegando ordines administrationis. Sacerdotes et seminarii alumni aditum habebant ad sedem episcopalem sine ullo ritu ;

eum proximum habebant amicum et de suo episcopo dicebant : « Vitam privatam non agit, muri domus eius sunt perlucidi sicut crystallum ». Suspexerunt eum virum magni laboris, ascetam, simplicem et amabilem, summae et incredibilis frugalitatis, abstinentem, hilarem. Paucis, is fuit exemplar doctrinae spiritualis Sancti Francisci Salesii ad effectum adductae, cuius Sancti Spinola se discipulum existimabat, uti ex quibusdam annotationibus constat perutilibus ad spiritum pertinentibus. Humillimus cum esset, arbitrabatur sacerdotes consecratos esse «sicut templum Dei vel calicem sanguinem Christi continentem » ; quos firmiter alloquebatur et idem clemens si quando eos noverat obturbatos, et ita quidem, ut alicui corde duriori genuflecteret. Se aperte ad munus episcopale putabat ineptum et saepe eam sibi proponebat quaestionem, quam « episcopalem » appellabat, seu opportunitatem mitram dimittendi; quam abdicationem rite non perfecit eximiorum virorum admonitu, ex quibus fuit dominus Delia Chiesa, qui futurus erat Papa Benedictus XV. Eius spiritus dignitas et perfecta humilitate confirmabatur, qua ad tacite tolerandas iniurias et ad ceteros audiendos promptus erat.

Visitationes pastorales religiose peregit, quamvis ob molestum morbum horae, quibus equo vectabatur, ei essent peracerbae. Constituit et fulsit commentarium « ad propugnandum pro veritate et aequitate » ; a Sede Apostolica impetravit ut facultatem theologicam aperiret in palatio Hispalensi Sancti Telmi; pluries peregrinos Romam duxit ; praedicavit, confessiones peccatorum audivit, litteras pastorales conscripsit, necnon epistulas, commentationem de Dei paternitate, proximis et bona sua tradidit et se. In eius operibus maximam habet laudem constitutio Instituti religiosi Ancillarum a Virgine Immaculata et a Divino Corde, in quo paterna sapientia est usus ut religiosas formaret praeceptioni deditas.

Creatus cardinalis a Papa Pio X die 11 mensis Decembris anno 1905, Marcellus Spinola est vita defunctus, antequam Romam iret pileum accepturus, die 19 mensis Ianuarii anno 1906.

Praeclara atque late diffusa sanctitatis fama, qua Dei famulus vivens honestabatur, post eius obitum non deferbuit, imo percrebruit, atque supernis signis confirmari visa est. Quapropter de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coeptum est. Post igitur ordinarios, quos vocabant, processus adornatos in Curia Hispalensi (aa. 1927-1943) et per rogatoriales litteras instructos processus in Curiis Gadicensi (a. 1929), Cauriensi (aa. 1928-1930), Matritensi (aa.

1928-1929) et Malacitana (aa. 1933-1935) atque edito, die 25 Martii a. 1945, decreto super scriptis eidem Servo Dei tributis, Pius Papa XII commissionem introductionis Causae die 19 Februarii a. 1956 propria manu, ut mos ferebat, obsignavit. Agnita est deinde, die 24 Ianuarii 1958 oboedientia Urbanianis Decretis super indebito cultu latis. Apostolici postmodum constructi sunt in eadem Curia Hispalensi processus super virtutibus in specie, de quorum iuridica vi decretum est latum die 20 Aprilis a. 1968.

Instituta est igitur apud hanc Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum quaestio de virtutibus Servi Dei in specie, utrum scilicet ipse virtutes théologales et cardinales iisque socias et comites heroum in modum exercuisset. Habiti sunt igitur Coetus lege praescripti, videlicet primum, die 15 Martii anno 1983, Congressus Peculiaris Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum; et postea, die 24 Maii eodem anno, Congregatio Ordinaria Reverendissimorum Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Cardinali Francisco Carpino. Et in utroque Coetu suffragatores affirmando responderunt.

De hisce omnibus facta est Summo Pontifici, per subscriptum Cardinalem Praefectum, fideli relatione; et Ioannes Paulus Papa II vota Sacrae Congregationis libenter excipiens rataque habens, iussit Decretum super virtutibus Servi Dei heroicis rite apparari.

Quod cum factum esset, hodierno die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Francisco Carpino, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis eisque astantibus Beatissimus Pater sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, Servi Dei Marcelli Spinola Maestre, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 24 Septembris, Anno Iubilaeo Redemptionis 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 5 Gennaio 1984, S. E. il Signor EGIDE NKURIYINGOMA, Ambasciatore del Burundi presso la Santa Sede.

Lunedì, 9 Gennaio 1984, S. E. il Signor JOSEPH MATHIAM, Ambasciatore del Senegal presso la Santa Sede.

Giovedì, 12 Gennaio 1984, S. E. il Signor GEORGE MCARTHUR, Ambasciatore di Nuova Zelanda presso la Santa Sede.

Venerdì, 13 Gennaio 1984, S. E. il Signor VIRIATO DE BARROS, Ambasciatore di Capo Verde presso la Santa Sede.

Venerdì, 20 Gennaio 1984, S. E. il Signor MAURICE OSCAR ST. JOHN, Ambasciatore di Trinidad e Tobago presso la Santa Sede.

Venerdì, 27 Gennaio 1984, S. E. il Signor SAYED YOUSIF MUKHTAR YOUSIF, Ambasciatore del Sudan presso la Santa Sede.

Giovedì, 12 Gennaio 1984, alla presenza del Santo Padre, si è riunita nel Palazzo Apostolico Vaticano la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

20 novembre 1983. Gli Em.mi Signori Cardinali : Aloisio Lorscheider ; Franjo Kuharié; Joachim Meisner; — le LL. EE. i Monsignori: Eugène Ernoult, Arcivescovo di Sens; Giuliano Agresti, Arcivescovo di Lucca; William McNaughton, Vescovo di Inchon; Antonio Quarracino, Vescovo di Avellaneda ; Bertrand Blanchet, Vescovo di Gaspé; M'Sanda Tsinda Hata, Vescovo di Kenge; Hubert Brandenburg, Vescovo di Stockholm ; Howard Hubbard, Vescovo di Albany; José Próspero de

Ascensäo Puaty, Vescovo di Lwena; Anthony Honu, Vescovo di Okigwe; Donai B. Murray, Vescovo tit. di Glendálocha, *Membri del Segretariato per i non eredenti.*

20 novembre 1983. L'Em.mo Signor Gardinale Bernardin Gantin; — le LL. EE. i Monsignori : Josef Stimpfle, Vescovo di Augsburg; Bamón O. Pérez Morales, Vescovo di Coro; Kagithapu Máriadas, Vescovo di Visakhapatnam; Bamón Echarren Isturiz, Vescovo delle Canarie, *Membri del Segretariato per i non credenti «in aliud quinquennium».*

5 gennaio 1984. Gli Em.mi Signori Cardinali : Salvatore Pappalardo ; Jaime L. Sin; Anastasio Alberto Ballestrero; Thomas Ó Fiaich; Franciszek Macharski; José Ali Lebrun Moratinos; Godfried Danneels, *Membri del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

10 » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Paul Zoungrana; William Wakefield Baum; Carlo Maria Martini; Jean-Marie Lustiger; Wladyslaw Rubin, *Membri della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

» » » Le LL. EE. i Monsignori: Alberto Luna Tobar, Arcivescovo di Cuenca; Arturo Ri vera Damas, Arcivescovo di San Salvador; Leonardo Legazpi, Arcivescovo di Caceres; Joâo Alves, Vescovo di Coimbra; Anthony Bevilacqua, Vescovo di Pittsburgh ; Ronald P. Bär, Vescovo di Rotterdam, *Membri Vescovi diocesani della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari a norma del a Pro comperto sane».*

» » » P. D. Simone Tonini, Abate Generale dei Benedettini Silvestrini; P. Peter Hans Kolvenbach, Prepósito Generale della Compagnia di Gesù; P. Paul Boyle, Prepósito Generale dei Passionisti; P. Pier Giordano Cabra, Superiore Generale della Congregazione della Sacra Famiglia di Nazareth, *Membri Superiori generali della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari a norma del « Pro comperto sane ».*

11 » » Mons. Giuseppe Bordin, *Capo Ufficio dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica (Sezione Ordinaria).*

18 » » L'Em.mo Signor Cardinale Eugenio de Araújo Sales, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

» » » Mons. Edmond Farhat, *Sotto-Segretario della Segreteria Generale del Sinodo dei Vescovi.*

Prelati d'Onore di Sua Santità:

25	maggio	1983.	Mons. Georg Beis (Angsburg).
5	agosto		Mons. Benato Volo (Venezia).
6	settembre		Mons. Czeslaw Chmielewski (Lomza).
»	»		Mons. Johannes Franziskus Edgar Koch (Stockholm).
			Mons. Berthold Dietrich (Freiburg im Breisgau).
9			Mons. Josef Kett (Regensburg).
»			Mons. Bruno Kleinheyer (Regensburg).
14			Mons. Lussorio Lampreu (Bosa).
20			Mons. Karl Heinrich Braun (Augsburg).
»			Mons. Heinrich Spoden (Augsburg).
»			Mons. Andreas Baur (Augsburg).
5	novembre		Mons. Aniceto Marsano (Nardo).

Cappellani di Sua Santità:

6	maggio	1983.	Il sac. Hellmut Schüller (Köln).
29	luglio	»	Il sac. Giovanni Barbieri (Vicenza).
6	settembre	»	Il sac. Felice D'Ercole (Matera).
»	»	»	Il sac. Riccardo Bulloni (Stockholm).
»	»	»	Il sac. Lars Johan Benedikt Cavalin (Stockholm).
9	»	»	H sac. Josef Grabmeier (Regensburg).
»	»	»	Il sac. Franz Spiessl (Regensburg).
14	»	»	Il sac. Dalmacio Eusebio (Manila).
»	»	»	Il sac. Salvador José (Manila).
»	»	»	Il sac. Jesús Arcellana (Manila).
20	»	»	Il sac. Paul Wirth (Augsburg).
»	»	»	Il sac. Wolfgang Klieber (Augsburg).
»	»	»	Il sac. Josef Grünwald (Augsburg).
»	»	»	Il sac. Rudolf Kopold (Augsburg).
»	»	»	Il sac. Josef Vittmann (Augsburg).
»	»	»	Il sac. Antonius Ziegenaus (Augsburg).
»	»	»	Il sac. Johannes Demmeler (Augsburg).
»	»	»	Il sac. Basilio Daneion (Concordia-Pordenone).
22	»	»	Il sac. Vittorio Boscain (Città di Castello).
27	»	»	Il sac. Francesco Giacometti (Imola).
»	»	»	Il sac. Giancarlo Varani (Imola).
»	»	»	Il sac. Bruno Zini (Imola).
1	ottobre	»	Il sac. Nicola Librandi (Rossano).
»	»	»	Il sac. Antonio Ciliberti (Rossano).
»	»	»	Il sac. Giovanni Mazzone (Rossano).
»	»	»	Il sac. Giuseppe Torrente (Rossano).
»	»	»	Il sac. Franco Milito (Rossano).
8	»	»	Il sac. Pietro Sbrigata (Agrigento).
»	»	»	Il sac. Gianfranco Bella (Roma).
»	»	»	Il sac. Vitaliano Mattioli (Roma).
»	»	»	Il sac. Giovanni Falbo (Roma).
»	»	»	Il sac. Attilio Ferri (Roma).

8 ottobre 1983. Il sac. Salvatore Boccaccio (Roma).
» » » Il sac. Ignazio Sanna (Nuoro).
19 » » Il sac. Artemio Raimondi (Fidenza).
31 » » Il sac. Jan Majder (Gdaásk).
» » » Il sac. Stanislaw Bogdanowicz (Gdansk).
» » » Il sac. Wielaw Lauer (Gdansk).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

31 agosto 1983. A S. E. il sig. Lloyd Thomas *{Australia).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

5 ottobre 1983. Al sig. Giuseppe Lazzati (Milano).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

17 luglio 1983. Al sig. Robert Prigent (Créteil).
1 settembre » Al sig. Maximiliano Gött (Würzburg).
6 » » Al sig. Uno Lindgren (Stockholm).
30 » » Al sig. Sametho Hatmosrojo *(Indonesia).*
19 ottobre » Al sig. Ettore Ponzi (Fidenza).
» » » Al sig. Pino Ferrari (Fidenza).
31 » » Al sig. Jacques Massion (Mechelen-Brussel).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

1 settembre 1983. Al sig. Josef Rothler (Würzburg).
5 » » Al sig. John Mitchell Kirtley *(Australia).*
19 ottobre » Al sig. Vittorio Chiapponi (Fidenza).
» » » Al sig. Giovanni Guareschi (Fidenza).
» » » Al sig. Angelo Pisani (Fidenza).
5 novembre » Al sig. Valeriano Tassani (Cesena).
» » » Al sig. Amedeo Ravegnani (Cesena).
12 » » Al sig. Amin El Sayed Aboul Naga *(Egitto).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

20 settembre 1983. Al sig. Norbert Fischer (Augsburg).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

29 luglio 1983. Al sig. Alberto Be Rossi (Roma).
27 settembre » Al sig. Piero Garoldini (Vicenza).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

26 agosto 1983. Al sig. Kaspar Kallan (København).
14 settembre » Al sig. Cornelius von Hovora-Drohomirecki (Esarcato Apostolico Ucraino - *Rep. F ed. di Germania).*
22 » » Al sig. Carlheinz Borchers (Vicariato Castrense - *Rep. F ed. di Germania).*
5 novembre » Al sig. Bruno Bezzi (Pescara-Penne).
» » Al sig. Davide di Persio (Pescara-Penne).
12 Al sig. Remo Milani (Casale Monferrato).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa.

12 febbraio 1983. Al sig. Emilio Bernardo Jullier (Santa Fe - *Argentina).*
9 marzo » Al sig. Emanuel Y. Angeles (San Fernando).
» » » Al sig. Vicente B. Catacutan (San Fernando).
» » » Al sig. Villamor L. Dizon (San Fernando).
» » » Al sig. Gregorio S. Henson (San Fernando).
» » » Al sig. Ignacio N. Layug (San Fernando).
» » » Al sig. Rafael L. Lazatin (San Fernando).
» » » Al sig. Cesar C. Ocampo (San Fernando).
» » » Al sig. Jesús E. Panlilio (San Fernando).
» » » Al sig. Ernesto L. Pineda (San Fernando).
» » » Al sig. Antonio P. Reynes (San Fernando).
» » » Al sig. Segundo C. Serrano (San Fernando).
22 aprile » Al sig. Restituto M. David (San Fernando).
» » » Al sig. Ramón C. Ricafort (San Fernando).
4 luglio » Al sig. José Mendiola (Manila).
» » » Al sig. Gregorius D. Gabriel (Manila).
20 » » Al sig. Norrie Clancy (Bathurst).
14 settembre » Al sig Rafael C. Dinglasa (Manila).

NECROLOGIO

1 gennaio 1984. Mons. Almir Marques Ferreira, Vescovo emerito di Uberlandia *(Brasile).*
4 • » » Mons. Policarpo da Costa Vaz, Vescovo emerito di Guarda *(Portogallo).*
9 » » Mons. Augustin Arce Mostajo, Arcivescovo emerito di Santa Cruz de la Sierra *(Bolivia).*
18 » » Blons. Ephrem Bédé, Vescovo di Le Caire dei Caldei *(Egitto).*
20 » » Mons. Francisco Xavier Rey, Vescovo tit. di Facusa.
22 » » Mons. Michael Gonzi, Arcivescovo emerito di Malta.
24 » » Mons. Vicente Faustino Zaspe, Arcivescovo di Santa Fe *(Argentina).*
25 » » Mons. George A. Fulcher, Vescovo di Lafayette in Indiana *(Stati Uniti d'America).*
27 » » Mons. Emil J. Mihalik, Vescovo di Parma dei Ruteni *(Stati Uniti d'America).*

An. et vol. LXXVI 1 Martii 1984 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

EPISTULA APOSTOLICA

Ad totius Catholicae Ecclesiae Episcopos, Sacerdotes, Religiosas Familias et Fideles de christiana doloris humani significatione.

Venerabiles Fratres ac dilecti Filii,

1

1. SALVIFICI DOLORIS virtutem declarans, ait Sanctus Paulus Apostolus : « adimpleo ea, quae desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia w.[1]

Nimirum verba haec videntur finem facere longissimi itineris per dolores, qui hominum historiae quodammodo semper interseruntur, ac verbo Dei clarescunt. Haec sane Pauli verba paene tanti pretii sunt, quanti est noviter inventa res, comitata quidem laetitia. Quapropter haec scribit Apostolus: <(Nunc gaudeo in passionibus pro vobis ».[2] Manat autem laetitia ex intellecta significatione doloris; tantaque haec rerum perceptio, tametsi beatissimum Paulum Tarsensem primo afficit, qui talia scribit, tamen ad ceteros etiam pertinet. Apostolus enim, quod ipse mente vidit, idcirco cum aliis com-

[1] *Col 1,* 24.

[2] *Ibid.*

municat gaudens quod eo inde omnes adiuvantur — sicut ipse adiutus est — ad significationem doloris salvifici penitus intellegendam.

2. Doloris argumentum — sub hoc praecipue salvifico aspectu — quam aptissime huic sacro Redemptionis Anno interici videtur, ab Ecclesia extra ordinem Iubilaeorum celebrato; quae res quidem movet ad illud argumentum, hac ipsa data opportunitate, acri studio investigandum. Sed, etiamsi Anni Sacri rationem non habeamus, ea tamen est de humano dolore quaestio ut cunctos homines in omni eorum ordine tangat, quavis longitudine ac latitudine terrae, quasi cum homine quodammodo aerumnae illae in mundo natae sint; atque id efficit ut huius tractatio argumenti sit continenter instauranda. Quamquam enim Paulus scribit in Epistula ad Romanos: « Scimus enim quod omnis creatura congemiscit et comparturit usque adhuc »,[3] et passim etiam animalia circa nos dolore laborare videmus, nihilominus, quod « doloris » nomine exprimitur, *humanae naturae* singulari ratione *proprium esse* videtur. Est enim id tam altum, quam ipse homo, cum insitam homini quadamtenus altitudinem indicet, ac suo modo eam excedat. Dolor ad ea pertinere videtur, quibus homo res transcendit; est enim ex illis rebus, quibus homo aliqua ratione « destinatur » ut se ipsum superet, arcana scilicet et occulta ratione ad hoc vocatur.

3. Quod si propositum doloris argumentum peculiariter hoc sacro Redemptionis Anno enucleandum est, id ob eam causam potissimum fit quod *Redemptio per Crucem Christi* facta est, hoc est *per eius cruciatus.* Simul vero hoc anno Redemptionis veritas illa venit in mentem, quae Litteris Encyclicis *Redemptor hominis* continetur : « omnem hominem in Christo esse Ecclesiae viam ».[4] Dici potest homo tunc peculiari modo

[3] ***Rom* 8, 22.**

[4] **Cfr. nn. 14; 18; 21; 22: *AAS* 71 (1979), pp. 284 s.; 304; 320; 323.**

fieri via Ecclesiae, cum dolor eius vitam ingreditur; quod evenit, ut patet, variis vitae temporibus, diversa ratione efficitur, varias induit rationes; semper tamen dolor, qualiscumque eius est forma, videtur, ut vere est, *a vita terrena hominis separari non posse.*

Explorato igitur hominem in hac terrena vita, hoc vel illo modo, per aerumnas ambulare, Ecclesia oportet omni tempore — ac quidem maximopere fortasse Redemptionis Anno — hoc ipso tramite homini occurrat; etenim Ecclesia, cum ex arcano Redemptionis mysterio in Cruce Christi manaverit, *obviam* ire oportet studeat homini praesertim doloribus obnoxio, nam in illo occursu vere homo « via Ecclesiae fit »; et haec quidem est omnino potior inter vias.

4. Ex his autem vim omnem habet praesens de dolore consideratio, ipso Sacro Redemptionis Anno volvente: consideratio videlicet doloris. Dolor enim humanus ad *compassionem* inclinat, tum etiam *reverentiam* parit, et suo modo *timorem* affert: latet enim in eo magnitudo peculiaris mysterii. Haec cuiusvis humani doloris reverentia singularis primum locum obtineat oportet in iis quae, maximae *cordis necessitati* et etiam *fidei iussui* parentes, mox dicemus. In doloris tractatione haec duo argumenta singularem in modum confluere atque coniungi videntur inter se: illud quidem iubendo ut timorem vincamus; hoc vero (sic ut ante v. gr. vidimus a Sancto Paulo definitum) materiam praebendo, ob quam et per quam in homine illud audemus attingere, quod nullo pacto in quovis homine attingi posse videtur; nam patiens homo arcanum quid induit idemque inviolabile.

II

5. Dolor quamquam, si eum subiective intueamur, quatenus est res personalis et in intima hominis mente, concreta neque iterabili, inhabitat, neque aut definiri aut transferri posse vi-

detur, fortasse nihil aliud tamen est, quod, si eius « *realitas obiectiva* » consideretur, magis tractari, reputari, ac ceu veram quaestionem intellegi oporteat; circa quam ponuntur interrogationes, ad naturam pertinentes, et responsiones quaeruntur. Neque, ut plane intellegi potest, agitur hic solum de describendo dolore, cum, praeter meram definitionem, sint et alia rei iudicandae principia, quibus utendum, si quidem humani doloris ambitum penitus mente comprehendere volumus.

Constat *medicinam, ut scientiam et artem curandi,* in vasta humani doloris provincia ea cognoscere, *quae notissima sunt:* illa videlicet, quae sive accuratiore inquisitione comprobari possunt, sive in genere suo potius compensan tur methodis curandi, quibus « contra fit » (id est therapia). Haec tamen tantummodo pars est; dolor enim humanus, sicut multo latius patet, ita multo magis varius ac multiplex est: homo enim diversimode patitur, quod ars medica non semper attingit, ne perfectissimis quidem medendi rationibus. Id autem idcirco fit quod dolor humanus etiam *latius patet* quam morbus; est implicatior, idemque altius in ipsa humanitate radices agit. Hanc rem facilius assequemur, si dolorem physicum a morali distinguamus. Quae sane distinctio in duplici hominis parte innititur, denotans elementum corporeum et spiritale ut proximum vel rectissimum subiectum doloris. Quamquam verba « passionis » ac « doloris » ut aliquatenus idem sonantia accipi possunt, *passio physica* habetur, cum quovis modo << corpus dolet », *passio* vero *moralis* est « dolor animi ». Agitur enim de dolore indolis spiritalis, non solum de psychica ratione doloris, quae sive morali sive physicae aegritudini adhaeret. Iamvero amplitudo ac varietas aegritudinis moralis absque dubitatione haud minores sunt quam amplitudo et varietas physicae passionis; tamen illa paene minus agnosci ac minus per therapiam curari posse videtur.

6. Sacrae autem Litterae sunt quasi magnus *liber de dolore.* E quarum Veteris Testamenti Libris exempla nonnulla condicionum excerpere placet, in quibus singulariter humani nota doloris, maxime moralis, elucet. Deprehendimus vero ibi dolorem in mortis discrimine,[5] in morte filiorum,[6] potissimum si de primogenito eodemque unico agitur;[7] item in prolis privatione,[8] in patriae desiderio,[9] in hominum persecutione atque inimicitia,[10] in contumelia ac derisione eorum qui adversa patiuntur,[11] in solitudine ac desertione;[12] quin etiam in conscientiae morsibus,[13] in difficultate percipiendi cur mali homines prosperentur, iusti vero vexentur,[14] in fallacia insuper et ingratitudine amicorum atque propinquorum;[15] denique in propriae nationis acerbitatibus.[16]

Antiquum Testamentum ad hominem, quasi ad « *compositum » physicum-psychicum* respiciens. « morales » animi aegritudines persaepe cum dolore quarundam corporis partium con-

[5] Quod Ezechias subiit (cfr. *Is* 38, 1-3).

[6] Sic ut Agar timuit (cfr. *Gn* 15, 16), Iacob mente finxit (cfr. *Gn* 37, 33-35), David expertus est (cfr. *2 Sam* 19, 1).

[7] Id Anna metuit, Tobiae mater (cfr. *Tb* 10, 1-7; cfr. etiam *Ier* 6, 26; *Am* 8, 10; *Zc* 12, 10).

[8] Talis fuit Abrahae (cfr. *Gn* 15, 2), Rachelis (cfr. *Gn* 30, 1), Annae, Samuelis matris (cfr. *1 Sam* 1, 6-10), temptatio.

[9] Ut exsulum Babylonica lamentatio (cfr. *Ps* 137 [136]).

[10] Quibus v. gr. affectus est Psaltes (cfr. *Ps* 22 [21], 17-21), Ieremias (cfr. *Ier* 18, 18).

[11] Sic ut accidit Iob (cfr. *Iob* 19, 18; 30, 1. 9), nonnullis Psaltibus (cfr. *Ps 22* [21], 7-9; 42 [41], 11; 44 [43], 16-17), Ieremiae (cfr. *Ier* 20, 7), Servo patienti (cfr. *Is* 53, 3).

[12] Quibus iterum oppressi sunt nonnulli Psaltes (cfr. *Ps* 22 [21], 2-3; 31 [30], 13; 38 [37], 12; 88 [87], 9. 19). Ieremias (cfr. *Ier* 15, 17), atque Servus patiens (cfr. *Is* 53, 3).

[13] His Psaltes *(Ps* 51 [50], 5), testes aerumnarum Servi (cfr. *Is* 53, 3-6) et Zacharias Propheta (cfr. *Zc* 12, 10) confusi sunt.

[14] Talia passi sunt tum Psaltes (cfr. *Ps* 73 [72], 3-14), tum Qoèlet (cfr. *Qo* 4, 1-3).

[15] Haec perpessi sunt sive Iob (cfr. *Iob* 19, 19), sive Psaltes nonnulli (cfr. *Ps* 41 [40], 10; 55 [54], 13-15), sive Ieremias (cfr. *Ier* 20, 10); Siracides vero de hac miseria meditatur (cfr. *Sir* 37, 1-6).

[16] Praeter plures *Lamentationum* locos, cfr. psalmistarum questus (cfr. *Ps 4¿* [43], 10-17; 77 [76], 3-11; 79 [78], 11; 89 [88], 51), prophetarum (cfr. *Is* 22, 4; *Ier* 4, 8; 13, 17; 14, 17-18; *Es* 9, 8; 21, 11-12). Cfr. etiam Azariae orationes (cfr. *Dn* 3, 31-40), et Danielis (cfr. *Dn* 9, 16-19).

iungit: cum ossium[17] videlicet, cum renum,[18] iecoris,[19] viscerum,[20], cordis.[21] Non est enim infitiandum morales passiones in partem « physicam » seu somaticam redundare, atque ad totam saepe hominis extendi compaginem.

7. Ut subiecta docent exempla, Sacra Biblia longum casuum indicem praebent, in quibus homo multipliciter afficitur dolore. Hic tamen index, varius quidem, certe non omnia exhaurit, quae *liber historiae hominis* (qui potius est « liber non scriptus ») de dolore et protulit et constanter profert, maxime vero liber historiae generis humani, si in uniuscuiusque hominis casus inspiciatur.

Affirmari autem licet hominem tum pati, cum *malum quodlibet* experiatur. Secundum Veteris Testamenti sermonem ratio inter dolorem et malum evidenter est talis ut haec idem valeant. In eius enim sermone deerat verbum peculiare, quod vim « doloris » exprimeret. Qua de causa, quidquid homo patitur, ibi « malum » appellatur.[22] Solum lingua Graeca, atque secundum eam Novum Testamentum (et antiquae versiones Graecae Veteris Testamenti), verbum *náa%co* adhibet, cuius hic est intellectus: afficior aliqua re, sentio, doleo; ideoque, per illud verbum, malum (obiectivum) iam non idem sonat ac dolor, sed condicionem significat, in qua homo malum

[17] Cfr. e. gr. *Is* 38, 13; *Ier* 23, 9; P» 31 [30], 10-11; 42 [41], 10-11.

» Cfr. *Ps* 73 [72], 21; *Iob* 16, 13; *Lam* 3, 13.

[19] Cfr. *Lam* 2, 11.

[20] Cfr. *Is* 16, 11; *Ier* 4, 19; *Iob* 30, 27; *Lam* 1, 20.

[21] Cfr. *1 Sam* 1, 8; *Ier 4,* 19; 8, 18; *Lam* 1, 20-22; *Ps* 38 [37], 9. 11.

[22] Meminisse iuvat radicem Hebraicam r" designare in universum quod malum est et bono oppositum *(tob),* nullamque admittere distinctionem inter sensum physicum, psychicum, ethicum. Invenitur etiam in substantiva forma *ra'* et *r a'd,* significante sine discrimine sive quod malum est in se, sive malam actionem, sive etiam male agentem. In formis verbalibus praeter simplicem illam formam *(qal),* quae, varia quidem ratione, designat «aliquid malum esse », invenitur etiam forma reflexiva-passiva *{niphal),* id est «malum subire», «malo corripi», atque forma causativa *(hiphil),* «malum inferre» seu «irrogare» alicui. Cum autem careat lingua Hebraica verbo Graecae formae *náa%(o* respondente, idcirco fortasse verbum id raro in versione a Septuaginta occurrit.

experitur idque experiendo patitur dolorem. Qui dolor duplicem indolem prae se fert, id est *indolem activam et passivam* (a « patiendo ») ; quin immo, cum homo ipse sibi efficit dolorem, cum eius est auctor, hic dolor est quiddam passivum secundum essentiam suam metaphysicam.

Neque tamen inde consequitur animi aegritudinem, psychologice consideratam, nullam in se « *peculiarem activitatem* » habere: illam, dicimus, multiplicem et subiective distinctam « activitatem » doloris, tristitiae, deiectae spei, abiectionis et etiam desperationis, prout vehementior leniorve affectio illa irruat, aut altiores radices extenderit, aut, per obliquum, talis vel talis fuerit tota structura eius qui patitur, et illius sentiendi singularis facultas. Qua re, in omni aegritudinis psychologica forma semper alicuius *mali patientia est,* qua homo dolet.

Non ergo mirum, si aegritudo ipsa ad interrogationem de natura mali conducit: quid videlicet est malum?

Haec sane interrogatio videtur quodammodo ab argumento passionis seiungi non posse. Responsio quidem christiana differt ab ea quae quibusdam traditionibus culturalibus et religiosis datur, secundum quas exsistentia humana putatur esse quoddam malum, a quo quis se liberet oporteat. Christiana vero religio essentiale *bonum exsistentiae* profitetur necnon bonum eorum quae sunt, et bonitatem Creatoris atque bonum creaturarum declarat. Homo propter malum dolore afficitur, quod est quaedam privatio, depravatio boni. Dicas hominem idcircopati quod bonum aliquod non participat, a quo aliquomodo excluditur aut quo se ipse priva vit. Atque tum maxime dolet, cum — in sueto rerum cursu — huius boni particeps esse « deberet », sed reapse non est.

Qua re, secundum christianam cogitandi rationem veritas doloris per malum explanatur, quod semper aliqua ratione ad bonum refertur.

8. Humanus igitur dolor per se habendus est quasi quidam peculiaris « *ambitus* », qui una cum homine exsistit, qui in eo apparet et evanescit, interdum autem non evanescit, sed in illo solidatur et insidet. Hic doloris ambitus, multos, immo plurimos divisim afficiens, est quasi *quiddam dispersum.* Unusquisque homo personali suo dolore est non solum parva pars illius « ambitus », sed idem « ambitus » est in eo quiddam finitum, quod nullo modo repeti potest. Hac tamen cum re est etiam alia ratio inter homines intercedens et socialis. Ambitus doloris paene *propriam sibi compaginem* efficit. Homines enim dolentes inter se similes redduntur per analogiam condicionis, in qua versantur, per sortis experimentum aut per benevolentiae et sollicitudinis sitim et forsitan potissimum per indesinentem interrogationem de aegritudinis significatione. Quam ob rem, quamquam doloris ambitus est quiddam dispersum, simul tamen *ad communionem et necessitudinem* singulariter provocat. Quam provocationem etiam in praesenti commentatione prae oculis habere studebimus.

Doloris autem ambitum considerantes, tum secundum sensum eius personalem tum collegialem, deprehendimus profecto illum quibusdam temporibus vitaeque humanae momentis praesertim quasi *densari,* ut ex. gr. in naturalibus calamitatibus, contagiis, ruinis et eversionibus, variis cladibus socialibus : ut sunt ingrata messis, cum illaque coniuncta — praeterquam ex aliis causis manans — acerba tristisque fames.

Bellum tandem versetur ante oculos mentis. De eo peculiariter loquimur. De recentioribus duobus bellis, quae per orbem saevierunt, loqui placet, quorum alterum multo uberiorem messem tulit mortuorum atque ingentiorem humanorum dolorum struxit acervum. In vicem, secunda saeculi nostri pars *paene pro erroribus atque transgressionibus* civilis cultus huius aetatis hominum tam horrífica secumfert semina belli atomici ut, illud temporis spatium considerantes, facere nequeamus quin* simul etiam de *incomparabili dolorum cu-*

mulo Cogitemus, quo fieri possit ut genus humanum se ipsum interimat. Qua re ambitus ille doloris, qui certo in unoquoque homine ut in subiecto insidet, hac nostra aetate fortasse magis quam praeteritis temporibus in « peculiarem dolorem mundi » vertere videtur. Mundi dicimus, qui, ut numquam alias progressu opera hominis commutatus est, sic simul in summum est etiam discrimen adductus, ut numquam antea, propter hominis errores et noxas.

III

9. In quolibet dolore, quem unus quivis homo patitur, pariterque in universo doloris ambitu, necessario haec inest *quaestio: Cur?* Est quidem interrogatio de causa, de ratione, et simul de fine *{ad quid?)* et, ad summam, quaestio de sensu; quae non solum cum humano dolore coniungitur, sed videtur prorsus definire humanum, quod in ipso homine continetur, nimirum id, quo dolor est proprie humanus.

Manifestum est dolorem, praesertim corporis, longe lateque afficere animalia; sed solus homo, dolore perculsus, animadvertit se pati et causam exquirit; et modo humaniter etiam acerbiore patitur, nisi probabile accipit responsum. Haec est *quaestio difficilis,* sicut alia simillima, quae ad malum attinet. Quare est malum? Quare malum in mundo? Cum ita percontamur, quodam saltem modo etiam de dolore interrogamus.

Utraque quaestio ardua est, cum eam homo homini ponit, homines hominibus; sed etiam cum homo eam *Deo proponit.* Homo enim non ex mundo haec requirit, quamvis saepe a mundo doleat, sed ex Deo, utpote mundi Creatore et Domino. Probe notum est in hac interrogatione homines non solum eo pervenire ut multimode destituantur consiliis et cum Deo contendant, verum etiam ut *ipsum Deum* audeant *negare.* Si enim mundi exsistentia quasi obtutum mentis humanae ad Dei exsistentiam et sapientiam et potentiam - et magnificen-

tiam aperit, malum contra et dolor hanc imaginem, funditus quandoque, obscurare videntur, et hoc magis in cotidianis gravibus casibus tot dolorum sine culpa totque culparum sine poena congruenti. Hoc ergo indicat — fortasse magis quam quidquam aliud — quanti momenti sit *quaestio de significatione doloris,* et quo acumine oporteat et eandem quaestionem et responsum, quod dari possit, tractare.

10. De hac re homo potest Deum interrogare animo permoto et mente stupore et anxietudine repleta; Deus autem quaestionem exspectat et audit, sicut in Revelatione Veteris Testamenti videmus. Liber Iob hanc quaestionem acerrime exprimit.

Nota est huius viri iusti historia, qui culpa vacans innumeris doloribus temptatur. Bona, filios et filias amittit et ad ultimum ipse gravi morbo corripitur. Dum in hac acerbissima condicione versatur, adeunt ad domum eius tres inveterati familiares, qui — vario quisque sermone — conantur ei persuadere *ipsum aliquod grave facinus admisisse,* si tam multiplicibus et acribus doloribus afficiatur. Dolor namque — ii dicunt — ingruit semper in hominem solum ut poena ob aliquod crimen; a Deo prorsus iusto infertur, eiusque causa in ordine iustitiae continetur. Dici potest veteres illos amicos velle non solum Iob *convincere* malum moraliter iustum esse, sed niti quodammodo *defendere* coram se ipsis doloris sensum moralem. Ii putant dolorem nonnisi tamquam poenam peccati intellegi posse, solummodo ergo in provincia iustitiae Dei, qui bonum bono et malum malo rependat.

Ii repetunt hoc in casu doctrinam ab aliis scriptis Veteris Testamenti, quae ostendunt poenam a Deo propter peccata illatam. Deus enim Revelationis est *Legislator et Iudex,* quo modo nulla alia humana potestas. Deus Revelationis enim est imprimis *Creator,* a quo una cum exsistentia provenit essentiale creationis bonum. Quocirca etiam conscia et libera violatio huius boni ab homine commissa non tantum est transgressio

legis, verum etiam iniuria Deo illata, qui est primus Legis Lator. Eiusmodi transgressio habet proprietatem peccati, secundum significationem veram, id est biblicam et theologicam huius vocis. *Malo morali peccati consentanea est poena,* quae ordinem moralem tuetur iuxta eandem significationem transcendentem, ex qua idem ordo est a voluntate Creatoris et supremi Legislatoris constitutus. Hinc etiam una ex fundamentalibus veritatibus fidei religiosae, item in Revelatione innixa, manat* quae affirmat Deum esse Iudicem iustum, qui bonum remuneretur et malum puniat: Tu, Domine, « iustus es in omnibus, quae fecisti nobis, et universa opera tua vera, et viae tuae rectae, et omnia iudicia tua veritas. Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia, quae induxisti super nos... in veritate et in iudicio induxisti omnia haec propter peccata nostra N .[23]

Opinio amicorum Iob ostendit persuasionem, quae saepe invenitur etiam in conscientia morali generis humani: ordine morali obiectivo postulari poenam ob transgressionem, ob peccatum obque culpam. Exinde dolor apparet « malum iure comprobatum)). Persuasio eorum qui dolorem ut poenam peccati explanant, ordine iustitiae fulcitur, quod opinioni respondet, a quodam prolatae, cui cum Iob est amicitia: « Quin potius vidi eos, qui operantur iniquitatem et seminant dolores et metun t eos ».[24]

11. Sed Iob negat verum esse hoc principium, quod iudicet dolorem esse poenam peccati. Quod quidem is facit, sua ipsius opinione innixus, siquidem conscius est se non meruisse eiusmodi poenam, immo bonum declarat in vita patratum. Deus ipse ad ultimum amicos Iob reprehendit accusationum et profitetur Iob non esse reum. Eius passio passio est innocentis; quae recipienda est ut mysterium, quod homo ingenio suo penitus perspicere non valet.

[23] *Dn* 3, 27 s.; cfr. *Ps* 17 [18], 10; 36 [35], 7; 48 [47], 12; 51 [50], 6; 99 [98], 4; 119 [118], 75; *Mal* 3, 16-21; *Mt* 20, 16; *Me* 10, 31; *Lc* 17, 34; *Io* 5, 30; *Rom* 2, 2.

[24] *Iob* 4, 8.

Liber Iob non laedit fundamenta ordinis moralis transcendentis, in iustitia positi, qualia tota Revelatio in Vetere et Novo Testamento proponit. Sed simul hic Liber firmissime admonet huius ordinis principia non posse adhiberi exclusoria et levi ratione. Si verum est dolori sensum inesse ut poenae, quando haec culpae iungitur, verum contra non est *quemlibet dolorem ex culpa oriri et proprietatem habere poenae.* Iustus Iob eius rei peculiari documento est in Vetere Testamento. Revelatio, quae est ipsius Dei Verbum, apertissime quaestionem doloris viri innocentis proponit, doloris sine culpa. Iob non est punitus ; deerant enim causae cur ei poena irrogaretur, quamquam est durissime pertemptatus. Ex Libri exordio patet Deum permisisse hoc viri experimentum Satana incitante. Hic namque coram Domino iustitiam Iob in controversiam adduxit: « Numquid Iob frustra timet Deum?... operibus manuum eius benedixisti, et possessio eius crevit in terra? Sed extende paululum manum tuam et tange cuncta, quae possidet, nisi in faciem benedixerit tibi ».[23] Si Dominus consentit Iob dolore temptari, id facit ut *illius iustitiam demonstret.* Dolor experimenti indolem habet.

Liber Iob non exhaurit hanc materiam in Revelatione. Is enim quodammodo passionem Christi praenuntiat. Sed vel solus est *sufficiens argumentum,*, quo responsio ad quaestionem de significatione doloris non conectatur sine aliqua exceptione cum ordine morali, qui in sola iustitia est positus. Si haec responsio habet fundamentalem et transcendentem rationem et vim, pariter videtur non solum minus probari posse in casibus similibus dolori Iob, sed etiam ac quidem potissimum comprimere et extenuare *notionem iustitiae,* quam in Revelatione invenimus.

12. Liber Iob « acri » modo ponit « causam » doloris, ostendit etiam innocentem pati, sed quaestionem nondum dissolvit.

[23] *Iob 1,* 9-11.

Animadvertimus autem iam quandam Veteris Testamenti rationem inclinationemque, unde sententia, ex qua dolor solum ut poena peccati possit explicari, exsuperatur, quatenus simul efficacia doloris ad educandum in lumine ponitur. In doloribus ergo, quibus populus electus a Deo afficitur, incitamentum continetur eius misericordiae, quae corrigit ut ad conversionem perducat: « Illae poenae non ad interitum sed ad correptionem sunt generis nostri ».[26]

Ita affirmatur ratio personalis poenae; iuxta quam vis inest in poena non solum quia ipsum malum obiectivum transgressions alio malo rependit, sed quia imprimis facultatem dat restaurandi bonum in eo qui patitur.

Haec doloris facies est summi momenti et in tota Revelatione Veteris et praesertim Novi Testamenti altissime insidet. Dolor conducere debet *conversioni,* id est *restitutioni* boni in homine, qui potest divinam misericordiam agnoscere in hac ad paenitentiam hortatione. Paenitentiae enim propositum est ut malum vincatur, quod multiformiter in homine latet, et bonum firmetur tum in ipso homine, tum in necessitudine cum aliis, maxime cum Deo.

13. **Sed ut verum responsum percipiamus, interrogationi dandum ad « causam » doloris pertinenti, respicere debemus revelationem divini amoris, ultimi fontis sensus rerum omnium, quae sunt. Amor est etiam copiosissimus fons significationis doloris, qui semper mysterium manet, cum sciamus nostras explanationes non sufficere et impares esse. Christus nos in mysterium introducit et efficit ut <» causam » doloris reperiamus, prout apti sumus ad comprehendendam divini amoris sublimitatem.**

Ut altam significationem doloris, Verbum a Deo revelatum secuti, iterum reperiamus, oportet animus noster subiecto humano patescat, ratione ducta multiplicium eius facultatum.

[24] **Cfr. *2 Mae* 6, 12.**

Imprimis vero accipere oportet lumen Revelationis, non solum quatenus ea transcendentalis ordo iustitiae declaratur, sed etiam quatenus idem lumen hunc ordinem Amore collustrat, qui est omnium, quae sunt, fons certus atque supremus. Amor est etiam fons plenissimus, cuius ope interrogationi de significatione doloris respondeatur. Quae quidem responsio a Deo homini est data ipsa Cruce Iesu Christi.

IV

14. **« Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam ».[27] Haec verba a Christo pronuntiata in colloquio cum Nicodemo inducunt nos in medium quasi centrum *actionis salvificae Dei,* Declarant etiam ipsam essentiam soteriologiae christianae, id est theologiae salutis. Salus autem significat liberationem a malo ideoque arcte coniungitur cum quaestione doloris. Secundum verba Nicodemo dicta Deus dat Filium suum « mundo » ut hominem a malo liberet, quod in se continet extremam atque absolutam doloris rationem. Eodem quidem tempore ipsa *vox « dandi » (« ut daret* ») indicat hanc liberationem perficiendam Filio unigenito esse per proprium eius dolorem. Qua in re amor manifestatur, infinitus nimirum amor tum Filii huius unigeniti tum Patris, qui huius rei causa « dat » Filium suum. Hic est amor erga hominem, amor in « mundum » : hic est amor salvificus.**

Ingredimur hic prorsus novam rationem argumenti nostri : quae res ante mentis oculos est nobis dilucide ponenda in communi nostra consideratione argumenti nostri. Haec enim ratio alia est atque illa quae statuebat et certo modo circumscribebat inquisitionem in doloris significationem ipsis iustitiae finibus. Haec est *ratio Redemptionis,* quam sermo Iob, viri iusti, iam in Vetere Testamento, saltem secundum Vulgatam Editionem,

[27] *Io* 3, 16.

praenuntiare videtur : « Scio enim quod redemptor meus vivit et in novissimo ... videbo Deum ... ».[25] Dum enim cogitatio nostra adhuc ante omnia et quodam modo solum in dolorem secundum multiplicem eius formam temporalem (cuius modi sunt ipsi iusti Iob dolores) est directa, tamen verba modo allata ex Iesu collocutione cum Nicodemo respiciunt *dolorem pro significatione eius principali ac decretoria.* Namque Deus dat unigenitum suum ut homo « non pereat » ; ac vis eiusdem locutionis : « non pereat » definitur subtilius dictis sequentibus : « sed habeat vitam aeternam ».

Etenim tum « moritur » homo, cum « vitam aeternam amittit ». Non solus igitur dolor temporalis, quivis dolor opponitur saluti, sed dolor certus et immutabilis : amissio videlicet vitae aeternae, reiectio a Deo facta, damnatio. Filius unigenitus datus est hominibus ut defenderet imprimis hominem ab hoc malo, a *dolore certo et immutabili.* Ex munere ergo suo salvifico ille attingere debet dolorem in ipsis eius radicibus transcendentalibus, unde progreditur dolor per historiam hominum. Tales autem transcendentales doloris radices defiguntur in peccato ac morte : subiacent enim illae amissioni vitae aeternae. In hoc igitur consistit missio Filii unigeniti ut *peccatum vincat et mortem.* Oboedientia quidem sua usque ad mortem is peccatum mortemque resurrectione sua devincit.

15. Cum vero Christus missione sua dicitur tangere malum ipsis in eius radicibus, cogitamus non tantum malum ac dolorem certum et immutabilem, eschatologicum (ut homo « non pereat, sed habeat vitam aeternam »), sed etiam — saltem obliquo modo — *malum ac dolorem* secundum eorum *rationem temporalem et historicam.* Nam malum cum peccato et morte cohaeret. Et quamvis magna cum prudentia iudicandus sit hominis dolor veluti consectarium peccatorum concretorum (hoc ipsum suadet iusti Iob exemplum), non tamen seiungi

[25] *Iob* 19, 25-26.

ipse potest a peccato originum, ab eo videlicet, quod a Sancto Ioanne appellatum est « peccatum mundi »,[29] *a statu peccatorio* actuum personalium processuumque socialium in historia hominis. Quamquam haud licet huc adhibere regulam arctam directae coniunctionis (quemadmodum tres Iob amici fecerunt), nihilominus non licet ab illo iudicio discedere, ex quo hominum dolores e multiplici implicatione peccati manant.

Similiter accidit, cum de *morte* agitur. Saepius exspectatur ea etiam uti liberatio ab huius vitae doloribus. Simul autem praeterire neminem potest eam efficere quasi extremam complexionem ipsius exitiosi operis dolorum sive in corporis compage sive in anima. Ante omnia autem mors secum infert *disiunctionem* totius personalitatis psychicae-physicae hominis. Anima remanet subsistitque a corpore segregata; at corpus progredienti gradatim dissolutioni subicitur secundum verba Domini Dei, quae prolata sunt post peccatum ab homine admissum in historiae eius terrestris initiis : « pulvis es et in pulverem reverteris ».[30] Quapropter, quantumvis mors non sit dolor secundum temporalem sensum verbi, quantumvis reperiatur *quadamtenus ultra omnes cruciatus,* simul tamen malum, quod in ea homo experitur, indolem prae se fert rei alicuius extremae cunctaque pervadentis. Opere salvifico suo Filius unigenitus a peccato morteque hominem liberat. Imprimis ex hominum historia *expungit peccati dominatum,* qui impellente spiritu maligno egit radices iam inde a peccato originali, atque homini facultatem tribuit in gratia sanctificante vivendi. Post victoriam autem de peccato aufert ipse dominationem quoque *mortis,* dum resurrectione sua viam futurae corporum resurrectioni pandit. Haec et illa pernecessariae sunt condiciones ipsius « vitae aeternae », immutabilis scilicet beatitatis hominis cum Deo coniuncti ; hoc nempe salvatis significat dolorem in prospectu eschatologico penitus esse exstinctum.

[29] *Io 1,* 29.
[30] *On* 3, 19.

E salvifico opère Christi consequitur ut homo in terris *cum spe* vitae ac sanctitatis aeternae vivat. Et quamquam victoria a Christo reportata de peccato morteque per propriam crucem et resurrectionem minime aufert temporales vitae dolores neque a doloribus eximit integram historicam rationem vitae humanae, tamen in hanc rationem totam inque omnem dolorem ipsa *conicit lucem novam,* quae est lux salutis. Hoc est Evangelii lumen, id est Boni Nuntii. In media hac ipsa luce reperitur veritas in colloquio cum Nicodemo patefacta: « Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret ».[31] Haec veritas ex ipsis eius fundamentis immutat historiam hominis illiusque terrestris condicionis: tametsi peccatum exstabat, quod in hac historia defixum erat tum uti originalis hereditas tum uti «peccatum mundi » tum uti singulorum peccatorum summa, Deus Pater Filium unigenitum dilexit, id est diligit eum constanter; in tempore dein, omnino ob hunc ipsum amorem, qui omnia vincit, ipse « dat » hunc Filium ut radices ipsas mali hominum attingat et sic modo salvifico accedat ad totum dolorum ambitum, cuius homo est particeps.

16. Christus opera messianica sua inter Israelis populum sine intermissione accessit ad *ambitum humani doloris.* « Pertransivit benefaciendo » ;[32] et haec eius actio ante omnia pertinuit ad ipsos patientes atque adiumenta praestolantes. Sanavit aegrotos, afflictos est solatus, famélicos aluit, homines surditate et caecitate, lepra, daemonio variisque corporis impedimentis liberavit, mortuis ter reddidit vitam. Persentiebat omnem hominum dolorem, tam corporis quam animi. Eodem autem tempore docebat, atque in ipso quasi centro eius doctrinae consistunt *octo beatitudines,* quae ad homines diversis conflictatos asperitatibus in vita temporali diriguntur. Qui

[31] *Io* 3, 16.
[32] *Act* 10, 38.

quidem sunt « pauperes spiritu » et « qui lugent » et « qui esuriunt et sitiunt iustitiam » et « qui persecutionem patiuntur propter iustitiam », cum homines maledicunt iis eosque persequuntur et dicunt omne malum adversus eos, mentientes, propter Christum...[33] Ita secundum Matthaeum; Lucas vero nominatim memorat eos « qui nunc esuriunt H.[3*]

Utcumque id est, appropinquavi t Christus imprimis huic veluti regioni doloris humani eo quod ipsemet *in se hunc recepit dolorem.* Per suae enim operae publicae tempus non solum fatigationem ac nullum tectum necnon ignorationem sui etiam apud maxime necessarios suos experiebatur, sed ante omnia arctius in dies circumfundebatur ambitu invidiae ac apertiora in dies fiebant consilia amovendi eum ex vivis. Harum rerum sibi conscius est Christus ac saepius cum discipulis suis loquitur de cruciatibus et morte, quae ipsi manent: « Ecce ascendimus in Hierosolymam; et Filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis, et damnabunt eum morte et tradent eum gentibus et illudent ei et conspuent eum et flagellabunt eum et interficient eum, et post tres dies resurget ».[M] Christus suae passioni mortique obviam procedit omni cum conscientia missionis suae, qua hoc ipso modo perfungatur necesse est. Profecto efficere debet *per hanc ipsam suam passionem* ut homo « non pereat, sed habeat vitam aeternam ». Per ipsam Crucem descendere debet ad mali radices, insertas in hominis historiam in animosque hominum. Per ipsam Crucem suam perficiat ille oportet *opus salutis.* Quod opus ex consilio aeterni Amoris indolem habet redemptionis.

Hac de causa Christus acriter Petrum vitupérât, cum inducere eum studet ut cogitationes de dolore morteque in Cruce deponat.[36] Et cum in horto Gethsemani comprehenditur, ipse

[33] Cfr. *Mt* 5, 3-il.
* Cfr. *Lc* 6, 21.
[35] *Me* 10, 33-34.
[36] Cfr. *Mt* 16, 23.

Petrus eum defendere nititur gladio, cui Christus respondet: «Converte gladium tuum in locum suum ... Quomodo ergo implebuntur Scripturae quia sic oportet fieri? ».[37] Dicit praeterea: « *calicem, quem dedit mihi Pater,* non bibam illum? ».[38] Haec responsio — haud secus atque aliae, quae variis Evangelii locis exstant — ostendit quam penitus ipse Christus pervasus sit ea cogitatione, quam cum Nicodemi colloquens recluserat: « Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam ».[39] Christus itineri sese committit ad propriam passionem subeundam, conscius sibi virtutis eius salvificae; procedit Patri obtemperans, at potissimum *cum Patre in hoc sociatur amore,* quo mundum ipse hominemque in mundo dilexit. Quam ob rem Paulus de Christo scripsit: « dilexit me et tradidit seipsum pro me >>.*

17. Implendae fuerunt Scripturae. Multi enim loci messianici Veteris Testamenti dolores praenuntiabant futuri Uncti-Christi Dei. Eorum omnium maxime animos movet *Carmen Servi Iahve Quartum* appellatum, quod in Libro Isaiae continetur. Propheta, qui merito « quintus evangelista» nuncupatur, hoc in Carmine imaginem praebet dolorum Servi talibus adeoque vivis coloribus ut eos propriis oculis conspexisse videatur: corporis nempe oculis et mentis. Christi passio ita sub lumine versuum Isaiae etiam significantior evadit magisque animos permovet quam in ipsorum evangelistarum narrationibus. En ante oculos nobis obversatur verus Homo dolorum:

•M Non erat species ei neque decor, ut aspiceremus eum, ...
Despectus erat et novissimus virorum,
***vir dolorum* et sciens infirmitatem,**

[37] *Mt* 26, 52. 54.
[38] *Io* 18, 11.
[39] *Io* 3, 16.
*° *Gal* 2, 20.

et quasi abscondebamus vultum coram eo;
despectus, unde nec reputabamus eum.
Vere languores nostros ipse tulit
et *dolores nostros ipse portavit;*
et nos putavimus eum quasi plagatum,
percussum a Deo et humiliatum.
Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras,
attritus est propter scelera nostra;
disciplina pacis nostrae super eum,
et livore eius sanati sumus.
Omnes nos quasi oves erravimus,
unusquisque in viam suam declinavit;
et *posuit Dominus in eo iniquitaiem omnium nostrum ».*[41]

Carmen Servi perdolentis descriptionem prae se fert, in qua denotari aliquo modo possunt momenta Christi passionis in minutioribus eius rebus : comprehensio, contumelia, alapae, sputa, contemptio ipsius dignitatis captivi, iniquum iudicium ac deinde flagellatio, corona spinarum capiti imposita et opprobrium, via crucis, crucifixio, agonia.

Magis autem quam haec passionis descriptio tangit animos nostros in prophetae verbis *profunditas Christi sacrificii.* Ecce enim, quantumvis innocens, recipit in se omnium hominum dolores, quoniam peccata omnia sibi assumit. « Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum » : *omne* hominis peccatum secundum amplitudinem suam et altitudinem evadit vera causa doloris ipsius Eedemptoris. Si tamen dolor « aestimatur » ex malo tolera to, voces prophetae efficiuntut mente comprehendamus *magnitudinem huius mali* et huius doloris, quem Christus suscepit. Dici potest hic dolor esse quaedam « substitutio »; ante omnia vero est « redimens ». Homo dolorum illo in vaticinio revera est « agnus Dei, qui tollit pecca-

« *Is* 53, 2-6.

tum mundi ».[42] Ipsius enim dolore peccata auferuntur, quia is uti Filius unigenitus solus potuit in se illa recipere et assumere *cum illo erga Patrem amore, qui vincit* malum cuiusque peccati; quodammodo ad nihilum redigit hoc malum in illo veluti spatio spiritali necessitudinum inter Deum genusque hominum ac spatium bono replet.

Attingimus hic duplicem naturam unius subiecti personalis doloris redimentis. Ipse, qui passione sua morteque in Cruce efficit Redemptionem, Filius est unigenitus, quem Deus « dedit ». Simul autem hic *Filius consubstantialis Patri patitur ut homo.* Habet enim dolor eius rationes humanas, habet etiam — semel in generis hominum historia — altitudinem ac vim, quae, licet humanae sint, incomparabilis cuiusdam esse possunt profunditatis et acerbitatis dolorum, quatenus Homo patiens ut persona est ipse Filius unigenitus : « Deus de Deo ». Quapropter solus ille — Filius unigenitus — amplecti valet magnitudinem mali, quae in hominis reperitur peccato : in unoquoque peccato atque in peccato « universali » secundum rationes vitae historicae generis hominum in terris.

18. Dici possunt supra explicatae cogitationes perducere nos iam recta via in hortum Gethsemani ipsumque Calvariae locum, ubi Carmen perdolentis Servi in Libro Isaiae exstans est completum. Prius vero quam illuc progrediamur, sequentes legamus Carminis versus, qui prophetico modo praenuntiant passionem in loco Gethsemani et Calvariae. Servus ille patiens — et hoc vicissim pernecessarium est ad recte explanandam Christi passionem — *sibi induit* eos dolores, de quibus iam est dictum, *omnino voluntarie:*

« Affiictus est et ipse subiecit se
et non aperuit os suum;
sicut agnus, qui ad occisionem ducitur,
et quasi ovis, quae coram tondentibus se obmutuit

« *Io* 1, 29.

et non aperuit os suum.
Angustia et iudicio sublatus est.
De generatione eius quis curabit?
Quia abscissus est de terra viventium;
propter scelus populi mei percussus est ad mortem.
Et posuerunt sepulcrum eius cum impiis,
cum divitibus tumulum eius,
eo quod iniquitatem non fecerit,
neque dolus fuerit in ore eius ».[43]

Christus voluntarie patitur innocensque patitur. Dolore enim suo interrogationem illam recipit, quae — ab hominibus saepius posita — in Libro Iob quodammodo extrema quadam ratione est enuntiata. Attamen Christus non tantum secum defert eandem interrogationem (id quod facit ratione etiam multo pleniore, quandoquidem ipse non solum homo est uti Iob sed unigenitus Dei Filius), verum etiam refert *maximum modum ipsius responsionis, quae reddi potest eidem huic interrogationi.* Dicas responsionem quodammodo eadem ex materia emergere, qua facta sit interrogatio. Reddit enim Christus responsionem quaestioni de dolore dolorisque significatione non solum per doctrinam suam. Bonum scilicet Nuntium, sed imprimis per proprium dolorem, qui via organica et indissolubili in doctrinam Boni Nuntii inseritur. Atque hoc est *postremum* compendiarium verbum huius *doctrinae* : « verbum ... crucis », sicut postmodum Sanctus Paulus dixit.[44]

Illud « verbum crucis » perpetua veritate imaginem antiqui vaticinii perficit. Multi loci multique sermones per totum publice docendi eius tempus testantur quo pacto Christus ab initio complectatur hanc passionem, quae voluntas Patris est in mundi salutem. Ultimus tamen gressus hic evadit *precatio in horto Gethsemani.* Voces enim: « Pater mi, si possibile est,

[43] *Is* 53, 7-9.
[44] Cfr. *1 Cor* 1, 18.

transeat a me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu »,[45] ac deinde: « Pater mi, si non potest hoc transire, nisi bibam illud, fiat voluntas tua »,[46] multiplicem exhibent eloquentiam. Namque veritatem illius amoris comprobant, quo Patrem unigenitus Filius prosequitur pro sua oboeditione. Simul vero veritatem testificantur eius doloris. Verba quidem orationis Christi in horto Gethsemani *veritatem amoris per doloris veritatem* demonstrant. Christi voces plana simplicitate confirmant hanc veritatem humanam doloris usque ad extremum: dolor significat malum subire, coram quo homo cohorrescit. Dicit enim: «transeat a me», perinde ac dicit Christus in horto Gethsemani.

Verba ipsius testantur simul unicam hanc et incomparabilem altitudinem vimque doloris, quam solus experiri potuit Homo, qui est Filius unigenitus; testificantur *profunditatem et vehementiam illam,* quam supra prolatae prophetae voces adiuvant suo modo ut intellegamus. Non certe usque ad extremum (nam ut hoc fieret, necesse esset pervadere ad medium ipsum mysterium divinum et humanum Subiecti), sed saltem ut percipiamus illam distinctionem (ac similitudinem eodem tempore), quae intercedere potest inter omnem opinabilem hominis dolorem ac Dei-Hominis passionem. Gethsemani locus est, ubi hic ipse dolor, secundum totam veritatem a propheta declaratam de malo, quod in eo est expertus, *paene terminali modo ante oculos mentis Christi est patefacta.*

Voces in horto Gethsemani pronuntiatas sequuntur verba in Calvariae loco dicta, quae hanc altitudinem testantur — unicam in mundi historia — mali ipsius doloris, qui toleratur. Cum Christus clamat: « Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? », verba eius non tantum exprimunt illum animum derelictum, qui saepius in Vetere Testamento occurrit, praesertim in Psalmis ac nominatim in Psalmo 22

[45] *Mt* 26, 39.
[46] *Mt* 26, 42.

[21], unde verba memorata oriuntur.[47] Dici possunt hae derelictionis enuntiationes nasci ex statu inseparabiles coniunctionis Filii cum Patre atque idcirco nasci quod Pater « posuit ... in eo iniquitatem omnium nostrum »[48] ad formam eorum quae deinceps Sanctus Paulus dixit: « Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos effieeremur iustitia Dei in ipso ».[49] Una autem cum hoc terrifico pondere, Christus — *aestimando « integro » malo,* quod in peccato continetur, quo *Deus reicitur* — per ipsam divinam profunditatem Filii coniunctionis cum Patre experitur aliquo modo humanitus ineffabili *hunc dolorem, qui est seiunctio,* repudiatio Patris, abrupta necessitudo cum Deo. At per ipsum hunc dolorem Redemptionem ille operatur valetque monens dicere: « Consummatum est».[50]

Dici potest scriptura esse impleta ac verba commemorati Carminis Servi perdolentis dici possunt in perpetuum revera deducta esse ad effectum: « Dominus voluit conterere eum infirmitate ».[51] Ad summum evasit hominum dolor in ipsa Christi passione. Haec vero simul ingressa est novam prorsus condicionem novumque rerum ordinem: *alligata est ad amorem,* illum profecto amorem, de quo Christus cum Nicodemo est locutus, ad amorem, qui bonum gignit, generans hoc etiam ex malo, generans per dolorem, quemadmodum supremum bonum mundi redemptionis eductum est de Christi Cruce continenterque ex ea profluit. Crux Christi fons effecta est, unde fluunt aquae vivae.[52] In ipsa etiam oportet quaestionem repetamus de doloris significatione ibique responsionem eidem huic interrogationi usque ad finem legamus

[47] *Ps* 22 [21], 2.
[48] *Is* 53, 6.
[49] *2 Cor* 5, 21.
[50] *Io* 19, 30.
[51] /s 53, 10.
[52] Cfr. *Io* 7, 37-38.

V

19. Idem Carmen de Servo perdolente, quod Libro Isaiae continetur, prorsus ad huiusmodi interrogationem ac responsionem hisce nos ducit versibus, qui sequuntur:

«Si posuerit in piaculum animam suam,
videbit semen longaevum,
et voluntas Domini in manu eius prosperabitur.
***Propter laborem* animae eius**
***videbit lucem,* saturabitur in scientia sua.**
Iustificabit* iustus servus meus *multos
et iniquitates eorum ipse portabit.
Ideo dispertiam ei multos,
et cum fortibus di videt spolia,
pro eo quod tradidit in mortem animam suam
et cum sceleratis reputatus est;
et ipse peccatum multorum tulit
et pro transgressoribus rogat ».[53]

Licet quidem affirmari omnem dolorem humanum una cum Christi passione in nova condicione versari. Quod ita se habet quasi Iob id praesenserit, cum haec locutus est verba: « Scio enim quod redemptor meus vivit... »,[54] et quasi ad eiusmodi condicionem suum dolorem direxerit, qui sine Redemptione non secundum integram suam vim ei innotescere potuit. In Cruce Christi non solum Redemptio per passionem perfecta est, sed ipse etiam dolor humanus *est redemptus.* Christus — nulla sua culpa — « totum peccati malum » in se recepit. Cuius ipsius mali experimento Christi dolorum incomparabilis amplitudo definita est, qui *pretium Redemptionis* facti sunt. De hac re loquitur Isaias in Carmine de Servo perdolente suoque tempore de ea egerunt testes Novi Foederis, cuius

[53] *Is* 53, 10-12.
[54] *Iob* 19, 25.

pactio Sanguine Christi est facta. En ex prima Epistula Petri Apostoli verba : « scientes quod non corruptibilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra conversatione a patribus tradita, sed *pretioso sanguine* quasi Agni incontaminati et immaculati Christi ».[55] In Epistula autem ad Galatas dicit Paulus Apostolus : « dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de praesenti saeculo nequam n,[56] atque in Epistula ad Corinthios : « Empti enim estis pretio : glorificate ergo Deum in corpore vestro! M .[57]

Hisce aliisque eiusmodi verbis testes Novi Foederis de redemptionis magnitudine loquuntur, quae perfecta est Christi passione. Loco hominis et pro homine passus est Redemptor. Omnis homo *suam partem in Redemptione habet.* Quisque etiam vocatur ad *passionem illam participandam,* qua perfecta est Redemptio, ad participandam passionem vocatur, per quam etiam redemptus est omnis dolor humanus. Christus, passione sua Redemptionem efficiens, simul *ad gradum Redemptionis extulit dolorem humanum.* Omnis igitur etiam homo, suo affectus dolore, fieri potest Christi passionis redemptricis particeps.

20. Novi Testamenti multi loci huiusmodi sententiam enuntiant. In secunda Epistula ad Corinthios haec scribit Apostolus : « in omnibus tribulationem patimur sed non angustiamur, aporiamur sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, deicimur sed non perimus, semper *mortificationem Iesu in corpore circumferentes,* ut et vita Iesu in corpore nostro manifestetur. Semper enim nos qui vivimus in mortem tradimur propter Iesum, ut et vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali..., scientes quoniam qui suscitavit Dominum Iesum et nos cum Iesu suscitabit».[58]

[55] *1 Te* 1, 18-19.
[56] *Gal* 1, 4.
[57] *1 Cor* 6, 20.
[58] *2 Cor* 4, 8-11. 14.

De variis doloribus loquitur Sanctus Paulus, imprimisque de illis, quorum participes fiebant «propter Iesum» primi Christiani. Hi dolores efficiunt ut ii quibus memorata Epistula est data, Redemptionis opus participent, quod peractum est passione ac morte Redemptoris. Attamen *Crucis mortisque significans vis ac momentum significante vi ac momento resurrectionis* complentur. In resurrectione lucem homo omnino novam invenit, qua in itinere percurrendo per tot contumeliarum et dubiorum atque desperationis necnon persecutionis tenebras sane adiuvatur. Quare et in secunda ad Corinthios Epistula scripsit Apostolus: « quoniam sicut *abundant passiones Christi in nobis,* ita per Christum abundat et consolatio nostra ».[59] Alibi animum addit iis quos per epistulam affatur, cum ita scribit: « Dominus autem dirigat corda vestra in caritatem Dei et patientiam Christi ».[60] In Epistula vero ad Romanos sic eos alloquitur: «Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, *ut eœhibeatis corpora vestra hostiam viventem,* sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum ».[61]

Christi passionis communicatio in apostolicis his elocutionibus quasi duplicem induit rationem. Si Christi dolorum particeps fit homo, id propterea accidit quod Christus *suam passionem homini aperuit,* quod in salvifico dolore suo omnium humanorum dolorum particeps ipse aliquo modo est factus. Dum per fidem homo redemptricem Christi passionem invenit, suos simul dolores in ea reperit, *eosdemque* nova continentia novaque significatione locupletatas *pervidet per fidem.*

Haec cognitio Paulo gravissima suasit verba in Epistula ad Galatas: « Christo confixus sum cruci: vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus; quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me et tradidit se ipsum pro

[59] *2 Cor* i, 5.

[60] *2 Thess* 3, 5.

[61] *Rom* 12, 1.

me ».[62] Fides efficit ut horum verborum auctor amorem agnoscat, quo ad Crucem ductus est Christus. Quodsi, patiendo ac moneado, ita ipse dilexit, hac proinde sua passione ac morte etiam *vivit in eo quem ita dilexit,* id est in homine vivit: in Paulo. In eo autem vivens — dum Paulus, fide talis rei sibi conscius, amorem eius pensât amore suo — Christus specialem etiam in modum *per Crucem cum homine,* cum Paulo, *coniungitur.* Quae coniunctio etiam alia haud minus gravia verba Paulo suasit in eadem ad Galatas Epistula: « Mihi autem absit *gloriari* nisi in cruce Domini Nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo ».[63]

21. Crux Christi salvificam lucem in vitam hominis in eiusque dolorem praecipue conicit tam vehementer, quia illum hominem per fidem *una cum resurrectione* attingit: mysterium passionis mysterio paschali continetur. Qui Christi passionis, iidem et resurrectionis eius sunt testes. Haec enim scribit Sanctus Paulus : « ad cognoscendum illum (Christum) et virtutem resurrectionis eius et communionem passionum illius, conformans me morti eius, si quo modo occurram ad resurrectionem, quae est ex mortuis ».[64] Revera « virtutem resurrectionis » Christi primum expertus est Apostolus in itinere ad Damascum, et nonnisi postea in huiusmodi veluti luce paschali ad illam « communionem passionum eius » pervenit, de qua is loquitur, ex. gr. in Epistula ad Galatas. Aperte paschalis est via Pauli: *communio Crucis* Christi fit *per Resuscitati experientiam,* id est per peculiarem resurrectionis participationem. Hac de causa etiam in Apostoli locutionibus de tribulatione ratio tam saepe occurrit gloriae, cuius initium facit Crux Christi.

Crucis et resurrectionis testes persuasum id sibi habebant:

« *Gal* 2, 19-20.
« *Gal* 6, 14.
«• *Philp* 3, 10-11.

« per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei ».[65] Paulus praeterea, Thessalonicensibus scribens, haec dicit: « ita ut et nos ipsi in vobis gloriemur ... pro patientia vestra et fide in omnibus persecutionibus vestris et tribulationibus, quas sustinetis, indicium iusti iudicii Dei, ut *digni habeamini Regno Dei,* pro quo et patimini ».[66] Ita igitur Christi passionum communio simul est passio pro Regno Dei. Coram iusto Deo eiusque iudicio eodem Regno digni fiunt quotquot Christi passiones participant. Per tribulationes suas infinitum pretium passionis ac mortis Christi, quod factum est nostrae Redemptionis pretium, aliquatenus ipsi restituunt: hoc pretio Regnum Dei denuo solidatum est in historia hominis, vitae eius terrenae terminalis veluti prospectus evadens. Per tribulationes nos Christus in hoc Regnum immisit; atque etiam homines ad id aedificandum *maturescant,* qui Christi redemptionis mysterio veluti obvolvuntür.

22. Cum eo prospectu Regni Dei coniungitur etiam illius gloriae spes, quae a Christi Cruce capit initium. Resurrectione haec gloria ostenditur — gloria eschatologica —, quae prae immensis tormentis omnino in Cruce Christi obscurabatur. Qui Christi passionum sunt participes, suis tribulationibus ipsi etiam ad *gloriam* participandam vocantur. Variis locis res a Paulo declaratur. Ad Romanos haec ipse scribit: « coheredes autem Christi, si tamen compatimur ut et conglorificemur. Existimo enim quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelanda est in nobis ».[67] In secunda Epistula ad Corinthios haec legimus: « Id enim, quod in praesenti est, leve tribulationis nostrae supra modum in sublimitatem aeternum gloriae pondus operatur nobis, non contemplantibus nobis quae videntur, sed quae non viden-

[65] *Act* 14, 22.
[66] *2 Thess* 1, 4-5.
[67] *Rom* 8, 17-18.

tur w.[68] Petrus Apostolus in prima Epistula sua hanc enuntiavit veritatem : « quemadmodum communicatis Christi passionibus, gaudete, ut et in revelatione gloriae eius gaudeatis exsultantes w.[69]

Causa *passionis et gloriae* induit proprietatem prorsus evangelicam, quae quidem, quatenus ad Crucem refertur ac resurrectionem, clare illustratur et patescit. Resurrectio conversa est ante omnia in gloriae manifestationem, quae per Crucem peractae Christi exaltationi plane respondet. Etenim, etsi hominibus Crux visa est veluti Christi *spoliatio,* simul vero coram Deo fuit *eius exaltatio.* Mandatum suum Christus in Cruce prorsus est assecutus et effecit: is, voluntatem Patris implendo, etiam semetipsum simul confirmavit perfecitque. In infirmitate *potentiam* suam et in humilitate plenam *magnitudinem messianicam* ostendit. Nonne huiusmodi magnitudinem omnia testantur verba,< quae ipse in Golgotha, cum animam ageret, locutus est, et imprimis de crucifixionis auctoribus: « Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt »?[70] Verba haec, sua veluti supremi exempli vi, eos movent, qui sunt Christi passionum participes. Dolor praeterea quaedam est hortatio ad magnitudinem moralem hominis eiusque *spiritalem maturitatem* patefaciendam. Variis sane aetatibus id comprobaverunt Christi martyres et confessores, hisce fisi verbis : « Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere ».[71]

Christi resurrectio « gloriam futuri saeculi » revelavit ac simul « gloriam Crucis » confirmavit : eam nempe *gloriam, quae in ipsa* Christi *passione continetur,* et quae in dolore hominis saepe imaginis instar reddita est et redditur, tamquam spiritalis eius excelsitatis ostensio. Quae gloria non solum in

[68] *2 Cor* 4, 17-18.
[69] 1 Pc 4, 13.
[70] *Lc* 23, 34.
[71] *Mt* 10, 28.

fidei martyribus oportet agnoscatur, sed in compluribus etiam aliis hominibus, qui interdum, etsi non in Christum credunt, propter veritatem aliamve iustam causam mala patiuntur et vitam profundunt. In horum omnium tribulationibus specialem in modum magna hominis dignitas confirmatur.

23. Semper enim dolor est *experimentum* — idemque nonnumquam satis arduum — quod hominum generi imponitur. Ex Sancti Pauli Epistularum paginis illud Evangelii *mirum communique opinioni contrarium,* quod *in infirmitate ac virtute* consistit, saepe nos quasi alloquitur, quodque praesertim expertus est ipse Apostolus atque cum eo omnes, qui sunt Christi passionum participes, experiuntur. In secunda Epistula ad Corinthios scribit Paulus : « Libentissime igitur potius gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Christi ».[72] Haec in secunda ad Timotheum Epistula legimus: « Ob quam causam etiam haec patior, sed non confundor; scio enim cui credidi ».[73] Hoc profecto ipse dicit in Epistula ad Philippenses: « Omnia possum in eo, qui me confortât ».[74]

Qui Christi passiones participant, ii paschale ante oculos habent Crucis et resurrectionis mysterium, in quo Christus ad extremos usque fines humanae infirmitatis et inopiae primo quidem descendit: ipse enim moritur Cruci affixus. At in tali *infirmitate* si eius etiam *exaltatio* simul efficitur, quae confirmata est resurrectionis virtute, id ipsum ostendit infirmitates omnium humanarum tribulationum ea ipsa Dei virtute, quae revelata est in Cruce Christi, permeari posse. In hac cogitandi ratione *pati* idem est ac singulari modo fieri *sentientem* et *operi salvificae Dei virtutis,* quae homini in Christo praebetur, *patentem.* Deus in eo confirmavit se per specialem passionem potissimum agere velle, per hominis videlicet infirmitatem et spo-

[72] *2 Cor 12,* 9.
[73] *2 Tim* 1, 12.
[74] *Philp* 4, 13.

nationem, in iisque ipsis se suam velle virtutem revelare. Hoc pacto etiam hortamentum in prima Petri Epistula potest explanari : « si autem ut christianus (patitur), non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine ».[75]

In Epistula ad Romanos Paulus Apostolus vel copiosiora de hoc «virtutis ortu in infirmitate» enuntiat necnon de hac *spiritali* hominis *renovatione* in temptationibus ac tribulationibus, quae quidem eorum qui sunt Christi passionum participes, specialis est vocatio: «sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem; spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis ».[76] Inest autem in dolore peculiaris quaedam hominis *vocatio ad virtutem,* quam pro sua parte ipse colere debet. Et haec est perseverantiae virtus in molestiis malisque ferendis. Ita agens homo eam spem elicit, qua persuasum sibi habet neque se oppressum iri tribulatione, neque se hominis dignitate, quae coniungitur cum conscientia sensus vitae, spoliari umquam posse. En autem eiusmodi sensus simul cum *opere caritatis Dei,* quod maximum Spiritus Sancti est donum, manifestatur. Homo, quatenus hanc caritatem participat, in tribulatione se penitus reperit: « animam » invenit, quam se ob dolores per didisse[77] putabat.

24. Apostoli tamen, qui Christi dolorum est particeps, experientiae etiam ulterius progrediuntur. In Epistula ad Colossenses haec legimus, quae spiritalis itineris veluti metam postremam, ad tribulationes quod attinet, efficiunt. Haec Sanctus Paulus scribit : « Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, et *adimpleo* ea, *quae desunt passionum* Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia».[78] In alia Epistula eos,

[75] ***1 Pe* 4, 16.**

[76] ***Rom* 5, 3-5.**

[77] **Cfr. *Me* 8, 35; *Lc* 9, 24; *Io* 12, 25.**

[78] ***Col* 1, 24.**

quibus mittitur, sic ipse interrogat: « Nescitis quoniam corpora vestra membra Christi sunt? ».[79]

In mysterio paschali Christus initium fecit *coniunctionis cum homine in Ecclesiae communitate.* Mysterium Ecclesiae sic declaratur: in ipsa Baptismi collatione, qua Christo configuratur homo, deinde per Christi Sacrificium — sacramentaliter per Eucharistiam — Ecclesia semper ut corpus Christi continuo spiritaliter aedificatur. In hoc corpore Christus vult cum cunctis hominibus coniungi imprimisque dolentes sibi coniungit. Allata Epistulae ad Colossenses verba singularem huius coniunctionis proprietatem testantur. Etenim *qui una cum Christo condolescit* — quemadmodum Paulus Apostolus Christo adhaerens suas fert « tribulationes » — non solum illam virtutem a Christo haurit, quae antea est dicta, sed sua etiam passione ipse, « quae desunt passionum Christi adimplet ». In hac evangelica expositione veritas *de creatrice doloris natura* singulariter in lumine ponitur. Christi passio bonum redemptionis mundi effecit, quod quidem in se ipso inexhaustum est et infinitum neque ei quidquam ab ullo homine addi potest. Simul vero in Ecclesiae mysterio ut in corpore suo Christus aliqua ratione redemptricem passionem suam omnibus hominum tribulationibus aperuit. Prout homo fit Christi passionis particeps — ubicumque in orbe terrarum quolibetque historiae tempore — ita eiusmodi passionem *suo modo ipse adimplet,* per quam Christus mundi redemptionem est operatus.

Numquid ex hoc infertur imperfectam esse redemptionem, quam Christus ad effectum adduxerit? Non est ita. Id enim non aliud significat nisi redemptionem, quae vi amoris satisfactorii est acta, *omni semper caritati patere,* quae *in hominis dolore* ostenditur. In hoc ambitu — in ambitu scilicet amoris — redemptio, quae penitus iam perfecta est, aliqua ratione perficitur continenter. Christus redemptionem penitus quidem peregit ac quidem usque ad finem; simul tamen eam non cone

[79] *1 Cor* 6, 15.

clusit: in rédemptrice hac passione, per quam est redemptio omnium peracta, Christus inde ab initio complexus est semperque id omne complectitur, quod mortales patiuntur. Ita est: ad ipsam *redemptricis Christi passionis essentiam* pertinere videtur ratio, ob quam eiusmodi passio poscit ut continenter adimpleatur.

Ita, ea quoque amplexus, quae mortales patiuntur, sua passione Christus mundum redemit. Haec vero redemptio, etsi per Christi passionem omnino est completa, simul nihilominus suo modo in hominis historia viget et progreditur. Viget et progreditur ut Christi corpus, quod est Ecclesia, omnisque dolor humanus hac ratione ob omnium communionem in caritate Christi, Christi passionem adimplet, *quemadmodum Ecclesia salvificum complet opus Christi.* Mysterium Ecclesiae — talis videlicet corporis, quod in se ipso etiam perficit Christi corpus cruci affixum et ab inferis excitatum — simul illud spatium exhibet, in quo dolores humani complent Christi dolores. In hoc ambitu conceptuque Ecclesiae-Christi corporis, quod continenter et omni loco et tempore progreditur, cogitare licet et loqui de iis « quae desunt » passionum Christi. Clare ceteroqui id ab Apostolo illustratur, cum de iis adimplendis scribit, «quae desunt passionum Christi... pro corpore eius, quod est Ecclesia ».

Ipsa *Ecclesia,* quae de munitis redemptionis divitiis assidue haurit, hanc inferens in vitam generis humani, *est ratio,* qua Christi passio redemptrix dolore hominis perpetuo compleri potest. Hoc modo divina humanaque illustratur natura Ecclesiae. Cuius naturae proprietates dolor aliquo modo participare videtur, qui propterea peculiarem utilitatem prae se fert coram Ecclesia. Ipse dolor est bonum, quod Ecclesia, omnino firmiter credens redemptionem, observanter colit, pro tota scilicet altitudine illius fidei, qua redemptionem credit, qua immensum et inenarrabile Christi corporis mysterium complectitur.

VI

25. Christi Crucis ac resurrectionis testes Ecclesiae et humano generi peculiare Evangelium doloris tradiderunt. Redemptor ipse primus hoc scripsit Evangelium sua passione amoris causa suscepta ut homo « non pereat, sed habeat vitam aeternam ».[80] Haec passio, una cum vivo verbo disciplinae, copiosus factus est fons iis omnibus, qui participes erant dolorum Christi in prima generatione eius discipulorum confessorumque ac deinde in generationibus, quae saeculorum cursu sunt secutae. Est imprimis solacii causa — res sane Evangelio et historia comprobata — quod iuxta Christum, loco primario et probe significato, sancta eius Mater semper adest ad dandum egregium testimonium, quod *tota vita sua* de hoc singulari Evangelio doloris perhibet. Permultae et vehementes passiones confluxerunt in talem nexum et colligationem, ut non solum fidem eius inconcussam comprobarent, verum etiam ad redemptionem omnium conferrent. Re quidem vera, inde ab arcano colloquio cum angelo habito, ea in materna sua missione prospicit « munus, cui destinatur », ipsam Filii missionem modo unico et non iterabili participandi. Quod brevissimo tempore sive iis confirmatur, quae in Iesu nativitate in oppido Bethléem evenerunt, sive certa definitaque praenuntiatione, a Simeone sene facta, qui de tam acuto gladio est locutus, qui animam eius esset pertransiturus, sive angoribus et angustiis in fuga Aegyptorum versus, ob crudelem Herodis deliberationem praepropere arrepta, tolerandis.

Praeterea, post ea quae a Filio in vita abdita et publica sunt gesta — quorum illa pro animo suo quam maxime tenero sine ulla dubitatione particeps fuit — dolores Beatae Mariae Virginis in Calvariae loco ad fastigium pervenerunt, cuius altitudo mente humana vix fingi quidem potest, sed certe arcana fuit et supernaturali ratione fecunda pro universali

[80] *Io* 3, 16.

redemptione. Ascensus ille in Calvariae locum, illud « stare » iuxta Crucem una cum discipulo prae ceteris dilecto, communicatio prorsus peculiaris fuerunt mortis redemptricis Filii, atque etiam verbis, quae ex eius ore audivit, ei quasi sollemniter est mandatum ut hoc Evangelium omnino singulare universae communitati credentium nuntiaret.

Beatissima Virgo Maria, quippe quae *praesens adesset,* particeps effecta passionis *compatiendo,* singularem in modum ad Evangelium doloris contulit, cuius non paucas quasi paginas una cum Filio conscripsit, et in antecessum verba Sancti Pauli vivendo implevit, in initio huius Epistulae allata. Illa enim prorsus particularem causam habet ut dicat se « adimplere in carne sua — quemadmodum iam in corde fecit — ea quae desunt passionum Christi ».

Luce affulgente incomparabilis exempli Christi, quae in vita eius Matris repercussa singulariter refulget, Evangelium doloris, testimonio et scriptis Apostolorum, fit *fons inexhaustus generationibus semper novis,* quae sibi succedunt in historia Ecclesiae. Evangelium doloris non solum ostendit adesse in Evangelio dolorem tamquam unum ex argumentis Boni Nuntii, sed etiam recludit *salvificam virtutem atque significationem salvificam* doloris in missione messianica Christi ac postea in missione et vocatione Ecclesiae.

Christus *haud celabat* auditores suos hoc: *necesse esse pati.* Apertis enim verbis dixit: « Si quis vult post me venire, ... tollat crucem suam cotidie »,[81] et discipulis suis moralia dabat praecepta, quorum exsecutio tantummodo fieri potest « semetipsum abnegando ».[82] Via, quae ducit ad Regnum caelorum est « angusta et arta », eamque Christus contraponit « latae et spatiosae » viae, quae tamen « ducit ad perditionem ».[83] Saepe Christus etiam affirmabat discipulos suos et confessores *mul-*

[81] *Lc* 9, 23.
[82] Cfr. *Lc* 9, 23.
[83] Cfr. *Mt 1,* 13-14.

tas persecutiones esse passuros, quod — ut constat — evenit non solum prioribus saeculis vitae Ecclesiae in Romano imperio, sed etiam factum est et fit variis historiae aetatibus variisque terrae locis, hac nostra quoque aetate.

-En nonnulla Christi verba, quae ad hoc argumentum pertinent: « inicient vobis manus suas et persequentur tradentes in synagogas et custodias, et trahemini ad reges et praesides propter nomen meum; *continget* autem vobis *in testimonium.* Ponite ergo in cordibus vestris non praemeditari quemadmodum respondeatis; ego enim dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere vel contradicere omnes adversarii vestri. Trademini autem et a parentibus et fratribus et cognatis et amicis, et morte afficient ex vobis, et eritis odio omnibus *propter nomen meum.* Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras».[84]

Evangelium doloris prius tractat variis locis de dolore « pro Christo » et « propter Christum » ipsis verbis Iesu vel verbis eius Apostolorum. Magister non celat discipulos suos et asseclas eventum, ex quo forte essent sic passuri, quin immo id aperte manifestat ostendens simul divinas opes, quae eos sustinebunt inter persecutiones ac tribulationes « propter nomen Christi ». Hi dolores etiam *singulari quidem modo comprobabunt* similitudinem cum Christo et unitatem cum eo. « Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus... : Non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur... Sed haec omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum, qui misit me w.[85] « Haec locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis; in mundo pressuram habetis, sed confidite, ego vici mundum ».[86]

[84] *Lc 21,* 12-19.
[85] *Io* 15, 18-21.
[86] *Io* 16, 33.

Hoc primum caput Evangelii doloris, in quo agitur de persecutionibus, id est de tribulationibus propter Christum, *peculiarem* continet *cohortationem ad bonum animum animique fortitudinem,* quae insigni virtute resurrectionis sustineatur. Christus vicit in omne tempus mundum resurrectione sua; tamen, ex eo quod haec conectitur cum passione et morte, Christus simul vicit hunc mundum suis doloribus. Ita est. Dolor quidem singulari modo est insertus in illam victoriam de mundo, quae patefacta est in resurrectione. Christus servat in suo corpore a mortuis suscitato signa vulnerum Crucis: in manibus suis et pedibus atque in latere. Resurrectione patefacit *vim victricem doloris* infunditque persuasionem de huiusmodi vi in animos tum eorum quos suos elegit Apostolos, tum eorum quos continenter eligit et mittit. Ait Paulus Apostolus: <(Et omnes, qui volunt pie vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur n.[87]

26. Si primum magnum caput Evangelii doloris scribitur per generationes ab iis qui persecutiones patiuntur propter Christum, pariter per rerum cursum aliud magnum scribitur caput huiusce Evangelii. Scribunt illud ii omnes, qui *una cum Christo patiuntur,* humanos suos coniungentes dolores cum eiusdem passione salvifica. In iis adimpletur, quod primi testes passionis et resurrectionis dixerunt vel scripserunt de participatione Christi passionum. In iis igitur Evangelium doloris adimpletur simulque unusquisque eorum illud quodammodo scribere pergit: illud scribit et nuntiat mundo, illud nuntiat, ubi vivit, et hominibus nostrae aetatis.

Constat per saecula et generationes *in dolore singularem abscondi virtutem,* quae intime *coniungat* hominem *cum Christo,* quod peculiaris est gratia. Cui gratiae suam debent interiorem conversionem multi Sancti, veluti Sanctus Franciscus Assisiensis, Sanctus Ignatius de Loyola et alii. Huius

[87] *2 Tim* 3, 12.

conversionis effectus non solum in eo positus est ut homo inveniat significationem salvificam doloris, sed etiam ac quidem maxime ut in ipso dolore homo novus plane efficiatur. Is enim assequitur novam quasi rationem *totius suae vitae agendae et suae implendae vocationis.* Quod homo sic detegit, id comprobat praecipue magnitudinem spiritus, qui in eo superat corpus modo omnino incomparabili. Cum hoc corpus vehementer aegrotat, omnino est debilitatum, homo fere non valet vivere et agere, tum magis eminet *interior maturitas et spiritalis magnitudo,* quod animos permovens est disciplina hominibus bene sanis.

Haec interior maturitas et spiritalis magnitudo in dolore revera *efficiuntur* peculiari *conversione* et sociata opera cum Gratia Redemptoris cruci affixi. Ipse radicitus operatur in humanis doloribus per Spiritum suum veritatis, per Spiritum Consolatorem. Ipse quodammodo commutat ipsam substantiam spiritalis vitae, dum ostendit aegroto homini se ei adesse. *Ipse* — ut Magister et animi Dux — *edocet* dolentes fratres et sorores de hoc *admirabili commercio,* posito in ipso intimo mysterio Redemptionis. Dolor suapte natura est experiri malum. At Christus in eo firmissimum posuit fundamentum perennis boni, videlicet boni salutis aeternae. Christus patiendo in Cruce ipsas radices attigit mali, quod est peccatum et mors. Ille vicit artificem mali, Satanam, eiusque constantem seditionem adversus Creatorem. Christus fratri vel sorori dolentibus *patefacit* et indicat gradatim *fines Regni Dei,* videlicet mundi ad Creatorem conversi et a peccato liberati, qui sensim fundatur super virtutem salvificam amoris. Et Christus, pedetemptim sed efficaciter, inserit in huiusmodi mundum, in hoc Regnum Patris, hominem dolori obnoxium quodammodo ipsis medullis doloris. Dolor enim non potest *converti* atque mutari extrinsecus per gratiam sed *intrinsecus.* Christus autem per salutiferam suam passionem quam maxime inest in omni ho-

milium dolore et intra eum operari valet per virtutem Spiritus sui veritatis, Spiritus sui Consolatoris.

Nec satis est : divinus enim Redemptor in animum cuiusque dolentis cupit ingredi per cor Beatissimae Matris suae, primitiarum et veluti culminis omnium, qui sunt redempti. Christus moriens, quasi maternitatem prosecuturus, qua, Spiritu Sancto operante, in lucem est editus, eidem Beatissimae semper Virgini Mariae *novam maternitatem* est largitus — eamque spiritalem et universalem —, quae cunctos homines complecteretur, ut quisque, in fide ambulans in terris, sibi, una cum Illa, arcte coniungeretur usque ad Crucem et, Crucis vi, quivis dolor hoc modo recreatus ex infirmitate hominis in Dei virtutem mutaretur.

Huiusmodi autem processus interior non semper eodem fit modo. Saepe difficile incipit et instauratur. Iam ipsum initium est diversum: diversus est enim animus, quo homo se gerit, cum dolore vexatur. Hoc tamen antea animadverti potest : paene semper unumquemque ad dolorem accedere *ex ipsa sua humana natura* reclamando pariterque *quaerendo: « cur? »*. Quisque quaerit significationem doloris et requirit responsum huic interrogationi pro humana sua condicione. Certe crebro etiam Deum de hoc interrogat et Christum. Praeterea homo plane intellegit et ipsum, quem interrogat, pati eumque igitur velle *responsum sibi dare* ex Cruce, ex illo veluti *centro suae passionis.* Tamen, interdum, temporis spatio opus est, etiam diuturno, ut hoc responsum intus percipi possit. Christus enim non directe neque modo abstracto respondet huic interrogationi hominis de significatione doloris. Homo vero audit responsum salvificum, quatenus paulatim ipse fit particeps Christi passionum.

Responsum, quod per huiusmodi participationem datur in interiore necessitudine cum Magistro, est simul *quiddam maius quam sola responsio abstracta rogationi* de significatione doloris. Christi enim responsio est imprimis invitatio. Vocatio qui-

dem est. Christus enim explicat causas doloris non modo abstracto a rebus, sed ante omnia dicit: «Sequere me»! Veni! Dolore tuo esto particeps huius operis pro mundi salute, quod per meam passionem perficitur! Per meam Crucem. Dum homo *tollit crucem suam,* spiritaliter se coniungens Christi Cruci, patefit ei significatio salvifica doloris. Homo non invenit hunc sensum, quatenus est homo, sed intra passionem Christi. Tamen simul illa significatio salvifica doloris e condicione Christi *descendit in humanam condicionem* et fit quodammodo personalis eius responsio. Tunc homo invenit in dolore suo interiorem pacem et etiam spiritalem laetitiam.

27. De huiusmodi laetitia loquitur Apostolus in Epistula ad Colossenses: « Nunc gaudeo in passionibus pro vobis w.[88] *Victoria de sensu inutilitatis doloris* fit fons laetitiae, qui sensus interdum penitus insidet in humano dolore. Hic enim non solum intus hominem consumit, sed etiam videtur efficere ut homo aliis sit oneri. Homo sentit se cogi ad accipiendum auxilium et curam ab aliis et simul videtur sibi ipsi esse inutilis. Sic defectus sensus salvificus doloris una cum Christo suscepti efficit ut huiusmodi tristissimus *sensus mutetur.* Eides in participationem passionum Christi secum fert interiorem certitudinem, iuxta quam homo patiens « adimplet ea, quae desunt passionum Christi »; id quod e ratione spiritali operis redemptionis *conducit,,* ut Christus fieri voluit, *saluti eius fratrum et sororum.* Non solum igitur prodest aliis, sed etiam ac quidem magis exsequitur munus, pro quo nihil potest substitui. In corpore Christi, quod continenter crescit ex Cruce Redemptoris, ipse dolor, pervasus virtute sacrificii Christi, *est pernecessarius mediator et auctor bonorum* suapte natura necessario pertinentium ad mundi salutem. Ipse potius quam quidlibet aliud pandit viam Gratiae, quae hominum animos commutat Ipse potissimum efficit ut in humana historia virtutes redemp-

[88] *Col* 1, 24.

tionis vigeant et operentur. In illa conflictatione « cosmica » inter spiritales vires boni et mali, de qua agitur in Epistula ad Ephesios,[89] hominum dolores, coniuncti cum passione réd-emptrice Christi, *particulari sunt adiumento viribus boni,* dum valde proficiunt victoriae harum virium salvificarum.

Ecclesia igitur habet omnes fratres et sorores Christi, qui dolore cruciantur, veluti *subiectum multiplex divinae suae virtutis.* Persaepe Ecclesiae pastores ad illos recurrunt et ab illis petunt auxilium et columen! Evangelium doloris continenter scribitur continenterque loquitur verbis, quibus res tam mira communique opinioni contraria exprimitur : divinae fontes virtutis prosilire ex ipsa prorsus humana infirmitate. Qui Christi passionum sunt participes, servant in suis doloribus peculiarem omnino *particulam infiniti thesauri* redemptionis mundi, et communicare possunt cum aliis hunc thesaurum. Quo magis homini peccatum minatur, quo graviores fiunt peccati compagines, quas in se gerit mundus hodiernus, eo maius est momentum humanorum dolorum., Eo magis Ecclesia compellitur ut bonis humani doloris utatur pro mundi salute.

VII

28. In eandem rationem Evangelii doloris cadit etiam — et quidem congruenti modo — parabola boni Samaritani. Per hanc enim Christus responsum dedit interroganti : « Quis est meus proximus? *n.*[90] Etenim, ex tribus, qui descendebant ab Ierusalem in Iericho per viam, in qua iacebat semimortuus homo a latronibus expoliatus ac vulneratus, ipse Samaritanus se praebuit *reapse proximum* misero illi: vox proximi declarat simul illum qui mandatum caritatis erga proximum implevit. Duo alii homines eandem decurrebant viam : prior erat sacerdos, alter levita, at uterque « vidit eum et pertransiit ».

[89] Cfr. *Eph* 6, 12.
[90] *Lc* 10, 29.

Samaritanus autem, « videns eum misericordia motus est, et appropians alligavit vulnera eius », dein eum « duxit in stabulum et curam eius egit ».[91] Atque profecturus, prompte stabulario commisit ut viri doloribus obnoxii curam ageret, impensas necessarias se spondens soluturum.

Boni Samaritani parabola ad Evangelium doloris pertinet. Ostendit enim rationem, qua unusquisque nostrum prosequi debet proximum dolentem. Nobis non licet « pertransire », neglegenter, sed « consistendum » est apud eum. Bonus Samaritanus ***ille est omnis homo, qui consistit ad alterius hominis dolores,*** **qualescumque hi sunt. Consistendi actio illa non est habenda importuna curiositas, sed animus ad opitulandum paratus. Est veluti patefactio habitus in intimo corde insidentis, qui etiam animi commoti significationem secum fert. Bonus Samaritanus est** ***quicumque homo aliorum doloribus perculsus,*** **est homo « misericordia motus » proximi calamitatibus. Si Christus, qui probe novit intima hominis, eiusmodi animi motum ostentat, profecto hic ipse momentum habet ad totum nos gerendi modum respectu dolorum, quos alii patiuntur. Colenda est ergo eiusmodi sentiendi vis in corde utpote quae erga dolentem indicet miserationis affectum. Qui quidem exstat interdum una vel praecipua caritatis nostrae nostraeque cum homine male affecto coniunctionis significatio.**

Tamen, Samaritanus ille in parabola a Christo enarrata non commoratur in sola animi commotione atque commiseratione: hae illi fiunt concitamentum ad ea patranda, quae homini sauciato sunt auxilio. Ad summam, bonus Samaritanus ***ille est, qui auxiliatur dolorem toleranti,*** **quaecumque est eius natura, auxilium ferens, quoad fieri potest, efficax. In eo animi studium collocat, sed minime subsidia materialia omittit. Affirmari licet eum semet ipsum donare, proprium**

[91] *Lc* 10, 33-34.

« ego », idque alii aperire. Agimus hic de praecipuo anthropologiae christianae capite. Non potest homo « plene seipsum invenire... nisi per sincerum sui ipsius donum ».[92] Bonus Samaritanus ille est qui *hanc ipsam sui donationem* efficere valet.

29. Parabolam evangelicam considerantes, licet inferre dolorem, qui inter homines multiformiter adsit, propterea etiam inter eos esse ut *in homine caritatem excitet,* donum scilicet ipsum sui, proprio commodo neglecto, pro aliis hominibus dolore affectis. Humanae aegritudinis ambitus continenter quodammodo alium postulat, qui in caritate humana consistit; quodammodo dolor causa est ut homo, suae utilitatis immemor, hoc amore in animo suo et operibus excitetur. Non licet homini ((proximo » neglegenter p er transire aliorum dolores videns, propter hominum necessitudinem fundamentalem, eo minus ei licet propter amorem erga proximum. Debet ille <(consistere », « animo com moveri », ita se gerere sicut Samaritanus in parabola evangelica. Parabola ex se ipsa aperit *veritatem penitus christianam* eandemque quam maxime universe humanam. Non sine causa quidquid fit pro hominibus dolore affectis vel auxilii egentibus, etiam in communi modo loquendi vocatur « boni Samaritani » opus.

Eiusmodi actio, saeculis volventibus, induit rationes institutionales apte dispositas atque veluti regionem operis in cuiusque *professione* efficit; ut est « boni Samaritani » professio medici vel aegrorum ministrae aliudve eiusmodi! Ratione habita naturae evangelicae in eo insidentis, cogitamus potius de vocatione quam de munere. Instituta autem, quae per saeculorum decursum « boni Samaritani » ministerium imple ver unt, hac nostra aetate etiam magis creverunt atque speciales agendi rationes susceperunt. Quod profecto comprobat sine ulla dubitatione aetatis nostrae homines diligentius in dies et perspicacius attingere proximi dolores, eos studere mentibus com-

[92] Const. Past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et Spes,* 24.

prehendere et praecavere usque accuratius. Qua in provincia etiam maior in dies fit eorum facultas atque specialis artis cognitio et exercitatio. Quae omnia considerantes, recte dicimus evangelicam boni Samaritani parabolam factam esse *unam e praecipuis partibus culturae moralis atque vitae universe humanae cultus.* Prae oculis habentes homines cunctos, qui scientia sua atque peritia multimode proximo dolore laborant auxiliantur, facere non possumus quin in eos laudis verba proferamus animumque nostrum gratum iis testemur.

Quas voces ad omnes etiam volumus pertinere, qui, sui commodi immemores, officiis proximum dolore afflictum prosequuntur, *semet ipsos sponte impendentes in auxilium* uti *« bonus Samaritanus »*, atque tempus omne omnesque vires, quae praeter opus professionis iis suppetunt, hac in re insumunt. Voluntaria ista « boni Samaritani » navitas seu caritatis officium possunt quidem vocari socialia, appellari possunt etiam nomine *apostolatus,* quotiescumque suscipiuntur ob causas prorsus evangélicas, praesertim cum hoc fit respectu habito Ecclesiae vel cuiusvis Communitatis Christianae. Voluntaria opera « boni Samaritani » per congruentes *ambitus* vel per *instituta* ad hunc finem condita exercetur. Magni momenti est navitas, quae hoc modo fit, praesertim cum agitur de amplioribus muneribus suscipiendis, expetentibus sociatam operam et instrumentorum technicorum usum. Nec minoris pretii est etiam actio unius cuiusvis, maxime cum fit a personis, quae procliviores sunt ad varia humanae aegritudinis genera, quibus auxilium ferre possunt tantum singuli et quidem personaliter. Adiutorium dein *familiare* significat sive caritatis officia erga proximum exhibita eiusdem familiae membris sive familiarum mutuum adiutorium.

Difficile est enumerare hic omnes formas variosque ambitus actionis « boni Samaritani » propriae, quae in Ecclesia et in humana sunt societate. Agnoscendum est profecto ea plurima esse, atque insimul gaudium significandum quod per ea

primarii valores morales, veluti valor necessitudinis coniunctionisque inter homines, amoris christiani erga proximum, efficiunt imaginem vitae socialis et rationum, inter homines intercedentium, dum hac in re variis formis odii, violentiae, crudelitatis, contemptus hominis, vel solum « neglegentiae proximi », id est animi indifferentis circa eum eiusque dolores, repugnatur.

Permagna est hoc loco *vis agendi rationum in educatione adhibendarum.* Familia, schola, cetera instituta ad animos formandos pertinentia, etiam ob causas tantum humanas, perseveranter debent anniti ut illam animi lenitatem erga proximum eiusque dolorem excitent et foveant, cuius Samaritanus ille evangelicus factus est imago. Idem hoc, ut par est, atque etiam penitius usque — quoad fieri potest — Ecclesiae est peragendum, altius pervestigando causas, quas Christus parabola illa totoque Evangelio est complexus. Parabolae boni Samaritani evidens pondus, sicut et totius Evangelii, hoc est: homo oportet sentiat *se vocari ut, quasi primas partes agens,* in dolore caritatis testimonium perhibeat. Instituta sunt quidem magni momenti atque pernecessaria; attamen nullum institutum ut tale substitui potest pro corde humano, pro animo humano, cum occurrendum est alterius dolori. Hoc spectat quidem ad corporis dolores, sed etiam plus est ei tribuendum, cum agitur de doloribus moralibus et maxime cum animus dolore afficitur.

30. Parabola boni Samaritani, quae, ut dictum est, pertinet ad Evangelium doloris, una cum eo, historiam Ecclesiae atque Christianismi et historiam hominis hominumque generis pervadit. Testatur revelationem, a Christo factam, significationis salvificae doloris *nullo modo idem esse ac socordiam.* Prorsus contrarium est dicendum. Evangelium adversatur socordiae respectu doloris. Christus ipse hac in re est potissimum agens. Hoc sane modo ille consilium messianicum missionis suae ex-

sequitur, iuxta prophetae verba: « Spiritus Domini super me; propter quod unxit me evangelizare pauperibus, misit me praedicare captivis remissionem et caecis visum, dimittere contractos in remissione, praedicare annum Domini acceptum ».[93] Christus *hoc consilium messianicum* missionis suae quam diligentissime perficit: pertransit « benefaciendo »,[94] eiusque operum benefica munera maxime eminent humano relevando dolore. Boni Samaritani parabola plane congruit cum agendi ratione Christi ipsius.

Haec parabola demum, ob primarii argumenti sui naturam, in extremi iudicii verbis animum perturbantibus continetur, quae Matthaeus in suo Evangelio rettulit: « Venite, benedicti Patris mei; possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram et collegistis me; nudus, et opéraistis me; infirmus, et visitastis me; in carcere eram, et venistis ad me ».[95] Iustis petentibus quandonam erga eum haec omnia patraverint, Filius Hominis respondebit: « Amen dico vobis: *quamdiu fecistis uni de his fratribus meis* minimis, *mihi fecistis* ».[96] Sententia opposita erit iis qui aliter se gesserunt: « Quamdiu non fecistis uni de minimis his, nec mihi fecistis ».[97]

Potest profecto longior fieri index dolorum, qui humanam sentiendi vim excitaverunt, commiserationem, opitulationem aut his caruerunt. Prima et secunda pars declarationis Christi circa iudicium extremum, relictis ambiguitatibus, palam testantur quanti momenti sit, si spectatur ad uniuscuiusque hominis vitam aeternam, illud « consistere », sicut Samaritanus fecit, ad proximi dolorem, hunc « commiserari » et de-

[93] *Lc* 4, 18-19; cfr. *Is* 61, 1-2.
[94] *Act* 10, 38
[95] *Mt* 25, 34-36.
[96] iii 25, 40.
[97] *Mt* 25, 45.

mum ei auxiliari. In Christi consilio messianico, quod simul exstat *Regni Dei consilium,* aegritudo adest in mundo ut excitet caritatem, ut pariat opera caritatis in proximum, ut humanitatis cultum in « caritatis humanitatem » convertat. Hac in caritate doloris significatio salvifica perficitur plene atque amplitudinem ultimam attingit. Christi verba in extremo iudicio haec omnia explanant prorsus simplicitate ac perspicuitate Evangelii.

Verba haec de caritate, de caritatis actibus cum humano dolore coniunctis, etiam atque etiam nobis revelant *ipsam* Christi *passionem redemptricem,* prout omnibus *humanis doloribus* subsit. Christus dicit: «Mihi fecistis». Ipse est, qui in unoquoque caritatem experitur; ipse qui auxilium accipit, cum hoc cuique laboranti fertur, nullo facto discrimine. Ipse adest in eo qui dolet, quia dolor eius salvificus semel in perpetuum dilatatus est ad quemlibet dolorem humanum. Omnes vero, qui patiuntur, semel in perpetuum impelluntur ut communicent « Christi passionibus ».[98] Eodem modo omnes adiguntur ut « adimpleant » suis doloribus « ea, quae desunt passionum Christi »." Christus simul docuit homines *bene facere ope doloris* atque *benefacere ei qui dolet.* Hac duplici ratione nobis penitus aperuit significationem doloris.

VIII

31. Haec profecto est doloris significatio, re vera supernaturalis simulque humana. Est *supernaturalis,* quia insidet in mysterio divino redemptionis mundi; simul autem plene *humana,* quia homo in eo se ipsum invenit, suam humanitatem, suam dignitatem, suam missionem.

Dolor absque dubio pertinet ad mysterium hominis. Fieri potest ut dolor non obvolvatur hoc mysterio, quod est singu-

* *1 Pe* 4,13.

» *Col* 1, 24.

lariter impenetrabile, sicut homo ipse. Concilium Vaticanum II hanc veritatem enuntiavit: « Reapse nonnisi in mysterio Verbi incarnati mysterium hominis vere clarescit. ... enim ... *Christus,* novissimus Adam, in ipsa revelatione mysterii Patris Eiusque amoris, *hominem ipsi homini plene manifestat* eique altissimam eius vocationem patefacit ».[100] Si verba haec referuntur ad ea omnia, quae ad mysterium hominis pertinent, tunc certe ea peculiari modo ad *humanum dolorem* referuntur. Hac ipsa in re *omnino necessarium est* ut « homo homini manifestetur eique altissima eius vocatio patefiat ». Evenit etiam — sicut experientia comprobat — ut haec evadant *insigniter difficilia.* Cum vero eadem plene perficiuntur atque humanae vitae lumen redduntur, tunc singularem afferunt *beatitatem.* « Per Christum et in Christo ... illuminatur aenigma doloris et mortis ».[101]

Finem facimus harum considerationum doloris eo ipso anno, quo Ecclesia Iubilaeum extraordinarium recolit ad anniversariam memoriam peractae redemptionis pertinens.

Mysterium redemptionis humanae mirum quidem in modum *insidet in dolore,* atque hic vicissim ad illud altissima ratione refertur.

Optamus sane hunc Redemptionis Annum arctissime coniuncti cum iis omnibus, qui dolore afficiuntur, peragere. Oportet ergo sub Calvariae Crucem cogitatione ac mente conveniant omnes dolentes, qui in Christum credunt, praesertim qui fidei causa in Eum cruci affixum et Resuscitatum vexantur, ut eorum dolorum oblatio approperet impletionem rogationis ipsius Salvatoris ut omnes in unitate constituantur.[102] Eodem etiam conveniant homines bonae voluntatis, quia in Cruce est « Redemptor hominis », Vir dolorum, qui in se excepit corporis et animi dolores hominum per cuncta tempora ut *in*

[100] Const. Past. de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et Spes,* n. 22.
[101] *IUd.*
[102] Cfr. *Io* 17, 11. 21-22.

amore **significationem salvificam dolorum suorum deprehendere valerent necnon responsiones certas omnibus interrogationibus, quas ponunt.**

Una cum Maria, **Christi Matre, quae stabat** ***iuxta Crucem™*** **consistimus, omnes veluti cruces hominum, qui nunc sunt, intuentes.**

Sanctos **universos, qui per saeculorum decursum peculiari modo dolorum Christi fuerunt participes, invocamus. Ab iis petimus ut nos sustineant.**

Vos omnes, qui ***doloribus excruciamini,*** **rogamus ut nos sustineatis. Vos ipsos precamur, qui estis infirmi, ut** ***efficiamini*** **quasi quidam** ***virtutis fons*** **pro Ecclesia et hominum genere. In asperrimo luctamine inter bonum et malum, cuius aetas haec nostra est veluti theatrum, dolor vester, iunctus cum Christi Cruce, vincat.**

Vobis omnibus, Fratres ac dilecti Filii, Apostolicam nostram Benedictionem impertimus.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, die xi mensis Februarii, in memoria Beatae Mariae Virginis de Lourdes, anno MCMLXXXIV, Pontificatus nostri sexto.

IOANNES PAULUS PP. II

[103] **Cfr.** ***Io*** **19, 25.**

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

COROICEN.

In Bolivia ad dioecesis gradum praelatura attollitur nomine Coroicensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum constet in Bolivia praelaturam Coroicensem recentioribus his annis haud parum in ratione ordinatae stabilis firmae communitatis ecclesialis ineunda profecisse, satis Nobis causae esse videtur, cur digna habeatur quae maiore aliquo honore aut dignitate exornetur. Quare Conferentia Episcopalis Boliviana, id persuasum sibi habens, nuper non dubitavit ab Apostolica Sede petere ut memorata praelatura ad diócesis gradum eveheretur. Compertum est autem eiusmodi optato plane assentiri venerabilem Fratrem Alfium Eapisarda, Archiepiscopum titulo Cannensem et in Bolivia Nuntium Apostolicum. Nos igitur, suppleto consensu quorum interest eorumque qui id sua interesse censentur, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis pro Episcopis negotiis praepositorum deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae, qua de universa Ecclesia solliciti sumus ubique terrarum patenti, praelaturam Coroicensem, quam diximus, ad gradum honoremque evehimus dioecesis proprium, non mutato nomine iisdemque servatis finibus, quibus hucusque praelatura definiebatur, eaque simul quae sequuntur decernimus et iubemus. In urbe sede olim praelaticia, nunc novae dioecesis sit episcopalis sedes. Templum autem olim praelaticium ibi exstans evehimus ad gradum cathedralis templi, in ipsoque congruis privilegiis aucto constituimus Episcopi cathedram. Dioecesis vero Coroicensis suffraganea erit metropolitanae Ecclesiae Pacensi in Bolivia, cuius proinde Archiepiscopi iurisdictioni metropoliticae Coroicensem pro tempore Episcopum subicimus, salvis utcumque iuribus eius et honoribus necnon officiis et oneribus Episcopi et pastoris dioecesani propriis. Praeterea ibi, donec suo tempore Capitulum Cathedrale condatur ad mentem aliarum Litterarum Apostolicarum posthac edendarum, pro Canonicorum coetu Consultores dioe-

cesani interea sint ad statutas normas electi. Etiam statuimus ut dioecesis nunc conditae mensa episcopalis Curiae emolumentis fideliumque stipibus necnon ceteris bonis constet, quae hactenus fuerunt praelaticiae mensae propria. In iis, quae ad Seminarii aedificationem spectant atque moderationem, iuris communis statuta serventur, haud praetermissis normis Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » neque regulis a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica foras datis; suoque tempore, quoties nempe dehinc opportunum videbitur, selecti sacrorum alumni philosophicis et theologicis disciplinis instruendi aut sacerdotes sua studia completuri ad Pontificium Collegium Latinum Americanum mittantur in Urbe situm. Iubemus denique ac volumus ut, constitutione novae dioecesis Coroicensis ad effectum deducta, clerus qui adhuc praelaturae serviit nunc novae sub eodem nomine dioecesi addictus maneat eique adscriptus. Per alias profecto Litteras Apostolicas venerabilis Prater Thomas Robertus Manning, hactenus Episcopus Praelatus Coroicensis, primus ibi pastor dioecesanus constituetur. Quae hic statuimus exsequenda curet venerabilis Frater Alfius Rapisarda, quem diximus, a Nobis deputatus debitisque facultatibus instructus et cum libertate, ad hanc rem quod attinet, designandi alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, addito tamen onere curandi ut certa veraque de peractis documentorum exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis transmittantur. Has Apostolicas Litteras volumus ratas esse nunc et in posterum, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodetricesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Liborius Scaccia, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 120359.

II

COLORATENSIUM FONTIUM

Detractis nonnullis territoriis ab archidioecesi Denveriensi et a dioecesi Pueblensi, nova dioecesis Coloratensium Fontium constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Accidit quandoque ut fidelium catholicorum utilitas dioecesium finium mutationem novamque dispositionem requirat; tuncque Nostrum est omni prudentia et diligentia eiusmodi necessitati prospicere; namque, uti studiosus pater familias domus suae inservit prosperitati, ita et Nos de universa Ecclesia curam agentes, nihil aliud nisi filiorum eius bonum optamus et consectamur. Ob eam causam, cum Venerabiles Fratres Iacobus Casey, Archiepiscopus Denveriensis, et Arturus Tafoya, Episcopus Pueblensis, Conferentia Episcopali Foederatarum Civitatum Americae Septemtrionalis eis de hac re assentiente, ab Apostolica Sede postulavissent ut a suis circumscriptionibus certis distractis partibus finibusque mutatis nova constitueretur dioecesis, Nos, re attente considerata, auditis Venerabili Fratre Pio Laghi, Archiepiscopo titulari Maurianensi, in illa natione Apostolico Delegato, et Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, qui Sacrae Congregationis pro Episcopis negotia gerunt, concedendum esse postulationi censuimus. Quocirca suprema Nostra Apostolica potestate, consensu suppleto eorum, quorum interest, vel qui sua interesse putant, quae sequuntur decernimus. Ab archidioecesi Denveriensi territorium separamus Comitatuum vulgo Cheyenne, Douglas, Elbert, EI Paso, Kit Carson, Lake, Lincoln, Park atque Teller et a dioecesi Pueblensi territorium Comitatus vulgo Chaffee dicti, atque his distractis territoriis novam condimus dioecesim, Coloratensium Fontium denominandam, quae iisdem limitabitur finibus, quibus Comitatus, quos nuper memoravimus, et sedem habebit in urbe Colorado Springs vocata, quam igitur ad dignitatem urbis episcopalis tollimus. Ibidem Episcopi Cathedram ponimus, in ecclesia Sanctae Mariae dicata, quam ideo ad cathedralis Ecclesiae Coloratensium Fontium gradum evehimus, eidem insignia et privilegia tribuentes, quae sunt ceterarum cathedralium Ecclesiarum. Dioecesim Coloratensium Fontium suffraganeam facimus archi-

dioecesis Denveriensis eiusque pro tempore Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Denveriensis subicimus, iisdem iuribus, privilegiis, honoribus insignitum, atque oneribus et obligationibus adstrictum, quae sunt locorum Antistitum propria. Novae dioecesis mensam efficient Curiae emolumenta, fidelium stipes et portio ei obveniens ex divisione, ad normam Canonis 1500 CIC facienda, bonorum quae ad hoc tempus fuerunt Mensae archiepiscopalis Denveriensis et Mensae episcopalis Pueblensis. Constituendo Capitulo canonicorum, quod fiet iuxta alias Litteras in posterum dandas, substituantur interea Consultores dioecesani ad normam iuris deligendi. Quod attinet ad formationem eorum qui sacerdotium petunt, serventur normae iuris communis atque Decretum « Optatam Totius » Concilii Oecumenici Vaticani II et praescripta a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica. Litteris his ad effectum deductis sacerdotes ei Ecclesiae habeantur adscripti, in cuius finibus officium habent aut beneficium; ceteri sacerdotes, clerici et seminarii alumni in ea Ecclesia incardinati maneant vel incardinentur, ubi habent domicilium. Simul ac nova dioecesis erit constituta, omnia documenta, quae ad eam pertinent et ad eius clerum, fideles et bona temporalia, ad eandem mittantur quam primum, ut in tabulario serventur. Ceterum quae mandavimus Venerabilis Frater Pius Laghi efficienda curabit, vel quem ipse legaverit modo in ecclesiastica dignitate constitutum, factis nempe necessariis facultatibus. Re denique acta documentorum sincerum exemplar ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittatur, rite subscriptum atque sigillo impressum. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Laurus Governatori, *Proton. Apost.*

Loco ES Plumbi
In Secret. Status tab., n. 122S66.

III
KAHAMAËNSIS

In Tanzania constituitur nova dioecesis nomine Kahamaënsis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam « opus plantationis Ecclesiae in determinato hominum coetu certam attingit metam, cum congregatio fidelium, in sociali vita iam radicata culturaeque loci aliquatenus conformata, quadam stabilitate et firmitate fruitur» *(AG,* 19), iure petitum est ab Apostolica hac Sede ut, certa plaga ab archidioecesi Taboraënsi detracta, nova ibi dioecesis constitueretur. Nos igitur, confisi fore ut eiusmodi res haud paulum conferat ad opus evangelizationis in illa regione expediendum, de sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum **S.** R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide negotiis praepositorum, quam confirmamus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae haec statuimus quae sequuntur atque iubemus. Communibus votis obsecundantes rationemque habentes suppleti consensus quorum interest, per has Litteras ab archidioecesi Taboraënsi plagam vulgo ((Kahama » nuncupatam seiungimus ex eademque condimus novam dioecesim *Kahamaënsem* appellandam atque Metropolitanae Ecclesiae Taboraënsi suftraganeam necnon iurisdictioni Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide obnoxiam, cuius episcopalem sedem in ipsa urbe « Kahama)) sitam esse volumus, cuius ipsius templum ad dignitatem cathedralis templi evehimus, ita ut iuribus ac privilegiis dehinc fruatur ceterorum eiusdem ordinis templorum propriis. Per alteras autem Litteras Nostras ecclesiasticus eligetur vir, qui primus quidem erit Episcopus Ecclesiae Kahamaënsis nunc conditae. Quibus hic statutis, volumus has Apostolicas Litteras et nunc et in posterum tempus ratas esse, contrariis quibuslibet rebus haud obstantibus.

Datum Romae, apud **S.** Petrum, die undecimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Laurus Governatori, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 122879.

IV

NKAYENSIS

Nonnullis territoriis detractis a dioecesi de Pointe Noire, nova constituitur dioecesis nomine Nkayiensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem Christi Ecclesia catholica, Spiritus Sancti gratia, Episcoporum Missionariorumque labore usquequaque fines profert, ut Christus, Dei Filius adorandus, praedixerat ac parabolis adumbraverat (cf. *Mat* 13, 1 sqq.), oportet sane interdum singularum Ecclesiarum limites nostris his aptare temporibus, interdum vero omnino novas condere dioeceses, in christianorum commodum et utilitatem : quo enim plures fuerint per orbem terrarum constitutae Sedes, eo plures erunt et ipsi pastores, qui labore, consilio singulis credentium coetibus praesto sint. Qua re, cum Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizationi praepositi, bene fieri censuerint, si in Congo nova Sedes episcopalis conderetur; Nos re bene reputata ac sententiam rogatis iis omnibus quorum interesset, haec de re statuimus atque iubemus. A dioecesi de Pointe Noire partem orientalem detrahimus, qua civiles regiones comprehenditur vulgo Niari, Lekoumou, Bouenza, eamque in novae dioecesis formam redigimus, quae ab urbe principe regionis, *Nkayiensis* cognominabitur, atque archidioecesi Brazzapolitanae suffraganea erit. Episcopi cathedra in templo urbis Nkayi maiore collocabitur, quod cathedrale nempe erit cum iuribus Omnibus cathedralium templum. Item statuimus ut Presbyterorum Consilium et Consultores dioecesani deligantur ad Iuris Canonici normas, quibus Episcopus Nkayiensis utatur. Ceterum quae mandavimus Venerabilis Frater Ioannes Bulaitis, Archiepiscopus titulo Naronensis atque in Congo Pronuntius apostolicus, ad exitum deducet, factis necessariis potestatibus, quas poterit et alii delegare, modo viro in ecclesiastica dignitate constituto. Re vero acta documenta exa-

rari faciet atque ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide cito mittet. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 12J&27.

V

DIPHUENSIS

In India nova conditur dioecesis nomine Diphuënsis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut per aptam Christiani Nominis propagationem « populi Dei saluti quam perfectissime fieri potest ministretur» *(CD,* 22), Apostolica Sedes, maxima quidem Missionum fautrix, non solum Evangelii praeconium suadet in universum, sed etiam consilia atque incepta sapienter fovere consuevit, quibus reapse evangelizationis opus ubivis adiuvetur. Hac de causa Apostolicae huic Sedi propositum est ut, quadam regione ab archidioecesi Shillongensi-Gauhatina aliaque a dioecesi Silcharina detracta, nova ibi Ecclesia conderetur. Ipsi igitur, pro certo habentes id in illis locis exoptatae evangelizationi magno auxilio esse posse, probato consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide negotiis praepositorum, vi et auctoritate Nostra Apostolica haec, quae sequuntur, statuimus atque iubemus. Cum constet eiusmodi optatum omnium illic esse commune, Nos, consensum supplentes quorum interest, ab archidioecesi, quam diximus, Shillongensi-Gauhatina civilem regionem vulgo ((Karbi Anglong » nuncupatam distrahimus atque a memorata dioecesi Silcharina regionem vulgo ((North Cachar Hills », iisque novam dioecesim nomine

Diphuënsem condimus eamque archidioecesi Shillongensi-Gauhatinae suffraganeam subicimus. Simul statuimus ut Diphuënsis Episcopi cathedra in templo principi collocetur, quod in ipsa urbe vulgo ((Diphu » exstat, quod proinde ad dignitatem cathedralis templi evehimus. Ad statutum autem ius ipsa in Ecclesia hodie condita constituatur tum Consilium Presbyterale tum Collegium Consultorum ibidem rite electorum. Omnia, quae hic statuimus, exequatur venerabilis Frater Augustinus Cacciavillan, Archiepiscopus titulo Amiterninus atque in India Pro-Nuntius Apostolicus, aut vir in ecclesiastica dignitate constitutus ad id ab eo delegatus, necessariis factis facultatibus. Re vero acta, certa et vera singulorum documentorum exempla cito ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide transmittantur. Has denique Apostolicas Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi
In Secret. Status tab., n. 12M86.

VI
AUKINA

In Insulis Salomoniis nova conditur dioecesis Aukina cognominanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui quattuor modo abhinc annos ecclesialem communitatem Honiaranam in Salomoniis Insulis laetissimi Nos ad gradum proveximus Metropolitanae Archidioecesis ob singulares ibidem repertos christiani nominis Ecclesiaeque Catholicae progressus, hodie nihilo minus iuvat publico quodam testimonio illustrare augescentem usque florem fidei ac robur institutionum ecclesiasticarum inter eundem dilectum clerum

et populum illius dicionis. Etenim Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, qui negotiis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione praesident, censuerunt plane convenire rerum illic condicioni ac prodesse pastorali curae hominum inibi degentium novam omnino condi dioecesim ex locis segregatis ab Archidioecesi Honiarana. Quandoquidem iustas eorum rationes comprobavimus ac praevidemus certissima inde fluxura spiritalia commoda in totam Ecclesiam Insularum Salomoniarum, de plenitudine potestatis Nostrae apostolicae haec constituimus fierique iubemus quae sequuntur. Communibus votis obsequentes rationemque habentes consensus omnium quorum interest, per has litteras ab Archidioecesi Honiarana plagam vulgo nuncupatam « Malaita District » seiungimus ex eaque efficimus novam dioecesim in Insula Malaita appellandam deinceps *AuMnam,* quam simul suffraganeam esse volumus dictae archidioecesi Honiaranae necnon iurisdictioni Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione prorsus obnoxiam. Conditae autem sic dioecesis sedem episcopalem statuimus in urbe Auki, cathedram vero collocamus in templo Deo ad honorem Sancti Augustini Hipponensis Episcopi dicato, quod ideo ad dignitatem cathedralis aedis attollimus, concessis iuribus cunctis ac privilegiis quae hoc genus templis congruunt. Per alteras autem litteras Nostras ecclesiasticus eligetur vir qui primus quidem erit Episcopus Ecclesiae Aukinae hodie excitatae. Quae vero hunc ad modum decrevimus, pariter decernimus ut Venerabilis Frater Franciscus de Nittis, Archiepiscopus titulo Tunetensis et Apostolicus in Insulis Salomoniis Delegatus, vel quem ipse delegaverit, plenum ad effectum perducat, omniaque acta ad rem pertinentia ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizationem curet perquam diligenter transmittenda. Quibus praeceptis iubemus has Apostolicas Litteras tam nunc quam in posterum tempus ratas esse, contrariis quibuslibet rebus haudquaquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo secundo, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco SB Plumbi
In Secret. Status tab., n. 122111.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Maria, « Dei Mater », dioecesis Phanthietensis, in Vietnamia, Patrona confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Fuisse Mariam, Christifidelium Reginam, Dei altissimi Matrem, tum Scripturae sanctae docent, quae natum ex illam Christum, Dei Filium adorandum tradunt; tum sacra Concilia confirmant, maxime Ephesinum; tum etiam perpetuus Ecclesiae sensus probat, nulla umquam dubitatione labefactatus. Ceterum, hanc fidem Christi sequaces profitentur etiam in Symbolo Apostolorum, quae est vera et intemerata christianorum regula fidei. Qua re, cum clerus populusque dioecesis Phanthietensis, in Vietnamia, qua sunt egregia erga caelestem Virginem pietate ac religione, ad tam excelsam eius laudem respicientes, Mariam Christi Matrem, unam sibi Patronam elegerint, idque Venerabilis Frater Nicolaus Huynh Van Nghi, Episcopus Phanthietensis, rite probaverit; cumque sacer hic Praesul tum electionem tum a se factam probationem confirmari a Nobis petierit, ad normam « Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30; Nos, re bene considerata, admotae postulationi concedendum esse arbitramur. Iis ergo probatis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino de re statuit, factis olim a Nobis potestatibus; explorato, praeterea, omnia ad Iuris normam fuisse peracta, placet Mariam semper Virginem, « Matris Dei » titulo veneratam, Patronam apud Deum dioecesis Phanthietensis declarari et haberi, cum iuribus et privilegiis Liturgicis iuxta rubricas consequentibus. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum, quod egimus felix, faustum, fortunatumque sit tum Venerabili Sedis Phanthietensis Pastori, tum eius gregi.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIV mensis Novembris, anno MDCCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 122112.

II

Cathedrale templum Crotonense ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Crotona urbem, in quam antiquissimam Graeci coloniam deduxerint, in quaque sapientissimi homines sedem suae doctrinae collocaverint, magna, ut iis temporibus, gloria inclaruisse apud finítimos populos, iam id omnibus, qui vel primoribus labris historiam attigerint satis constat; esse praeterea illam christianae aetatis monumentis insignem, sanctissimaeque religionis nostrae patrimonium veteri sapientiae suffecisse, itque haud mediocriter, et hoc profecto late notum est. Ceterum cathedrale templum eius urbis, arte sane pulcherrimum, est etiam religione erga beatissimam Virginem Mariam venerabile, utpote in quam, sub titulo vulgo ((Capocolonna » honoratam, non modo urbis, sed et dioecesis, et continentis regionis Christifideles filiorum more et affectu ferantur. Quam pietatem volens Venerabilis Frater Iosephus Agostino, Archiepiscopus Sanctae Severinae et Episcopus Crotonensis, in pectoribus copiosius alere, aperuit huic Apostolicae Sedi se beneficii loco habiturum fuisse, si idem templum in ordinem Basilicarum Minorum redigeretur: fore enim talem honorem, si concedatur, idoneam aptamque occasionem ad fidem christianorum augendam, ad stimulosque virtutis animis admovendos. Quae cum ita sint, iis probatis quae S. Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino hac de re censuit, factis olim a Nobis potestatibus, placet cathedrale templum Crotonensis dioecesis Basilicis Minoribus accenseri, cum debitis iuribus ac privilegiis talium templorum propriis, modo ea servata sint, quae Decretum « De titulo Basilicae Minoris» iubet, die vi mensis Iunii anno MDCCCCLXVIII vulgatum. Contrariis minime obstantibus. Id autem simul a beata Virgine ac caelorum Regina petimus, ut velit quam aequissime cum Pastorem tum etiam gregem Crotonensem tueri.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVIII mensis Novembris, anno MDCCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ©Sigilli

In** Secret. Status tab.,* ***n. 122095.

III

Delegationis Apostolicae in Malaysia nomen mutatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ipsum quo fungimur munus Christi Ecclesiam regendi postulat ut quae sint animarum bono utiliora, quantum fieri possit, efiiciamus : quod quidem contingit tum etiam, cum Nobis Legationes Apostolicae disponendae sunt et ordinandae. Quoniam igitur a Delegatione Apostolica, quae olim in Thailandia et Paeninsula Malacensi denominabatur, deinde vero in Laos et Malaysia, nuper est Delegatio Apostolica in Laos divisa et separatim constituta, oportebatque ea de causa nomen Delegationis Apostolicae in Malaysia mutari, statuimus ut haec appelletur posthac Delegatio Apostolica in Malaysia et Brunei, cuius sedes sit in urbe Bancokio collocanda, donec aliter decernatur. Volumus autem ut quae edicimus nunc et in posterum vim habeant, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die **VII** mensis Decembris, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 121¡165.

IV

Delegatio Apostolica Laosiana constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex quo Dei consilio beatissimo Petro, Apostolorum Principi, in regimen totius Ecclesiae successimus, omni profecto diligentia studemus, ut ea adducantur ad exitum proposita, quae ad christianorum fidelium supernam procurandam utilitatem conducant. Libenti igitur animo sententiam accipiendam esse censuimus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quae ut in Republica Democratica Populari Laosiana propria formaretur Delegatio Apostolica proposuit, qua satius bono spirituali animarum consuleretur ; etenim per Decretum die decimo mensis Februarii editum,

anno MCMLXIV, nomini Delegationis Apostolicae tunc dictae « in Thailandia et Paeninsula Malacensi » adiuncta fuit denominatio *in « Laos »*, quae firma exstitit etiam post mutatum nomen eiusdem Delegationis, et usque ad hodiernum diem appellabatur *in « Laos » et in « Malaysia » Delegatio*. Quapropter Nos, certa scientia ac matura deliberatione, omnibus perpensis et auditis iis quorum interest, harum Litterarum Apostolicarum vi, *Delegationem Apostolicam Laosianam* constituimus, eidemque omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores et praerogativas, quae solent huiusmodi Legationibus conferri. Decernimus praeterea, ut conditae Delegationis Apostolicae sedes in civitate Bankokiensi maneat nisi posthac aliter caveatur. Quae vero per praesentes Litteras Apostolicas statuimus firma sint omnino nunc et in posterum, vimque suam habeant, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Eomae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die **VII** mensis Decembris, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £ß Sigilli
In Secret. Status tab., n. *124I66.*

HOMILIA

In Petriana basilica habita ob decretos Ven. Servae Dei Mariae a Iesu Crucifixo (in saec. Baouardy) Beatorum caelitum honores.*

1. «Ascolta, figlia»...[1]

Oggi la Chiesa applica queste parole del Salmo a Suor Maria di Gesù Crocifisso, Carmelitana Scalza, nata nella Terra che vide lo svolgersi della vita di Gesù di Nazareth ; Terra che è situata in una regione che anche in questi giorni continua ad essere al centro di gravissime preoccupazioni e dolorose tensioni.

((Ascolta, figlia». Ecco, nella memoria del Popolo di Dio viene profondamente iscritta la via di Cuor Maria verso lo Sposo Divino. Oggi la Chiesa la incorona con Fatto di beatificazione. Tale atto vuole rendere testimonianza alla speciale «bellezza» spirituale di quella figlia della Terra Santa ; una « bellezza » che è maturata nel bagliore

*** Die 13 m. Novembris a. 1983.**
[1] ***Sai* 44 (45), 11.**

del mistero della Redenzione : nei raggi della nascita e dell'insegnamento, della croce e della risurrezione di Gesù Cristo.

La liturgia dice alla nuova Beata : « Egli è il tuo Signore : prostrati a lui)).[2]

E allo stesso tempo con le parole del medesimo Salmo la liturgia manifesta la gioia per l'elevazione agli altari dell'umile Serva di Dio.

((La figlia del re è tutta splendore, / gemme e tessuto d'oro è il suo vestito ... » :[3] tessuto d'oro della fede, della speranza e dell'amore; delle virtù teologali e morali che essa esercitò in grado eroico come figlia del Carmelo.

2. In quest'Anno che la Chiesa vive come Giubileo straordinario della Redenzione, molte volte ci siamo riuniti attorno a figure che hanno raggiunto la gloria degli altari. È un segno particolare della inesauribile potenza della Redenzione, che opera nelle anime dei Servi e delle Serve di Dio, permettendo loro di proseguire tenacemente sulla via della vocazione alla santità.

Questa vocazione ha il suo eterno inizio nel disegno salvifico della Santissima Trinità, di cui parla la seconda lettura della Messa : « Poiché quelli che Egli da sempre ha conosciuto li ha anche predestinati ad essere conformi all'immagine del Figlio suo, perché egli sia il primogenito tra molti fratelli; quelli poi che ha predestinati li ha anche chiamati; quelli che ha chiamati li ha anche giustificati; quelli che ha giustificati li ha anche glorificati » .[4]

In questa grandiosa visuale paolina noi penetriamo, per così dire, nell'intimo stesso del pensiero divino, cogliendo in qualche modo la «logica» del piano della salvezza, nel concatenarsi delle misteriose azioni che conducono alla sua piena attuazione.

Così dunque la vocazione alla santità è l'eterno disegno di Dio nei riguardi dell'uomo : nei riguardi, oggi della nostra sorella Maria di Gesù Crocifisso.

5. Eventus ecclesialis, qui hodie concluditur, peculiari cum cura est praeparatus, quod attinet ad eius grave argumentum. Iis omnibus, qui singulari cum navitate ei interfuerunt, maximas gratias cupio

[5] *Io* 20, 22-23.

persolvere. Iuvat igitur me delegatos, ad hoc quod pertinet, expressis verbis memorare tres Cardinales Praesides : Iosephum Cordeiro, Timotheum Manning, Iosephum Ratzinger necnon Carolum Mariam Cardinalem Martini, Relatorem, Archiepiscopum Iosephum Tomko, Secretarium Generalem, Patrem Iosephum Saraiva Martins, Secretarium Specialem cum peritis. Mens se dilatans complectitur etiam Auditores et Auditrices variasque commissiones, consilia, ministros. Omnes operati sunt magna cum diligentia atque plausum et grati animi significationem meruerunt. Ac similem gratiarum significationem reddo iis omnibus qui, in Ecclesia, orationibus suis sustinuerunt laborem et diligentiam Patrum Synodalium. Praeparationis tempore acrior facta est quoque consideratio ipsius Synodi Episcoporum ut talis, modi recti et, quantum fieri potest, plenioris, quo munere suo fungeretur, possibilitatis mutationes et emendationes inducendi in eius procedendi rationem.

Omnia haec problemata exposita sunt a Secretario Generali Synodi in eius relatione introductoria. Aliquid novi etiam attulit relatio Episcopi Xaverii Lozano Barragán, ex qua cognovimus, ratione habita singularum regionum variis in partibus orbis terrarum, id quod appellari potest ((exsecutio » facta superioris sessionis Synodi, anno millesimo nongentesimo octogesimo celebratae, cuius argumentum ad matrimonium atque ad familiam in missione Ecclesiae pertinebat.

Quod ad me attinet, gratias agere cupio praesertim de his omnibus inceptis. Synodus Episcoporum, quam Ecclesia a Concilio Vaticano Secundo quasi hereditate accepit, est revera magnum bonum. Magis in dies hoc nobis persuasum habemus. Omnis sessio nos in hoc iudicio confirmat. His verbis puto me omnium mentes interpretari, sed meam ipsam praesertim cupio edicere.

Synodus Episcoporum est singulariter excellens ostensio collegialitatis episcopalis Ecclesiae — et eius instrumentum peculiari modo efficax. Fortasse hoc instrumentum poterit etiam melius reddi. Collegialis responsabilitas in Synodo fortasse etiam plenius potest significari. Nihilominus oportet animadvertere Synodum in illa forma, in qua nunc est et operatur (hoc anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio) maximum prorsus servitium praebere Ecclesiae. Quod quidem servitium est magni momenti, quod attinet ad vitam Ecclesiae, ad eius ((autorealizationem », quam dicunt. Magni momenti est, quod spectat ad pastorale ministerium nostrum, ad ipsum videlicet ministerium collegiale.

Structura Synodi talis est ut nos omnes potius brevi temporis spatio accipiamus imaginem syntheticam simulque gradibus satis distinctam certae alicuius quaestionis (voir) et inde conclusiones deducamus (juger), quae suum momentum habent ad actionem Ecclesiae (agir). Synodus est — ita dicit potest — instrumentum humile quidem, at simul sufficienter efficax.

Etsi formali ratione praeponderat indoles consultiva laborum Synodi, tamen non difficulter potest intellegi, qua ratione hae «consultationes » simul habeant magni momenti vim ecclesialem. Itaque etiam maioris ponderis est ut documenta, quae post Synodum eduntur, referant communem mentem coetus ipsius synodalis ac Summi Pontificis, qui ex proprio officio ei praesidet.

Hoc animo cupio dicere hodie vobis singulis simulque universis, venerabiles et dilectissimi Fratres, quanti aestimem communionem synodalem praeteritarum harum quattuor hebdomadarum. Amor Ecclesiae postulat ut haec Mater nostra melius in dies cognoscatur, quoniam hac via possumus ei servire modo semper efficaciore ! Hac ratione experimentum synodale, facultas nempe congrediendi data Episcopis totius orbis terrarum, facultas audiendi tot competentes pronuntiationes mihi est res singulariter pretiosa et gravis. Ob hanc rem profundius in dies comprehendere valeo Ecclesiam, quam nobis omnibus Christus Dominus concredidit, cum eam tradidit Apostolis et Petro. Haec laeta et fraterna experientia, quae habita est intra hanc synodalem communitatem sponte excitat in me cogitationem memorem quorundam Fratrum nostrorum in episcopatu, qui, etsi voluerant et Apostolica Sedes id efficere studuerat, non potuerunt inter nos adesse. Absentia eorum qui illos hic repraesentarent, prohibuit ne Episcopi Lituaniae, Lettoniae et Laosianae regionis directo participarent hunc tanti momenti eventum Ecclesiae Catholicae. Praeterea Episcopi Cecoslovachiae adfuerunt per unum tantum e duobus designatis, qui ipsos repraesentarent. Qua de causa hic coetus synodalis privatus est declarationibus, quas hi Fratres proferre potuissent circa verum statum rei pastoralis in regionibus suis.

6. Communitas synodalis in se semper continet aliquid illius primae Congressionis Apostolorum circum Matrem Christi, qui exspectabant adventum Spiritus Sancti, die Pentecostes descensuri.

Utinam etiam nostra communitas synodalis, convocata veluti circa «reconciliationem et paenitentiam» et signata sollemni ritu canoni-

zationis Leopoldi Mandic, praeclari ministri confessionis, praeparet Ecclesiam, per intercessionem Matris Christi, ut Spiritum Sanctum accipiat : Spiritum conversionis - et Spiritum pacis.

Sicut Apostoli in cenáculo, sic etiam nos congregantur in fervida oratione cum Matre Christi et Matre Ecclesiae. Sentimus magnam necessitatem eius intercessionis quoad has quaestiones altissimas in campo conscientiarum humanarum ac simul quoad quaestiones, quae futuram vitam totius familiae humanae gravant tamquam acerbum onus temporum nostrorum.

Solum in Ecclesia Christi, per intercessionem eius Matris, hoc onus fieri potest ((suave ac leve ». Potest umeris hominum imponi tamquam pondus salutis ac signum spei.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Ob diem ad pacem fovendam Calendis Ianuariis a. 1984 celebrandam.

Responsabili della vita politica delle nazioni;
operatori della vita economica, sociale e culturale;
giovani, che sperate in un mondo fraterno e solidale,
e voi tutti, uomini e donne, che desiderate la pace!

Mi rivolgo a voi all'alba dell'anno 1984, che si annuncia dappertutto pieno di interrogativi e di angosce, ma anche ricco di speranze e di possibilità. Questo appello in occasione della XVII Giornata Mondiale della Pace mi sgorga dal più profondo del cuore, ed io so di interpretare il desiderio di molti uomini e donne che in un mondo diviso aspirano alla fraternità. Il messaggio che v'invio è ad un tempo semplice ed esigente, perché riguarda ciascuno di voi personalmente, sollecita ciascuno ad offrire il suo contributo di collaborazione allo stabilimento della pace nel mondo, senza scaricarne il peso sugli altri. Il tema che oggi propongo alla vostra riflessione ed azione è questo : « La pace nasce da un cuore nuovo ».

1. *Una situazione paradossale*

Al giorno d'oggi non si può non rimanere colpiti dalle ombre e dalle minacce, senza dimenticare peraltro le luci e le speranze.

In realtà, *la pace è precaria,* mentre l'ingiustizia abbonda. In numerosi Paesi sono in corso guerre implacabili, le quali si protrag-

gono malgrado l'accumularsi dei morti, dei lutti, delle rovine, e senza che ci si incammini, a quanto appare, verso una soluzione. La violenza ed il terrorismo fanatico non risparmiano altri Paesi, e sono gli innocenti che, troppe volte, ne fanno le spese mentre le passioni si esasperano e la paura rischia di condurre a passi estremi. In numerose regioni sono violati i diritti dell'uomo, beffate le libertà, mantenute ingiustamente le detenzioni, perpetrate per ragione di parte esecuzioni sommarie, e l'umanità, in questo ventesimo secolo che ha visto moltiplicarsi le Dichiarazioni e le istanze di ricorso, ne è male informata o, se lo è, resta pressoché impotente ad arrestare tali abusi. Numerosi Paesi si battono penosamente per vincere al loro interno la fame, le malattie, il sottosviluppo, mentre altri ben forniti rafforzano le loro posizioni e la corsa agli armamenti continua sconsideratamente ad assorbire risorse, che potrebbero essere meglio utilizzate. L'accumulo delle armi convenzionali, chimiche, batteriologiche e, soprattutto, nucleari fa pesare una grave minaccia sull'avvenire delle nazioni, specialmente in Europa, e giustamente preoccupa le popolazioni. Si avverte diffusa nell'opinione pubblica una nuova e grave inquietudine, che io ben comprendo.

Il mondo odierno è come prigioniero in una rete di tensioni. La tensione tra ciò che comunemente si chiama *VE st* e ciò che si chiama *VOvest* non intacca soltanto le relazioni tra le nazioni direttamente interessate, ma segna anche, ed anzi aggrava, molte altre situazioni difficili esistenti altrove nel mondo. Dinanzi ad un tale stato di cose, bisogna prendere coscienza del formidabile pericolo che questa tensione crescente e questa polarizzazione su vasta scala rappresentano, soprattutto se si pensa ai mezzi di distruzione massiccia ed inaudita dei quali si dispone. Ciononostante, pur essendo ben coscienti di questo pericolo, i protagonisti incontrano una grande difficoltà, per non dire impotenza, nell'arrestare un tale processo, nel reperire mezzi atti ad alleggerire le tensioni mediante passi concreti per la « de-escalation », per la riduzione degli armamenti, per l'intesa, il che permetterebbe di consacrare maggiori sforzi agli obiettivi prioritari del progresso economico, sociale, culturale.

Se la tensione tra l'Est e l'Ovest, col suo retroterra ideologico, accaparra l'attenzione e suscita timore in un gran numero di Paesi, soprattutto dell'emisfero settentrionale, essa non deve nascondere un'altra più fondamentale ancora *tra il Nord e il Sud* che riguarda la vita stessa di una gran parte dell'umanità. Si tratta del crescente

contrasto tra i Paesi che hanno avuto la possibilità di accelerare il loro sviluppo e di accrescere le loro ricchezze, ed i Paesi bloccati nel sottosviluppo. Proprio qui sta un'altra fonte enorme di opposizione, di acredine, di ribellione o di paura, tanto più che essa è alimentata da molteplici ingiustizie.

È davanti a questi giganteschi problemi che io propongo il tema del rinnovamento del ((cuore». Si potrebbe pensare che simile proposta sia troppo semplice ed il mezzo sproporzionato. E tuttavia, a ben riflettervi, l'analisi qui abbozzata consente di andare al fondo della questione ed è tale da rimettere in discussione certi presupposti che minacciano appunto la pace. L'impotenza, nella quale si trova l'umanità di risolvere le tensioni, rivela che gli intoppi o, al contrario, le speranze derivano da qualcosa di più profondo degli stessi sistemi.

2. *La guerra nasce nello spirito dell'uomo*

È mia profonda convinzione, è il filo conduttore della Bibbia e del pensiero cristiano, è — come spero — un'intuizione di molti uomini di buona volontà che la guerra prenda origine dal cuore dell'uomo. *È l'uomo che uccide,* e non la sua spada e neppure, oggi, i suoi missili.

Il «cuore», nel senso biblico, è il fondo più intimo della persona umana nella sua relazione col bene, con gli altri, con Dio. Non si tratta tanto della sua affettività, ma piuttosto della sua coscienza, delle sue convinzioni, del sistema di pensiero, al quale essa si rifa, come anche delle passioni che la coinvolgono. È col cuore che l'uomo è sensibile ai valori assoluti del bene, alla giustizia, alla fraternità, alla pace.

La sregolatezza del cuore è, in particolare, quella della *coscienza,* allorché essa chiama bene o male ciò che intende scegliere in base ai suoi interessi materiali o alla sua volontà di potenza. La stessa complessità dell'esercizio del potere non impedisce che vi sia sempre una responsabilità della coscienza individuale nella preparazione, nello scatenamento o nell'estensione di un conflitto; il fatto poi che la responsabilità sia condivisa da un gruppo nulla cambia al principio.

Ma questa coscienza è spesso sollecitata, per non dire asservita, da *sistemi socio-politici ed ideologici* che sono pur essi opera dello spirito umano. Nella misura in cui gli uomini si lasciano sedurre da sistemi che presentano una visione globale esclusiva e quasi manichea dell'umanità e fanno della lotta contro gli altri, della loro eliminazione o delloro asservimento la condizione del progresso, essi si chiù-

dono in una mentalità di guerra, che irrigidisce le tensioni, e così si rendono quasi incapaci di dialogo. L'adesione incondizionata a tali sistemi diviene a volte una sorta di idolatria del potere; della forza, della ricchezza, una forma di schiavitù che toglie la libertà agli stessi governanti.

Al di là dei sistemi ideologici propriamente detti, sono d'altra parte molteplici *le passioni* che sviano il cuore umano e lo spingono alla guerra. Per questa ragione, gli uomini possono lasciarsi trascinare fino ad un senso di superiorità razziale ed all'odio verso gli altri, o anche alla gelosia, alla brama della terra o delle risorse altrui o, in generale, alla volontà di potenza, all'orgoglio, al desiderio di estendere il proprio dominio su altri popoli, da essi disprezzati.

Certo, le passioni nascono spesso da *reali frustrazioni* degli individui e dei popoli, allorché altri hanno rifiutato di garantire la loro esistenza o i sistemi sociali sono in ritardo rispetto al buon uso della democrazia ed alla condivisione dei beni. *L'ingiustizia* è già un grave peccato nel cuore dell'uomo sfruttatore ; ma a volte le passioni sono alimentate di proposito. Difficilmente una guerra può essere scatenata se, da una parte e dall'altra, le popolazioni non provano forti sentimenti di reciproca ostilità, o se non sono persuase che le loro pretese contrastanti toccano gli stessi loro interessi vitali. È questo appuntò che spiega le *manipolazioni* ideologiche provocate da una volontà aggressiva. Una volta scatenate le lotte, l'ostilità non fa che crescere, poiché si nutre delle sofferenze ed atrocità che si accumulano da una parte e dall'altra. Possono risultarne delle psicosi di odio.

Il fatto, dunque, di ricorrere alla violenza ed alla guera deriva in ultima analisi dal peccato dell'uomo, dall'accecamento del suo spirito e della sregolatezza del suo cuore, che invocano il motivo dell'ingiustizia per aumentare o irrigidire la tensione o il conflitto.

Sì, la guerra nasce veramente *nel cuore dell'uomo che pecca,* dà quando la gelosia e la violenza hanno invaso il cuore di Caino nei confronti del fratello Abele, secondo l'antico racconto biblico. E non si tratta, in realtà, di una *rottura ancora più profonda,* quando gli uomini diventano incapaci di accordarsi circa la distinzione fra il bene e il male, e circa i valori della vita, dei quali Dio è sorgente e garante? E ciò non spiega forse quella ((deriva » del cuore dell'uomo che non riesce a fare la pace con i suoi simili sulla base della verità, con vera rettitudine e sincera benevolenza?

Il ristabilimento della pace sarebbe anch'esso di breve durata e del

tutto illusorio, se non ci fosse un vero mutamento del cuore. La storia ci na insegnato che anche le « liberazioni », per le quali un paese aveva tanto sospirato mentre era sotto occupazione o le sue libertà erano soffocate, hanno deluso nella misura in cui i responsabili ed i cittadini hanno conservato la loro grettezza di spirito con le connesse intolleranze e durezze, senza superare i loro antagonismi. Nella Bibbia stessa i profeti hanno denunciato queste liberazioni effimere, quando il cuore non era veramente cambiato cioè « convertito ».

3. *La pace nasce da un cuore nuovo*

Se gli attuali sistemi generati dal «cuore» dell'uomo si rivelano incapaci di assicurare la pace, è il « cuore » dell'uomo che occorre rinnovare, per rinnovare i sistemi, le istituzioni ed i metodi. La fede cristiana ha un termine per designare questo cambiamento radicale del cuore : esso è « conversione ». In linea di massima, si tratta di ritrovare la chiaroveggenza e l'imparzialità insieme con la libertà di spirito, il senso della giustizia insieme col rispetto dei diritti dell'uomo, il senso dell'equità con la solidarietà mondiale tra ricchi e poveri, la fiducia reciproca e l'amore fraterno.

Sarebbe necessario, inanzitutto, che le persone ed i popoli acquistassero una reale *libertà di spirito* per prendere coscienza degli sterili atteggiamenti del passato, del carattere chiuso e parziale dei sistemi filosofici e sociali che partono da presupposti discutibili e riducono l'uomo e la storia a un campo ristretto di forze materialiste, che poggiano unicamente sulla potenza delle armi o dell'economia, che rinchiudono gli uomini in categorie del tutto in contrasto le une con le altre, che esaltano soluzioni a senso unico, che non tengono conto delle complesse realtà nella vita delle nazioni ed impediscono a queste ultime di trattarle liberamente. È necessario, dunque, rimettere in discussione quei sistemi che conducono manifestamente a un punto morto, congelano il dialogo e l'intesa, sviluppano la diffidenza, accrescono la minaccia ed il pericolo, senza risolvere i problemi reali, senza offrire una sicurezza vera, senza rendere i popoli veramente felici, pacifici e liberi. Questa trasformazione in profondità dello spirito e del cuore esige certamente un grande coraggio, il coraggio dell'umiltà e della lucidità; essa deve raggiungere la mentalità collettiva, partendo dalla coscienza delle persone. È utopistico sperarlo? L'impotenza ed il pericolo, in cui i nostri contemporanei si trovano, li spingono a non rimandare oltre questo *ritorno alla verità,* che sola li renderà liberi e

capaci di creare sistemi migliori. È, questa, la prima condizione per un « cuore nuovo)).

Gli altri elementi positivi sono ben conosciuti, e basterà richiamarli. La pace è autentica solo se è il frutto della *giustizia :* ((opus iustitiae pax», come diceva già il profeta Isaia,[1] ed è giustizia tra le parti sociali, giustizia tra i popoli. Una società poi è giusta, è umana solo se rispetta *i diritti fondamentali della persona umana.* Del resto, lo spirito di guerra sorge e matura là dove sono violati i diritti inalienabili dell'uomo. Anche se la dittatura e il totalitarismo soffocano per un certo tempo il gemito degli uomini sfruttati ed oppressi, l'uomo giusto conserva in se stesso la convinzione che nulla può legittimare tale violazione dei diritti dell'uomo. Egli ha il coraggio di difendere gli altri che soffrono e rifiuta di capitolare davanti all'ingiustizia, di compromettersi con essa ; e, per quanto ciò sembri paradossale, anche colui che vuole profondamente la pace rigetta ogni pacifismo che equivalga a debolezza o a semplice mantenimento della tranquillità. In effetti, quelli che sono tentati di imporre il loro dominio incontreranno sempre la resistenza di uomini e donne intelligenti e coraggiosi, pronti a difendere la libertà per promuovere la giustizia.

L'equità vuole anche che si rafforzino i rapporti di giustizia e di *solidarietà con i Paesi poveri* e, in particolar modo, con quelli della miseria e della fame. L'espressione di Paolo VI è ormai diventata convinzione di molti : « Lo sviluppo è il nuovo nome della pace ». I Paesi ricchi escono così dal loro egoismo collettivo per pensare in termini nuovi gli scambi e gli aiuti reciproci, aprendosi a un orizzonte planetario.

Più ancora, un cuore nuovo s'impegna a far sì che scompaiano la paura e la psicosi della guerra. All'assioma secondo cui la pace risulterebbe dall'equilibrio degli armamenti, esso sostituisce il principio che la vera pace non può edificarsi sé non nella *fiducia reciproca.*[2] Certamente, resta vigile e lucido per svelare le menzogne e le manipolazioni, e avanzare con prudenza. Ma osa intraprendere e riprendere instancabilmente quel dialogo, che fu già oggetto del mio Messaggio l'anno scorso.

In definitiva, un cuore nuovo è quello che si lascia ispirare *dall'amore.* Già il Pontefice Pio XI affermava che non può esserci «vera

[1] Cfr. *Is* 32, 17.

[2] Cfr. Encliclica *Pacem in terris,* n. 113.

pace esterna tra gli uomini e tra i popoli ove non è pace interna, ove cioè lo spirito di pace non possiede le intelligenze e i cuori... ; le intelligenze per riconoscere e rispettare le ragioni della giustizia, i cuori perché alla giustizia si associ, anzi prevalga, la carità; giacché se la pace ... deve essere opera e frutto della giustiziaessa... appartiene piuttosto alla carità che alla giustizia».[3] Si tratta di rinunciare alla violenza, alla menzogna, all'odio, di diventare — nelle intenzioni, nei sentimenti e in tutto il comportamento — un essere fraterno che riconosce la dignità e i bisogni dell'altro, e cerca di cooperare con esso per creare un mondo di pace.

4. *Appello ai responsabili della politica e dell'opinione pubblica*

Poiché è necessario acquisire un cuore nuovo, promuovere una mentalità nuova di pace, ogni uomo ed ogni donna, qualunque sia il suo posto nella società, può e deve assumere effettivamente la propria parte di responsabilità nella costruzione di una vera pace nell'ambiente in cui vive : famiglia, scuola, impresa, città. Nelle sue preoccupazioni e conversazioni, nella sua azione deve sentirsi interessato a tutti i fratelli e sorelle che fanno parte della medesima famiglia umana, anche se vivono agli antipodi.

Ma evidentemente la responsabilità comporta dei gradi. Quella dei *Capi di Stato,* dei *dirigenti politici* è di primaria importanza per lo sviluppo di relazioni pacifiche tra le diverse componenti della nazione e tra i popoli. Più degli altri, essi devono esser convinti che la guerra è in sé irrazionale, e che il principio etico del regolamento pacifico dei conflitti è la sola via degna dell'uomo. Certamente, occorre prendere in considerazione la presenza massiccia della violenza nella storia umana. È il senso della realtà al servizio della preoccupazione fondamentale della giustizia che impone il mantenimento del principio di legittima difesa in una tale storia. Ma i rischi spaventosi delle armi di distruzione massiccia devono condurre all'elaborazione di processi di cooperazione e di disarmo che rendano la guerra praticamente impensabile, Bisogna <(guadagnare » la pace. A maggior ragione la èoscienza dei responsabili politici deve loro interdire di lasciarsi coinvolgere in avventure pericolose, in cui la passione prevale sulla giustizia, di sacrificarvi inutilmente la vita dei propri concittadini, di attizzare i con-

[3] **Discorso del 24 dicembre 1930, in *AAS* (1930), p. 535.**

fitti presso gli altri, di prender pretesto dalla precarietà della pace in una regione per estendere la propria egemonia in nuovi territori. Questi dirigenti devono pesare tutto ciò nella loro anima e coscienza e bandire il machiavellismo ; ne renderanno conto ai loro popoli e a Dio.

Ma io ripeto che la pace è un dovere per tutti. Le *Organizzazioni internazionali* hanno anch'esse un grande ruolo per far prevalere soluzioni universali, al di sopra dei punti di vista di parte. Ed il mio appello si rivolge in maniera speciale a tutti quelli che, tramite i mezzi di comunicazione, esercitano un'influenza sull'*opinione pubblica,* a tutti quelli che svolgono *un'opera educativa* tra i giovani e gli adulti : è ad essi che è affidata la formazione dello spirito di pace. Nella società non si può forse contare in maniera speciale sui *giovani?* Davanti all'avvenire minaccioso che intravedono, essi aspirano senza dubbio più degli altri alla pace, e molti sono pronti a consacrarvi la loro generosità e le loro energie. Diano prova di inventiva nel servirla, senza venir meno alla lucidità e, dunque al coraggio di vagliare tutti gli aspetti delle soluzioni a lungo termine ! In definitiva, tutti — uomini e donne — devono concorrere alla pace nella complementarietà della loro sensibilità e del loro ruolo proprio. Così anche le *donne,* legate intimamente al mistero della vita, possono far molto per promuovere lo spirito di pace, con la loro cura di assicurare la preservazione della vita e con la loro convinzione che il vero amore è la sola forza che può rendere il mondo abitabile per tutti.

5. *Appello ai cristiani*

Cristiani, discepoli di Gesù, presi nelle tensioni della nostra epoca, noi dobbiamo ricordarci che non c'è beatitudine, se non per gli «operatori di pace » .[4]

La Chiesa vive l'Anno Santo della Redenzione : essa, tutta intera, è invitata a lasciarsi afferrare dal Salvatore che, al momento di compiere il supremo atto di amore, disse agli uomini : « Vi dò la mia pace)).[5] In essa ognuno deve condividere con tutti i suoi fratelli l'annunzio della salvezza ed il vigore della speranza.

Il Sinodo dei Vescovi sulla riconciliazione e la penitenza ha testé ricordato la prima parola del Cristo : « Convertitevi e credete al Vangelo » .[6] Il messaggio dei Padri sinodali ci indica per quale via dobbiamo

* Cfr. *Mt* 5, 9.

[5] Cfr. *Ov* 14, 27.

[6] *Me* 1, 15.

avanzare per essere realmente operatori di pace : « La Parola ci incita al pentimento. *"Cambia il tuo cuore,* essa dice, ricerca il perdono, e *lasciati riconciliare con il Padre".* Il disegno del Padre per la nostra società è che noi abbiamo a vivere formando una sola famiglia nella giustizia, nella verità, nella libertà e nell'amore » .[7] Questa famiglia sarà riunita in una pace profonda, soltanto se noi ascolteremo l'appello **a** ritornare al Padre ed a riconciliarci con Dio stesso.

Rispondere a questo appello, collaborare al disegno di Dio è lasciare che il Signore *ci converta.* Non contiamo solamente sulle nostre forze, né solamente sulla nostra volontà, la quale troppo spesso vien meno, la nostra vita si lasci trasformare, perché « tutto viene da Dio, il quale ci ha riconciliati con sé mediante il Cristo e ci ha affidato il ministero della riconciliazione».[8]

Riscopriamo la forza della *preghiera :* pregare è accordarsi con colui che invochiamo, che incontriamo e che ci fa vivere. Fare l'esperienza della preghiera è accogliere la grazia che ci cambia; lo Spirito, unito al nostro spirito, ci impegna a conformare la nostra vita alla Parola di Dio. Pregare è entrare nell'azione di Dio sulla storia: protagonista sovrano della storia, egli ha voluto fare degli uomini i suoi collaboratori.

Paolo ci dice del Cristo : « Egli infatti è la nostra pace, colui che ha fatto dei due un popolo solo, abbattendo il muro di separazione che era frammezzo, cioè l'inimicizia».[9] Noi sappiamo quale potenza di misericordia ci trasformi nel *Sacramento della riconciliazione.* Questo dono ci colma perfettamente. Per questo, in tutta lealtà, non possiamo rassegnarci alle divisioni e agli scontri, che ci oppongono gli uni agli altri, mentre condividiamo la stessa fede ; non possiamo accettare senza reagire che si prolunghino i conflitti che infrangono l'unità del genere umano, chiamato a diventare un solo corpo. Se celebriamo il perdono, come possiamo combatterci senza fine? Possiamo restare avversari, mentre invochiamo lo stesso Dio vivente? Se la legge d'amore del Cristo è la nostra legge, resteremo muti e inoperosi nel momento in cui il mondo ferito attende che ci mettiamo in prima fila tra coloro che costruiscono la pace?

Umili e coscienti della nostra debolezza, andiamo alla *mensa eucaristica,* dove Colui che consegna la sua vita per la moltitudine dei suoi

[7] Cfr. *L'Osservatore Romano,* 28 ottobre 1983.

[8] *2 Cor* 5, 18.

[9] *Ef* 2, 14.

fratelli ci dona un cuore nuovo, e dove egli mette in noi uno spirito nuovo.[10] Dal più profondo della nostra povertà e del nostro smarrimento rendiamo grazie per mezzo di lui, perché egli ci unisce con la sua presenza e col dono di se stesso, egli « che è venuto ad annunciare pace a voi che eravate lontani e pace a coloro che erano vicini » .[11] E se ci è dato di accoglierlo, è anche nostro dovere essere suoi testimoni mediante la nostra opera fraterna in tutti i cantieri della pace.

Conclusione

La pace è multiforme. C'è la pace tra le nazioni, la pace nella società, la pace tra i cittadini, la pace tra le comunità religiose, la pace all'interno delle imprese, dei quartieri, dei villaggi e, in particolare, la pace in seno alle famiglie. Rivolgendomi ai cattolici, e anche agli altri fratelli cristiani ed agli uomini di buona volontà, ho denunciato un certo numero di ostacoli alla pace. Essi sono gravi e comportano serie minacce. Ma poiché dipendono dallo spirito, dalla volontà e dal « cuore » umano, con l'aiuto di Dio gli uomini possono superarli. Devono rifiutarsi di cedere al fatalismo ed allo scoraggiamento. Alcuni segni positivi traspaiono già attraverso le ombre. L'umanità prende coscienza dell'indispensabile solidarietà che lega tra loro popoli e nazioni per la soluzione della maggior parte dei grandi problemi : occupazione, utilizzazione delle risorse terrestri e cosmiche, promozione dei Paesi meno favoriti, sicurezza. La riduzione degli armamenti, controllata e generalizata, è considerata da molti come una necessità vitale. Si moltiplicano le istanze perché si faccia tutto il possibile affinché la guerra scompaia dagli orizzonti dell'umanità. Si moltiplicano pure gli appelli al dialogo, alla collaborazione ed alla riconciliazione, mentre sorgono numerose iniziative. Il Papa ben volentieri le incoraggia.

«Beati gli operatori di pace!)). E sia sempre unita, in quest'opera, la lucidità alla generosità! E sia più vera la pace, radicandosi nel cuore stesso dell'uomo ! Sia ascoltato il grido degli uomini martoriati, che attendono la pace ! Ciascuno impegni tutta l'energia di un cuore rinnovato e fraterno nel costruire la pace in tutto l'universo !

Dal Vaticano, 8 dicembre 1983.

IOANNES PAULUS PP. II

[10] Cfr. *Ez* 36, 26.
[11] *Ef* 2, 17.

SECRETARIA STATUS

Rescriptum ex Audientia SS.mi

Cum Litterae Apostolicae « Romanae dioecesis » de provisione beneficiorum in Urbe a Summo Pontifice Paulo VI f.m., motu proprio die XXX mensis Iunii, anno MCMLXVIII datae, omnem vim amiserint promulgato novo Codice iuris Canonici nec opportunum videatur novas normas de hac re edere donec tota res beneficiorum in Italia et in Urbe adhuc vigens ex integro rursus ordinetur, SS.mus D.nus Noster Ioannes Paulus Pp. II, in Audientia infrascripto Cardinali Secretario Status, die 19 mensis Ianuarii anni 1984 concessa, benigne decrevit ut normae praedictarum Litterarum Apostolicarum vigere pergant donec Ipse aliter statuerit.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI

ACTA SS. CONGREGATIONUM
ACTA SS.

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

Declaratio de associationibus massonicis.

Quaesitum est an mutata sit Ecclesiae sententia circa associationes massonicas, propterea quod in novo Codice Iuris Canonici de ipsis non fit mentio expressa sicut in vetere Codice.

Sacra haec Congregatio respondere valet talem circumstantiam tribuendam esse criterio in redactione adhibito, quod servatum est etiam quoad alias associationes pariter silentio praetermissas eo quod in categoriis latius patentibus includebantur.

Perstat igitur immutata sententia negativa Ecclesiae circa associationes massonicas, quia earum principia semper inconciliabilia habita sunt cum Ecclesiae doctrina ideoque eisdem adscriptio ab Ecclesia prohibita remanet. Christifideles qui associationibus massonicis nomen dant in peccato gravi versantur et ad Sacram Communionem accedere non possunt.

Auctoritatibus ecclesiasticis localibus facultas non est proferendi iudicium circa naturam associationum massonicarum quod secumferat supradictae sententiae derogationem, ad mentem Declarationis Sacrae huius Congregationis, die 17 februarii 1981 factae (Cf. *AAS* 73 [1981], pp. 240-241).

Hanc Declarationem in Conventu ordinario huius S. Congregationis deliberatam, Summus Pontifex Ioannes Paulus Pp. II, in Audientia infrascripto Cardinali Praefecto concessa, adprobavit et publici iuris fieri iussit.

Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 26 novembris 1983.

IOSEPH Card. RATZINGER, *Praefectus*

•B Fr. Hieronymus Hamer, O. P., Archiep. tit. Loriensis, *Secretarius*

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 5 Ianuarii 1983. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Iosephi in Antiquonia R. D. Radulphum Mártires y Quimpo, hactenus moderatorem seminarii maioris in civitate Iarensi.

die 6 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Carapeguanae R. P. Celsum Yegros Estigarribia, hactenus secretarium alterum Conferentiae Episcopalis Paraquaianae.

die 16 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Heracleensi R. D. Aemilium Laurentium Stehle, hactenus moderatorem pro America Latina Operis « Adveniat » . V J i

die 28 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Coroicensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Thomam Robertum Manning hactenus Episcopum Praelatum eiusdem sedis.

die 20 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Cacerensi Exc.mum P. D. Leonardum Legazpi, O. P., hactenus Episcopum titularem Elephantariensem in Mauretania et Auxiliarem archidioecesis Manilensis.

— Cathedrali Ecclesiae Ibanae Exc.mum P. D. Pacianum Aniceto, hacetenus Episcopum titularem Tlòensem et Auxiliarem archidioecesis Tuguegaraoanae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Girensi R. D. Deodatum Talamayan hactenus rectorem vulgo lycei ((de Aparri » in urbe Tuguegaräoana.

die 3 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Mibiarcénsi R. D. Aloisium Morgan Casey, hactenus Vicarium episcopalem adiunctum in archidioecesi Pacensi in Bolivia.

— Titulari episcopali Ecclesiae Themisonensi R. P. Gundisalvum Dei Castillo Crespo, O. C. D., hactenus episcopalem vicarium Religiosarum in archidioecesi Çochabambensi.

die 12 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Iosephi in Uraquaria R. D. Paulum Iacobum Galimberti di Vietri, hactenus vicesrectorem seminarii maioris interdioecesani in civitate Montis Videi.

die 11 Ianuarii 198^. — Metropolitanae Ecclesiae Bostoniensi, Exc.mum P. D. Bernardum Law, hactenus Episcopum Campifontis-Capitis Girardeaunensis.

die 16 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Corvopolitanae, R. D. Villelmum Brennan, e clero dioecesis Vilcanniensis-Forbesinae.

die 21 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Ulciniensi R. P. Ferdinandum Antonium Figueiredo, Ordinis Fratrum Minorum sodalem, quem deputavit Auxiliarem dioecesis Otonipolitanae.

die 23 Ianuarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Rusucensi, R. D. Godefridum Robinson, e clero archidioecesis Sydneyensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Eduardi Clancy, Archiepiscopi eiusdem Sedis.

26 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Neo-Eboracensi, Exc.mum P. D. Ioannem 0'Connor, hactenus Episcopum Scrantonensem.

die 27 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae S. Rosae de Copan R. D. Aloisium Alfonsum Santos Villeda, e Societate S. Francisci Salesii, moderatorem ephebei vulgo ((San Miguel » in urbe Tegucigalpa.

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

DECRETUM

Visitator Apostolicus pro fidelibus Graecis melkitis catholicis per Mexicum, Venetiolam Argentinamque diffusis nominatur.

Fideles Graeci melkitae catholici, qui propria in Oriente relicta domo, in alias partes orbis terrarum migraverunt, sedula semper sollicitudine Apostolica Sedes prosecuta est.

Nuper per Constitutionem Apostolicam «Regimini Ecclesiae Universae », Paulus, beatae recordationis, Papa VI, edixit ut Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus «in ipsis territoriis latinis sedula cura, etiam per Visitatores, invigilaret nucleis nondum ordinatis fidelium Rituum Orientalium » (num. 44).

Attento tali praescripto, Patriarcha Antiochenus Graecorum Mel:-kitarum Catholicorum una cum Synodo poposcit, ut nominaretur eiusmodi Visitator erga tres Nationes Americae Latinae, nempe pro Mexico et Venetiola et Argentina.

Sacra Congregatio, itaque, omnibus bene perpensis, Summo Pontifici supplicandum censuit ut idoneum Visitatorem Apostolicum pro Sua sollicitudine designaret ac deputaret.

Summus Pontifex Ioannes Paulus, Divina Providentia Papa II, referente in Audientia diei 5 mensis Decembris hoc vertente anno infrascripto Eminentissimo Cardinali Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus Praefecto, benigne oûicium Visitatoris Apostolici ad referendum, absque iurisdictione et ad nutum Sedis Apostolicae, Archiepiscopo titulari Edesseno in Osrhoëne Petro Rai commisit, cum omnibus iuribus et obligationibus tali muneri adnexis, iussitque hoc Decretum fieri.

Visitatoris Apostolici erit invisere fideles Graecos melkitas catholicos in variis Dioecesibus latini ritus in Mexico et Venetiola et Argentina commorantes ad eorum maiori spirituali bono consulendum.

In suo exsequendo munere Visitator Apostolicus procedet collatis consiliis cum uniuscuiusque Nationis Praeside Conferentiae Episcopalis necnon cum singulis Dioecesis Ordinariis.

Munere tandem expleto, de statu fidelium Graecorum melkitarum catholicorum, de provisionibus peractis aut peragendis, diligentem et accuratam relationem huic Sacrae Congregationi mittendam curabit.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, die 5 mensis Decembris anno 1983.

LADISLAUS Card. RUBIN, *Praefectus*

Ii. © **S.**

© Miroslaus Marusyn, Archiep. tit. Cadëon., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

DECRETA

I

NEPALIAE

Territorium Regni Nepaliae in Missionem sui iuris constituitur.

Quo aptius et efficacius Evangelizationis operi in Regno quod, vulgo ((Nepal » vocatur, consuletur, opportunum visum est territorium eiusdem Regni, quod in praesens intra fines dioecesis Patnensis invenitur, ab eadem dioecesi distrahere et in circumscriptionem ecclesiasticam sui iuris erigere, quae titulo «Nepaliae» nuncupabitur.

Quamobrem Sacra haec Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, habito voto favorabili quorum interest, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Paulo divina Providentia Pp. II concessarum, praesenti Decreto, territorium Regni Nepaliae in Missionem sui iuris, Nepaliam appellandam, constituit. Quae nova Missio hodie erecta, provinciae ecclesiasticae Ranchiensi aggregatur.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 7 mensis Octobris a. D. 1983.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

h. © S.

© **D.** S. Lourdusamy, *a Secretis*

II

BATAENSIS - EBEBIYINENSIS

De mutatione finium dioecesium

Cum ad bonum animarum provehendum expostulatum sit ut paroeciae vulgo ((Nkuefulan » et « Akonibe » dioecesi Ebebiyinensi adscribantur, Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando, accepto favorabili voto Exc.mi ac Rev.mi Domini Raphaelis Nzé Abuy, Archiepiscopi Metropolitani Malaboërensis, itemque consensu Exc.morum Ordinariorum quorum interest prae oculis habito, re mature perpensa, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Paulo divina Providentia Papa II concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re idem Sacrum Dicasterium statuit ut paroeciae vulgo « Nhuef ulan » et « Akonibe » usque adhuc pertinentes ad dioecesim Bataënsim, ab ipsa separentur atque dioecesi Ebebiyinensi uniantur et praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 18 mensis novembris a. D .1983.

AGNELLUS Card. **Rossi,** *Praefectus*

a. D. 1983.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

III

BELIZEPOLITANA

De mutatione nominis dioecesis

Summus Pontifex Pius XII fel. rec, per Constitutionem Apostolicam *Cum Christus Iesus,* die 29 m. Februarii a. D. 1956 datam, Vicariatum Apostolicum Belizensem ad dignitatem Dioecesis, immutato nomine huic Sacro Dicasterio de Propaganda Fide obnoxiae, evexit; domicilium et Cathedram Episcopi in templo SS. Redemptoris in urbe tunc vulgo *Belize* collocavit. *Postremo,* Summus Pontifex Paulus VI, v. m., iuxta praescripta Concilii Vaticani II, per Decretum *Huic Sacro* die 14 m. Septembris a. D. 1967 ab hac Sacra Congregatione datum,

eandem Dioecesim provinciae ecclesiasticae Regiopolitanae in Iamaica, adscripsit, ita ut in ambitu Legationis Pontificiae Antillarum et eiusdem regionis Conferentiae Episcopalis maneret.

Cum autem urbs ubi Episcopus residet hodie vulgo *Belize City* vocatur, et cum Nationis Belizensis, hodie sui iuris, urbs princeps nomine *Belmopan* iam exstat quae fidelium numero hisce temporibus incrementa coepit, opportunum visum est, ad melius totius Dioecesis animarum bono consulendum, ut denominatio dioecesana hodiernis adiunctis rite aptetur et denique *Belizepolitana-Belmopana* appelletur, vulgato sermone *Belize City-Belmopan.*

Quapropter, Sacra haec Congregatio, omnibus mature perpensis, auditis quorum interest, ratam habet huius nominis immutationem Populi Dei utilitati profuturam, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Paulo divina Providentia Pp. II, Qui eandem Dioecesim die 9 m. Martii vertentis anni benigne invisit, praesenti Decreto, Belmopani nomen unit novo titulo Belizepolitano, ita ut posthac Dioecesis et Episcopus *Belizepolitani-Belmopani* nuncupari possint et debeant, templo principe in urbe Belmopana simul ad dignitatem Ecclesiae Concathedralis evecto. Ad haec exsecutioni mandanda, Sacrum hoc Dicasterium deputat Exc.mum ac Rev.mum Dominum Paulum Fouad Tabet, Archiepiscopum titulo Sinnensem et Apostolicum in Beliza Pro-Nuntium.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 31 m. Decembris Anno Iubilaeo Redemptionis Sacro 1983.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

IV

RUMBEKENSIS - TOMBORAËNSIS

De mutatione finium dioecesium.

Cum ad bonum animarum provehendum expostulatum sit ut territoria districtuum civilium, vulgo ((Maridi » et « Iba », in Sudania, hucusque dioecesi Rumbekensi pertinentia, a memorata dioecesi abstrahatur et dioecesi Tomboraënsi uniantur, Sacrum Consilium Chri-

stiano Nomini huiusmodi immutationem in bonum animarum cessuram esse, vigore specialium facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Paulo divina Providentia Papa II tributarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Qua de re haec Sacra Congregatio statuit ut territoria supra memorata a dioecesi Rumbekensi separentur atque dioecesi Tomboraënsi adscribantur, praesensque ad rem Decretum confici et expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 20 mensis Ianuarii a. D. 1984.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

MARIANOPOLITANA

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Rosae Durocher, Fundatricis Sororum a sanctis nominibus Iesu et Mariae.

SUPER DUBIO •

***An** et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Christi bonus odor (cf. *2 Cor* 2, 15) effecta, Maria Rosa Durocher, ex Quebecensi provincia Canadiae oriunda, vix duodequadraginta annos nata ad superos evolavit die 6 Octobris anno 1849, postquam *frumenti instar in mundo apostolatum suum* (Decretum : *Apostolicam Actuositatem, I,* 2) exercuit atque religiosam Congregationem ad gravissimum christianae educationis opus promovendum condidit. Ipsam autem chri-

stianas virtutes heroum in modum coluisse Ioannes Paulus II die 13 Iulii anno 1979 declaravit.

Hinc sollertes huius Causae actores admovere manus ut sanationem seligeren t ex iis, quae eadem Venerabili Famula Dei, intercedente, a Deo ferebantur patratae, eamque sacro huic foro ad ipsius Venerabilis sollemnem beatificationem assequendam proposuere.

Cuius quidem mirae sanationis haec brevis est expositio. Beniamin Modzel, civis Americanus 42 annos natus, vespere diei 11 mensis Iulii anno 1946, dum operam dat in urbe Detroitensi mercibus onerando amplo autocurrui, ecce malo quoddam fato abrumpuntur rotarum frena et retrorsum cedit autocurrus, cum inclinata esset ibi terra; muro Beniamin Modzel impingitur et a pectore ad imum usque ventrem manet comprehensus temporis minuto et dimidio. Nulla interposita mora, is qui adverso casu afflictatus in opere, extremum ducens spiritum, acutis doloribus ex abdomine correptus atque gravibus letalibusque contusionibus in pelvi acceptis, translatus est in valetudinarium. Chirurgica peracta interventione, edita est infausta *quoad vitam* prognosis. Hisce in adiunctis disperatis oblata est nosocomii cappellano reliquia Venerabilis Mariae Rosae Durocher ut aegroto apponeretur; quod est factum, dum religiosa communitas sanationem fusis ad Deum precibus postulat. Et Deus preces benignus exaudivit; eadem namque nocte, ac praesertim horis successivis, aegrotus se melius habere incipit, mirantibus medicis, qui peiorem prorsus exspectabant condicionem post peractam operationem. Praeter naturae leges aegrotum convaluisse asseruerunt medici a curatione et testes excussi.

Quapropter processus apostolica auctoritate adornatus est super huiusmodi sanatione apud Curiam episcopalem Londonensem, in Canadia, mense Octobri anni 1972, auditis duodecim testibus *de visu.* Super canonica inquisitione rite facta exiit Decretum huius Sacrae Congregationis die 16 Novembris anno 1979 editum. Post Medici Collegii sententiam de sanationis praeternaturalitate, habitus est, die 19 Novembris a. 1981, instante Rev.mo P. Angelo Mitri, O. M. I., postulatore Causae legitime constituto, Congressus Peculiaris Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum; quem excepit, die 9 mensis Februarii a. 1982, Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium, in qua Rev.mus Cardinalis Franciscus Carpino, Causae huius Ponens seu Relator, dubium posuit discutiendum: *An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et omnes, qui interfuerunt, proposito dubio adfirmando responderunt.

Hisce super omnibus facta est, per subscriptum Cardinalem Praefectum, die 11 Februarii a. 1982, Summo Pontifici Ioanni Paulo II relatione, et Sanctitas Sua, suffragia Patrum Cardinalium rata habens, mandavit ut Decretum super praefata mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite factum esset, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Francisco Carpino, Causae Ponente seu Relatore, ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Summus Pontifex declaravit : *Constare de uno miraculo, intercedente Venerabili Serva Dei Maria Rosa Durocher, a Deo patrato, nimirum de rapidissima, perfecta ac constanti sanatione domini Beniamin Modzel a traumaticis laesionibus abdominalibus et gravi statu vulgo* (c *shocJc* ».

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 2 Aprilis A. D. 1982.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

MATRITEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Benedicti Menni, sacerdotis professi Ordinis Hospitalarii S. Ioannis a Deo, fundatoris Congregationis Sororum Hospitalariarum S. Cordis Iesu.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Servus Dei Benedictus Menni ardentissimo animo atque studio se devovendi tamquam ad se dicta accepit verba, quae Iesus dixit Apostolis, cum eos misit ad praedicandum regnum Dei et ad sanandos infirmos (cfr. *Lc* 9, 1-2), itemque verba quibus idem Iesus est allocutus septuaginta duos discipulos, cum eos misit in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus : « Messis quidem multa, operarii

autem pauci... Ite ... curate infirmos et dici te illis : Appropinquavit in vos regnum Dei» *(Lc* 10, 2. 9).

Fuit is verus « vir Dei », sicut Timotheus, quem Paulus Apostolus vehementer hortabatur ut fugeret cupiditatem — tunc, sicut hodie, in magnam hominum partem dominantem — utque sectaretur «iustitiam, pietatem, fidem, caritatem, patientiam, mansuetudinem » *(1 Tim* 6, 11) ; fuit pariter verus « Samaritanus », qui misericordi animo est aegros et dolentes prosecutus, eorum corporum plagas et spiritum angores curaturus.

A iuventute namque Servus Dei mentem, cor, opera, totam vitam suam impendit in gloriam Dei adipiscendam necnon in proximorum corporale et spirituale bonum, in vasto campo ubi paupertas, egeni, infirmi, praesertim morbis mentis affecti, et pueri rhachitide et struma laborantes abundabant.

Haec autem miro modo et insolito fecit, duplici officio fungens — ad quod Divina Providentia eum vocavit — *restauratoris* Ordinis Hospitalarii S. Ioannis a Deo in peninsula Hiberica et in America Latina, qui omnino exstinctus erat legibus publicis suppressionis superiore saeculo latis, et *Institutoris* Congregationis Sororum Hospitalariarum a Sacro Corde Iesu.

Duplex hoc officium feliciter ad finem perduxit Servus Dei per impedimenta, invidias, calumnias, vexationes, quae eum adflixerunt usque ad piam mortem, eius asceticam vitam purificaverunt et ostenderunt fortem eius christiani, religiosi, sacerdotis indolem, qui totum se Deo dediderat et hominibus; qui denique et vixit et operatus est humillime, plene Deo fidens et omnino divinae bonitati et Providentiae creditus.

Angelus Hercules Menni, postea Frater Benedictus, quindecim filiorum quintus, Mediolani natus est die 11 mensis Martii anno 1841 et eodem die est baptizatus. Optimi parentes accurate eum instituerunt ad veritates et ad devotiones christianae fidei ; unde is volventibus annis crescebat etiam pietate, morum probitate, sacramentorum usu et testimonio christiano.

Studiis gymnasii laudabiliter exercitis, sedecim annos natus munus suscepit apud mensam argentariam Mediolani, sed paulo post eam dereliquit, quia ei suadebatur ut negotia non legitima gereret, ab eo discrepantia, quod is de iustitia sen tiebat.

Anno 1859, cum esset duodeviginti annorum, primum infirmis occucurrit, secundo bello pro unitate Italiae suscepto, quandoquidem

sua sponte se obtulit pro transferendis militibus vulneratis a statione ferratae viae Mediolanensi ad valetudinarium Religiosorum Hospitalariorum S. Ioannis a Deo, vulgo -*F'atebenejrateili*. Horum caritate motus, voluit eorundem et exemplum sequi et vitae rationem amplecti ; idcirco eorum Ordinem est ingressus, in coenobium-valetudinarium Mediolanense, ubi, peracto anno novitiatus, Idibus Maiis anno 1861 vota simplicia professus est, et die 17 mensis Maii anno 1864, sollemnia.

Studiis ad sacerdotium consequendum destinatus a Superioribus, missus est ad ipsorum nosocomium Laúdense, ubi, dum artem infirmorum assistentiae penitus discebat, magna utilitate studia philosophica et theologica est persecutus: theologica autem postea complevit Romae in Collegio Romano (Pontificia Universitate Studiorum Gregoriana).

Postquam est ordinatus sacerdos die 14 Octobris anno 1866, Superior Generalis munus ei commisit restaurandi Ordinem Hospitalarium in Hispania; cui restaurationi favit et benedixit Summus Pontifex Pius IX qui iuveni illo Religioso, admisso die quarto decimo mensis Februarii anno 1867, antequam Roma profectus est, dixit : « I, fili mi, in Hispaniam, benedicente Deo, ad restituendum Ordinem in suis ipsius incunabulis » ; eique rationem descripsit, qua prospere eam efficeret, et quidem « vita omnino communi, paupérrima, castissima, oboedientissima ». Hanc normam gravissimam Servus Dei semper in oculis habuit et fideliter est secutus.

Postquam pervenit Barcinonem, die 6 Aprilis eodem anno, potuit die 14 insequentis mensis Decembris, non parvis superatis difficultatibus et incommodis, in eadem urbe primum opus restitutionis aperire : asylum-nosocomium pro pueris pauperibus rhachiticis et strumosis. Deinceps multa alia nosocomia exstruxit, praesertim pro affectis mentis morbis, quae tum Hispaniae necessaria erant, et genuino Ordinis spiritus complures Fratres imbuit, quos anno 1884 in Provinciam religiosam constituit.

Dum in restituendum Ordinem incumbebat, intellexit necesse esse etiam mulierum assistentiae prospicere, hincque consilium cepit condendi quam supra memoravimus Congregationem Sororum Hospitalariarum, quae aegrotos curarent, quo modo Fratres, et eodem quidem spiritu, aegrotos viros.

Anno igitur 1880 huius bene meriti Instituti initium fecit, excipiendo duas magnánimas puellas Illiberitanas, quae quasi columnae fuerunt Congregationis. Haec autem, a Summo Pontifice Leone XIII

adprobata anno 1901, suam nunc impendit operam in nonaginta domibus hospitalariis, in duodeviginti nationibus (Europae, Americae et Africae) diffusis.

Quando P. Menni, anno 1903, post triginta sex annos, desiit esse Superior Provinciae Hispanicae, reliquit ibi quindecim valetudinaria bene solida et nonnulla asyla-nosocomia a Fratribus administratis, et novem a Sororibus Hospitalariis.

Dum bellum gerebatur inter fautores regis Caroli et liberales, quos dicebant, amplificandae nationis studiosos (annis 1873- 1876), Servus Dei cum nonnullis suis Religiosis operam dedit adiuvandis et curandis militibus sauciis ambarum adversarum acierum, nullo discrimine facto.

Item cholera morbo vastante Hispaniam a mense Iunio ad mensem Septembrem anno 1895, Servus Dei, indefessa et sapienti caritate contra morbum illum contendit etiam extra sua sive suorum Religiosorum et Religiosarum manus mittendo et antidotum adhibendo, quod numerum mortuorum minuit a septuaginta centesimis partibus ad decem.

Tantus apostolicus ardor non obstitit quominus Servus Dei calumniis vexaretur et accusationibus vel apud Tribunal Sancti Ofiitii; sed semper prorsus innocens evasit.

Anno 1909 a Sancta Sede nominatus est Visitator Apostolicus sui Ordinis et duobus post annis, die 21 mensis Aprilis anno 1911, Prior Generalis, plene adprobante ipso Sancto Pontifice Pio X. Quamvis hoc duplici mandato functus esset miro studio et optimis inceptis, aptis ad spiritum et opera hospitalaria Instituti renovanda, ab aliquibus Fratribus ambitiosis, potentibus et dolosis infamatus est apud Sacram Congregationem pro Episcopis et Regularibus : idcirco Servus Dei, die 20 mensis Iunii, anno 1912, coactus est — dignitate perspecta — munus Superioris Generalis abdicare. Ei, sequenti die ad Audientiam admisso, S. Pontifex Pius X dixit amabiliter : « Posthac poteris precari et consilia dare ».

Adversari! vero eius hoc non satis habuerunt, sed obtinuerunt ut Servus Dei iuberetur sibi eligere domicilium domum Ordinis extra Romam et Hispaniam, et prohiberetur quovis commercio, etiam epistularum, cum Sororibus Hospitalariis a se institutis.

Cum ideo se Lutetiam Parisiorum contulisset mense Septembris eodem anno ibique priore paralysis incursu esset correptus mense Martio anno 1913, pariter eodem anno, mense Aprili relegatus est in

domum Dinaniensem, ubi, altero impetu paralysis oppressus, pie, uti vixerat, in Domino obdormivit die 24 mensis Aprilis anno 1914.

Eius corpus subinde in Hispaniam translatum, sepultum est in coemeterio oppiduli *Ciempozuelos*, in quo sunt domus princeps restaurationis Ordinis et domus fundationis Sororum Hospitalariarum. Anno 1924, ab aedicula coemeterii delatum est ad aediculam contiguam ecclesiae earundem Religiosarum.

Summatim dici potest Servum Dei, multis variisque perfunctum laboribus, se totum et fidentem commisisse misericordi caritati Dei et eius Providentiae paternis consiliis; constanter, fideliter et firme Christi vestigia institisse virginis, pauperis, oboedentis et pii; fortitudine vicisse omnes difficultates quae magno eius operi efiiciendo obstiterunt, et aequo animo tolérasse cruciatus spiritus et corporis, quibus est amictus extremis vitae suae annis; rursus, qua restauratorem et institutorem, commonuisse de primigenio charismate Ordinis Hospitalarii S. Ioannis a Deo, nisum principio redintegrandi coniunctionem medicinae spiritus et corporis secundum unitatem hominis individuam.

Fama sanctitatis Servi Dei in vita, aucta post mortem, multaeque gratiae, vel prodigiosae, eius intercessioni tributae, causa fuerunt cur legitimi Processus ad beatificationem obtinendam initium haberent. Hinc annis 1945-1947 acti sunt Processus Ordinarius apud Tribunal ecclesiasticum Matritense et Processus Rogatorialis apud Tribunal Romanum. Kalendis Martiis anno 1955 editum est Decretum super scriptis eidem Famulo Dei tributis, et die 26 mensis Februarii a. 1964, introducta est Causa beatificationis apud Apostolicam Sedem. Denique, die 10 mensis Octobris, eodem anno, proditum est Decretum super *non cultu.*

Annis 1965-1967, in eodem Tribunali Matritensi celebratus est Processus Apostolicus super virtutibus in specie eiusdem Servi Dei. Dein, die 29 mensis Martii, anno 1969, probata est validitas Processuum Ordinariorum et, parte, validitas Processus Apostolici; unde a die 15 Octobris eiusdem anni ad diem 27 mensis Iunii insequentis anni 1970, necesse fuit celebrari Processum Apostolicum Additicium, cuius validitas probata est die 22 mense Ianuario, anno 1971.

Quo melius declararet quasdam quaestiones historicas ad diuturnam et multiplicem navitatem Servi Dei, anno 1971 Postulatio petiit et obtinuit ut Officium Historicum-Hagiopraphicum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum investigationem diligentem et criticam

efficeret hac de re, quae in magno volumine edita est anno 1976, cui titulus « Disquisitio historica de selectis quaestionibus vitam Servi Dei spectantibus ex officio concinnata».

Tam laborioso Causae itinere peracto, demum die 10 mensis Novembris anno 1981 convenit Congressus Peculiaris Officialium Praelatorum et Consultorum eiusdem Sacrae Congregationis heroicitatem virtutum Servi Dei excussurus, et die 9 Martii a. 1982 Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium, Ponente seu Relatore Eminentissimo Cardinali Aloisio Ciappi. De felici autem utriusque Coetus exitu certior est factus Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 2 mensis Aprilis anni 1982, qui vota Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum rata habens, mandavit ut super virtutibus heroicis Servi Dei decretum rite conficeretur.

Quod cum factum esset, hodierno die ad Se accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi, Causae Ponente seu Relatore, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus solemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, Servi Dei Benedicti Menni, sacerdotis professi Ordinis Hospitalarii S. Ioannis a Deo, fundatoris Congregationis Sororum Hospitalariarum S. Cordis Iesu, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 11 mensis Maii A. D. 1982.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

HISPALEN.

Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Angelae a Cruce Guerrero González, Fundatricis et Primae Antistitae Generalis Congregationis Sororum a Cruce.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Summus Pontifex Paulus VI, fel. mem., die 12 Ianuarii a. 1976, de virtutibus Venerabilis Servae Dei Angelae a Cruce Guerrero González tam theologalibus, nimirum prudentia, iustitia, temperantia et fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico excultis, constare sollemniter declaravit.

Itaque, huius Causae sollertes actores manus admoverunt ut, ad iuris normam, duas prodigiosas inter sanationes eligerent ex iis, quae, eadem Venerabili Serva Dei intercedente, divinitus patratae dicebantur, easque Sacro huic Foro ad ipsius Venerabilis sollemnem beatificationem assequendam exhibuerunt. Attamen earum sanationum altera, medicorum examini Sacrae Congregationis subiecta, non eum sortita est exitum, quem ius exigit ut ad ulteriora procederetur.

Altera, e contra, sanatio, quae felicem obtinuit discussionum exitum, ea est quae dominae Mariae a Conceptione Garcia Nufiez nuptae Gavino, ipsa Venerabili Serva Dei Angela a Cruce Guerrero González intercedente, obtigit; ipsa, namque, per solam eiusdem Venerabilis invocationem, mense Februarii anno 1938, a pulmonite acuta hypertoxica polmonis dextri, probabilis naturae pneumococcicae, in subiecto graves exitus habente tbc pulmonaris ulcero-caseosae pulmoni sinistri, inopinato, prompte ac perfecte convaluit.

Qua super sanatione processus apostolica auctoritate instructus est apud archiepiscopalem curiam Hispalensem annis 1961-1964, de cuius iuridica forma et validitate Decretum die 25 Septembris anno 1965 editum est.

Iuris deinde servato ordine, eiusmodi sanatio ad Medicorum Consilium huius S. Congregationis relata est, qui, post accuratam atque medicae artis principiis suffultam disceptationem die 16 Iulii a. 1981 habitam, edixerunt eandem sanationem scientiae pervestigatione ac

praeceptis explicari « quoad modum » non posse. Habita est postmodum theologorum discussio, et quidem primum in Congressu, qui dicitur, peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, die 25 Maii huius anni 1982 celebrato; deinde, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium ad Vaticanum die 22 subsequentis mensis Iunii celebrata, in qua Rev.mus Cardinalis Marius Aloisius Ciappi, Causae Ponens seu Relator, dubium posuit disceptandum : *An et de quo miraculo contet, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et qui aderant Patres Cardinales adfirmando responderunt.

Facta, die 12 huius mensis Iulii, super hisce omnibus per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione Summo Pontifici Ioanni Paulo II, Sanctitas Sua vota S. Congregationis i pro Causis Sanctorum rata habens, mandavit ut Decretum super eadem mira sanatione rite appararetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ceterisque de more con vocandis, eisque adstantibus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, supremam proferens sententiam, edixit : *Constare de uno miraculo, Venerabili Angela a Cruce Guerrero González intercedente, a Deo patrato, scilicet de rapidissima ac perperfecta sanatione dominae Mariae a Conceptione Garcia Nuñez nuptae Gavino a pulmonite acuta hypertoxica pulmonis dextri, probabilis naturae pneumacoccicae, in subiecto graves exitus habente tbc pulmonaris ulcero-caseosae pulmonis sinistri.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in S. Congregationis pro Causis Sanctorum acta referri mandavit.

Datum Romae, die 12 Iulii A. D. 1982.

PETRUS Card; **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. 83 **S.**

B Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

ROMANA **SEU** CRACOVIEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Hedvigis Borzfcka, Confundatricis Congregationis Sororum a Resurrectione D. N. I. C.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis mihi fecistis » *(Mt* 25, 40), dicit Dominus.

Innumeri sunt, qui Christi spiritu et amore impulsi, erga egentes omne genus caritatis opera impenderunt; immo, ut efficacius, universales atque in perpetuum infantes pauperesque istis caritatis beneficiis fruerentur, plura Instituta hi sancti viri ac mulieres, praesertim decimono ac vicesimo saeculo, condiderunt.

Hos inter merito Famula Dei Hedviges Borzecka, Confundatrix Congregationis Sororum a Resurrectione D. N. Iesu Christi, est annumeranda.

In pago *Obrembszczuzna,* prope civitatem Grodno, in Polonia, die 2 mense Februario anno 1863, ex nobilibus piisque parentibus orta, die 11 eiusdem mensis et anni sacro Baptismi unda Hedviges renata est.

Anno 1874, demortuo patre, Dei Famula, una cum matre ac sorore Romam pervenit, ubi post biennium devotissime primum Angelorum panem recepit et anno 1878 Sacro Chrismate inuncta est.

A natura ingenio bono instructa atque a pia genetrice ad christianos mores informata, iam puellula ipsa virtutum fructus iucundos et laetitia permixtos ferebat, dum oboedientia et caritatem agendo cogitate exsequebatur, paenitentiae usum appetebat et intimum cum Deo commercium ab infantia inibat, Servo Dei Petro Semenenko conscientiae moderatore.

Totam Christo Sponso se dicare cupiens, post matrimonium sororis Caelinae, die 25 Martii a. 1881, se genetrici sociare statuit in Congregatione Sororum a Resurrectione D. N. Iesu Christi condenda, pro pueris instruendis pauperibusque adiuvandis.

Pluribus adversis superatis, Urbis Cardinalis Vicarius, regulis rite perpensis, die 6 Ianuarii anni 1891, vota Servae Dei eiusque matris perpetua recepit atque vestem imposuit et ad temporaneam professionem primas sodales admisit.

Hac nova in Congregatione Hedviges, quae merito simul cum matre confundatrix consideratur, ipsi matri validissimo fuit auxilio. Fundationem plurium domorum, praeterquam Romae, in Polonia, in Bulgaria atque in Septentrionalis Americae regionibus curavit.

Dubitari nequit ex actis et probatis, quin, propter sanctimoniae documenta, quibus in vitae suae perpetuitate universis conspicua enituerit, Hedviges Borzecka in numerum earum Religiosarum adgreganda sit, quae Christum fideliter secutae essent. Namque in ea simul cum morum probitate excellebat atque eminebat flagrantissimum precationis studium ac praestabilis erga sanctissimam Christi Resurrectionem devotio.

Sanctitatis fama et existimatio Dei Famulae adhuc viventis in ore erat omnium qui eam cognoverant.

Operosam hanc vitam die 27 Septembris a. 1906, in domo Instituti in loco *Kenty*, prope Cracoviam, aetatis suae quadragesimo tertio, sancte conclusit.

Sanctitatis fama Dei Famulae post mortem cito percrebrescente, Causa de Beatorum caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta est.

Anno igitur 1950 in tribunali Vicariatus Urbis processus super fama sanctitatis vitae, virtutum ac miraculorum in genere institutus et anno 1952 absolutus, et per rogatorias, quae dicuntur litteras, in Curiis ecclesiasticis Chicagiensi et Cracoviensi, cum super scriptis ei tributis die 29 Maii a. 1958 decretum esset, Paulus VI, die 10 Aprilis ¡a. 1964 commissionem introductionis Causae propria, ut moris erat, manu signavit.

Apostolicis subinde processibus super virtutibus in specie constructio in Curiis ecclesiasticis Vicariatus Urbis et Cracoviensi, iisque validis agnitis, quaestio apud Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum super iisdem virtutibus, theologalibus et cardinalibus, Servae Dei agitata eset; et quidem primum in Congressu Peculiari die 20 mensis Octobris a. 1981, deinde die 12 mensis Ianuarii anni 1982 in Plenaria Patrum Cardinalium Congregatione, in qua Rev.mus Cardinalis Ladislaus Rubin, Ponens seu Relator, sequens dubium •discutiendum proposuit : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardina-*

libus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

De hisce omnibus facta, die 12 Iulii a. 1982, Summo Pontifici Ioanni Paulo II relatione, Sanctitas Sua sententiam eiusdem Sacrae Congregationis ratam habuit et confirmavit iussitque decretum apparari super heroicis virtutibus Servae Dei.

Hodierno autem die, idem Summus Pontifex ad se accivit subscriptum Cardinalem Praefectum atque Ladislaum Rubin, Causae Ponentem, meque a Secretis aliosque vocari solitos, eisque adstantibus praesens decretum confirmavit et promulgavit, edicens : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Hedvigis Borzçcka, C on fundatricis Congregationis Sororum a Resurrectione D. N. Iesu Christi, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri praecepit.

Datum Romae, die 17 Decembris A. D. 1982.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. ffi S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

V

TARQUINIEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Crucifixae a Iesu (in saeculo: Faustinae Gertrudis Costantini), Confundatricis Religiosarum a Ss.ma Cruce et Passione D. N. I. C.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Christo confixus sum cruci. Vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me et tradidit semetipsum pro me » *(Gal* 2, 19 ss.). Hoc Pauli

dictum, quod eius laus fuit et cuiusque baptizati est propositum, eos impellere deberet, qui Deo per vota religiosa sunt consecrati; namque iisdem esset cum Paulo affirmandum : <(Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo» *(ibid.* 6, 14).

Studium perfectam assequendi similitudinem cum Christo pro salute mundi patiente, totam informavit vitam Famulae Dei Mariae Crucifixae a Iesu, quae cum Sancto Paulo a Cruce (1694-1775) instituit Religiosas claustrales a Sancta Cruce et Passione Domini nostri Iesu Christi.

Serva Dei nata est, praematura, die 18 mensis Augusti, anno 1713, Tarquiniae, quae, eo tempore, Corneti nomine appellabatur, eodemque die est baptizata, nominibus sumptis Faustina Gertrude. Parentes eius fuerunt pii et divites coniuges Antonius Costantini et Hieronyma Falcioni. Duodecim filiorum septima fuit, quorum ultimus factus est sacerdos et canonicus cathedralis ecclesiae Tarquiniensis ; duae autem sorores primum monasterium benedictinum S. Luciae ingressae sunt, deinde monasterium sororum a Passione Iesu Christi.

A matre antea christianis educata praeceptis, scholas inde frequentava Magistrarum Piarum. Septem annos nata, die 19 mensis Martii anno 1720 per Confirmationem Spiritus Sancti peculiarem effusionem accepit et dona ; primo vero Cena dominica usa est, pro more temporum, anno 1726.

Cum fere decem esset annorum, quasi per triennium, aliquantulum est allecta vanitatibus, matris reprehensionibus neglectis; sed tandem gratia « clarissimi luminis » admonita, intellexit quam levia inaniaque essent humana, incepitque «odio habere omnia quae prius tantum diligebat» et «assidue de Passione Iesu Christi deque acerbissimis eius Matris doloribus meditari», non parvis adiunctis voluntariis paenitentiis.

Cum constanter in precationem incumberet et quamlibet exerceret christianam virtutem, mox animadvertit **se** ad perfectiorem vitam vocari per plenam Deo consecrationem, sed nequivit hoc propositum statim ad effectum adducere ob familiae condicionem. Mortua enim matre (1730) ei fuerunt fratres minores natu curandi, cum soror maxima natu iam esset monasterium ingressa. Eos exspectationis annos quasi « severissimum novitiatum » egit, tales exercendo paenitentias, quales vel religiosae essent heroicae visae. Quamvis austeriorem regulam optaret sequi, confessori suo tamen oboediens in

propinquum S. Luciae monasterium O. S. B. introivit — quod et hodie floret — nomenque sumpsit Candidam Crucifixam, ibique est vota sollemnia professa die 22 Novembris anno 1734.

Officiorum, quae in se receperat, bene conscia, Serva Dei exemplo facta est in virtutum monasticarum exercitio, vera contemplativa, cum non communibus pietatis donis praedita esset et Sponso crucifixo peculiariter coniuncta. Oboedientiae consensu asperam paenitentiis vitam est aggressa, adeo ut fieret « admirabilior quam imitabilior » ; etenim frequentia et dura ieiunia exsequebatur, fragile corpus instrumentis castigabat pro peccatoribus expiando, in spiritu, quem dicunt, reparationis, nec tamen actus vehementissimae caritatis erga sorores neglegebat, imprimis erga aegrotas et auxilii indigentes; unde in monasterio «exemplar vitae monasticae» habebatur, «deliciae et solacium propter amabiles suas sanctasque dotes ».

Ad eius spiritualem vitam eiusque futurum maximum momentum habuit providus occursus, ineunte fere anno 1737 (cum Serva Dei paulo plus viginti tres annos ageret) cum Sancto Paulo a Cruce, qui pluries in monasterio Sanctae Luciae exercitia spiritualia praedicavit. Congregationis Passionis Institutor magnitudinem animi Famulae Dei intellexit et, sive colloquiis et, sive commercio epistulari, eius spiritus moderationem suscepit dumque vixit perrexit; sicque eam dilectam filiam praeparavit et duxit, ut primario esset loco in novo Instituto Religiosarum a Passione.

Sanctus Paulus a Cruce iam ea mente erat, etiam ob crebra ministeria in variis religiosarum monasteriis exercita obque cum generosis mulieribus consuetudinem, ut «secessum conderet tamquam nidum pro dilectis Crucifixi columbis », cupiens illum reddere « monasterium animarum sanctarum et magnanimarum » quae, « mundo mortuae, similes essent, virtutibus, paenitentia et incommodorum tolerantia, Iesu Patientis et Mariae SS. Perdolentis, quae abbatissa esset monasterii ».

Sanctus ille Institutor quando Tarquiniam, et frequenter quidem, visitabat, potissimum ministerii causa, a familia Costantini plerumque hospitio accipiebatur, interdum cum fratre suo Ven. P. Ioanne Baptista (1695-1765). Cum fratres Costantini, heredum expertes, eo quod minimus Archangelus (f 1754) barbare necatus est, statuerunt bona sua in condendum Tarquiniae monasterium consumere, Dei consilium clarius apparuit.

Serva Dei interea in mystica disciplina proficiebat, in qua verti-

cem divinae unionis attingere visa est, intimis suffulta vocibus se futuro monasterio destinatam esse, aliisque divinis ditata muneribus, sed simul infirma valetudine, indignationibus et spiritus ariditate vexata.

Multis cum difficultatibus monasterio exstructo, Famula Dei ita spiritu parata, sororibus benedictinis eam desiderantibus, die 3 mensis Maii, anno 1771, rescripto pontificio obtento, ad novum monasterium Passionis devertit, atque vestem Passionis induit cum decem aliis candidatis semelque nomen accepit Mariam Crucifixam a Iesu. Munere fungendo antistitae simul et magistrae novitiarum, cum sororibus se ad professionem praeparavit, quam nuncupavit die 20 mensis Maii anno 1772, tribus suetis quarto addito voto «provehendi religiosum cultum et gratam memoriam Passionis et Mortis Iesu Christi » (quod est proprium Congregationis Passionis) et, praeterea, voto clausurae. Postridie Serva Dei rite electa est praeses monasterii, quod officium rexit per totam fere reliquam vitae partem. Merito igitur ea dicitur una cum Sancto Paulo a Cruce conditrix fuisse, tum quia huic auxilium in constituendo monasterio tulit, tum quia ad spiritum Passionis informavit primas novi Instituti alumnas.

Omnium sororum a Passione in muniis obeundis prima, in diurna et nocturna regulae observantia assidua, orationis et contemplationis exemplar et magistra, cum Sponso crucifixo cumque Maria Perdolente arcte coniuncta, magna humilitate miranda, vehementi incensa caritate pro peccatorum salute, Serva Dei novum monasterium rexit « magna cum sedulitate, vigilantia et caritate » atque prudentia, quod velut sedes est factum precum et expiationis pro Ecclesia et Pontifice.

Optata cum esset consecuta, a divina voluntate clarissime illuminata, Famula Dei ad singularem fidem pervenit, qua sine intermissione Deo adhaerebat, per ardentem spei theologalis sitim, per caritatem « incensam » erga « sponsum sanguinis » et sorores, per fortitudinem eximiam in spiritus laboribus et in infirmitatibus.

Etsi erat imbecillior valetudine, multas et crebras tamen paenitentias regula statutas numquam praetermisit, extraordinariis tantum omissis, ex oboedienta, quas antea servabat. Diaboli vexationes non ei defuerunt, quae et patientiam eius temptarunt et spiritum expoliverunt. Procedente tempore celare non potuit canceraticum morbum quo iamdiu torquebatur, quia horridum coaluerat ulcus, unde lectulo affigebatur, aut stans vel genibus nixa manebat. Mense Oc-

tobri anno 1781 usum oculi sinistri amisit, et anno 1784 etiam dextri, omnino caeca facta. Attamen etiam in gravissimis doloribus Serva Dei prompta fuit ad ((tolerandum quod Deus volebat».

Hoc modo purificata, accepto S. Viatico et oleo infirmorum, atque Religiosis circumstantibus benedictione data per imaginem Iesu crucifixi, gaudens « pace et conscientiae tranquillitate caelesti », in Domino obdormivit primo diluculo die 16 mensis Novembris anno 1787, paulo magis 74 annos nata.

Serva Dei eiusque virtutes homines nostrae aetatis vehementer admonent ne « antiqui inimici » instigationi succumbant, qui ((omnino nititur .... ab omni bono exercitio evacuare ; a sanctorum scilicet cultu, a pia Passionis memoria, a peccatorum utili recordatione, a proprii cordis custodia et a firmo proposito proiiciendi in virtute » *(De Imitatione Christi,* III, 6, 6). Imprimis vero admonent contemplativos et contemplativos ut, secundum adhortationem Concilii Vaticani II, « in solitudine ac silentio, in assidua prece et alacri paenitentia soli Deo vacent, in Corpore mystico, in quo "omnia membra non eundem actum habent" *(Rom* 12, 4) » *(Perfectae Caritatis,* 7).

Fama sanctitatis, qua Serva Dei vivens floruerat apud sorores benedictinas et sorores a Passione, post eius mortem divulgata est, praesertim cum eam Sanctus Paulus a Cruce fraterque eiusdem Ven. Servus Dei Ioannes Baptista laudibus extulissent ; atque varias ad continentes pervenit, maxime hoc saeculo Congregatione Passionis increbrescente et augescente numero monasteriorum sororum a Passione ; potissimum autem postquam Sancta Gemma Galgani, voto soror a Passione, non professione (nisi cum votis privatis extrema hora editis), vulgo innotuit tamquam Passionis filia spiritualis.

Processus ordinarii ad beatificationem impetrandam, qui inchoati non erant etiam ob paupertatem unici monasterii, in Curia Tarquiniensi instructi sunt annis 1924-1931 super fama sanctitatis, virtutibus et miraculis in genere Servae Dei, et insuper super scriptis ei tributis. Haec inspecta sunt a Sacra tunc temporis Rituum Congregatione die 4 mensis Maii anno 1937, et Decretum ad ea pertinens proditum est die 12 insequenti. Processus « super non cultu » est instructus diebus 3-6 Februarii anno 1965 in eadem Curia. Interea Sectio Historica Sacrae Rituum Congregationis multa collegerat instrumenta de vita deque virtutibus Famulae Dei, quae die 28 mensis Octobris anno 1964 excussa sunt et probata. Causa est inde introducta die 15

mensis Iulii anno 1974. Praescriptis servatis, rogante Postulatore Generali Congregationis Passionis, P. Carolo Lizarraga, convenit Congressus Peculiaris super virtutibus heroicis Famulae Dei Mariae Crucifixae a Iesu die 16 mensis Februarii a. 1982, postea Plenaria Congregatio Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Sergio Cardinali Guerri, die 16 Novembris eodem anno. Tum Rev.mi Cardinales, tum antea Officiales Praelati Patresque Consultores, proposito dubio num Serva Dei virtutes christianas heroum in modum coluisset, affirmantes responderunt.

Quibus de rebus certior factus, die 29 mensis Novembris anno 1982, per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II vota Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum rata habens, mandavit ut Decretum super heroicis virtutibus rite appararetur.

Quod cum factum esset, Beatissimus Pater, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Sergio Guerri, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis aliisque de more convocandis, iisque astantibus, sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis Servae Dei Mariae Crucifixae a Iesu (in saeculo : Faustinae Gertrudis Costantini), confundatricis Religiosarum a SS.ma Cruce et Passione D. N. L C, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 17 Decembris A. D. 1982.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L.© S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

VI

PARISIEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Danielis Brottier, Sacerdotis professi Congregationis Sancti Spiritus sub tutela Immaculati Cordis B. M. V.

SUPER DUBIO

*An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum **in** Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Inter eos qui Christifidelibus colendi proponuntur et ad imitandum, multi inter se dissimiles inveniuntur. Eorum alii Deum nacti sunt inter vitam suam, interdum post aliquot annos in neglegentia vel etiam in peccato actos; sed Deo se totos dediderunt, postquam iis, se patefecit ; alii ab infantia aut a prima iuventute Deum habuerunt, et enisi sunt ei totam tribuere vitam plena donatione, quae nonnumquam sine varietate fuit, nonnumquam vero varia in variis ministeriis vel rerum temporumque condicionibus.

Servus Dei Daniel Brottier unus est horum, quos ultimos commemoravimus, quomodo tota eius vita confirmat : fuit enim presbyter dioecesanus, missionarius in Africa, cappellanus militum bello omnium gentium communis, quod saeviit annis 1914-1918; restitutor, et talis quidem qui visus sit institutor, operis Parisiensis cui nomen ((Orphanitirones)) a loco *Auteuil,* orbatis parentibus et derelictis pueris accipiendis et educandis.

Is natus èst die 7 mensis Septembris anno 1876 piis honestisque parentibus in pago vulgo appellato *La F erte Saint-C yr,* intra Blesensis dioecesis fines, estque die 17 eiusdem mensis eodem anno sacri fontis aqua renatus et nominatus Daniel, Iulius, Alexius. A die 11 mensis Aprilis anni 1887, quo primum SS. Eucharistiam accepit, de statu clericali sequendo cogitavit. Hinc est seminarium ingressus et, studiorum ratione laudabiliter confecta, magno cum gaudio die 22 mensis Octobris anno 1899 sacerdos factus.

Cupiebat equidem non in finibus manere dioecesis ubi natus est, tametsi haec valde presbyterorum inopia laborabat; sed appetebat,

ea relicta, iis se addicere qui, ut opinabatur, cum neglectissimi essent, numquam fortasse nomen Iesu audierant. Debuit tamen aliquot annos suam sacerdotalem actionem in utilitatem impendere suae dioecesis. Est inde in ephebeo ecclesiastico loci *Pontlevoy* nominatus educator iuvenum, qui hoc institutum crebri frequentabant.

Sed post duos annos obtinuit ut se conferret ad Congregationem missionariam Sancti Spiritus et Immaculati Cordis Mariae, in qua peracto novitiatu priora religiosa vota est professus die 3 mensis Septembris anno 1903.

Subinde, ex optato, est ad Senegaliam missus. Haec sane non erat Africa omnino pagana quam quaesiverat, sed Superioribus consideranda fuit valetudo Famuli Dei, qui iamdiu capitis doloribus acerbissimis opprimebatur. Haec vero infirmitas, qua usque ad mortem fuit affectus, perdifficilem reddidit, sed etiam laude digniorem, gravium munerum functionem.

Adactus ad Africam anno 1906 relinquendam, eodem revertit, brevi temporis spatio ad levamen in Gallia acto, per quod de vita contemplativa persequenda cogitavit. Sed infirma valetudine non sinebatur Deo se tradere austeriore vitae ratione, et est in Africam reversus. Sed necesse quidem fuit inde semel in perpetuum eum redire anno 1911.

In Gallia Superiores ei mandaverunt ut adhuc pro Africa laboraret. Munus suscepit curandi opus « Auxilium Africanum » dictum ; quod opus eo spectabat, ut bonam hominum voluntatem excitaret utque pecuniam colligeret ad aedificandam Dacariae ecclesiam, quae memoriae traderet eos, qui vitam suam impenderant pro bono et dignitate Senegaliae ; eaque ecclesia futura erat cathedralis nascentis urbis.

Eventus felix erat indubitatus; sed mox, anno 1914, bellum exarsit : et ille de Europa sollicitus vires suas pro ea consumendas putavit.

Daniel Brottier, quolibet militiae munere vacans, cappellanum se obtulit ut militibus praeberet subsidia et solacia ministerii sui. Condiciones rerum periculosas nihil timebat. Factus est cappellanus « fabulosus », ab omnibus invocatus, qui eius auxilio indigebant ; et potestates militares agnoverunt, insignibus concessis, eius animum et studium. Is tamen nihil aliud facere voluit, quam suum exercere sacerdotis munus.

Sodalitatem et amicitiam, quae in discrimine oriuntur, Daniel Brattier conatus est servare post pacem compositam, et auctor fuit ((Consociationis publicae veteranorum ».

Sciebat fiduciam parere, alacritatem excitare, custodire et exciere in animis sensus coniunctionis, odio contrarios et diffidentiae.

Anno 1923 Deus aliud ei negotium assignavit dissimillimum, in quod incubuit per tredecim extremos vitae suae annos; quod negotium in eo erat, ut instauraret opus appellatum « Orphani-tirones » a loco *Auteuil.*

Suae infirmitatis conscius, et sibi tantundem persuasum habens pueris derelictis, qui ei committendi erant, opus esse muliebri tutela, domus patronam et defenstricem delegit Sanctam Teresiam a Iesu Infante. Haec suscepit has partes eadem largitate et benignitate, quam est pollicita in ipsa morte, affirmans se caeli sui tempus posituram in bene faciendo super terram. «Rosarum pluvia» cecidit copiosa in manus P. Brottier. Hic vera est adeptus miracula obtentis simul donis et praesidiis omnis generis, ut plures exciperentur pueri et vestirentur et instructi essent ad artes discendas et in operas mitterentur diplomata consecuti tirociino confecto.

Videtur in his ministeriis molitoris et temperatoris P. Brottier melius ostendisse omnes suas dotes et virtutes : *caritatem* ante omnia in eos qui in miseriis versabantur quique mox ad eum concurrerunt ab omnibus vicis Lutetiae Parisiorum et a Provincia; adeo ut nonnullae aedificandae essent ruri domus; *fidem* divinae Providentiae, quae sine intermissione eum sustinuit in inceptis ancipitibus et sumptuosis, et in *spe* firmissima Deum non posse deserere eos, qui pro eo laborant, et in persuasione horum fiduciam non deceptum iri.

Nullus testis potuit notare eum contra *iustitiam* deliquisse, quamvis multa negotia ei gerenda fuissent, multa pecunia tractanda.

Nec est silentio praetereunda eius *fortitudo* in omnibus rebus adversis, maxime in morbo, sed etiam in certaminibus et in contentionibus tam difficilibus et non sine *patientia* atque bonitate in omnes aggrediendis.

In nulla re potuit quispiam eum, *prudentia* nisum divina, quae eius sensum communem et negotiorum peritiam adiuvabat, ob consulta dubia incusare.

Talis vir, sacerdos, missionarius, sui immemor pro ceteris in periculis et in miseriae difficultatibus, dignus est qui cognoscatur et proponatur non solum patronus, verum etiam exemplar ad imitandum iis omnibus qui se dedere Deo cupiunt in proximis.

Lethali morbo typhoideo fractus, quem invicto serenoque pertulit animo, Servus Dei, morientium Ecclesiae Sacramentis roboratus, vir-

tutum et meritis dives, obdormivit in Domino die 28 mensis Februarii anno 1936, sanctitatis fama condecoratus.

Qua perdurante, imo in dies crebrescente, supernisque signis a Deo confirmata, agi coeptum est de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis. Instructi sunt igitur annis 1946-1949, ordinaria auctoritate, in Curia ecclesiastica Parisiensi, et per rogatorias in Curiis Blesensi et Dakarensi, processus super eadem fama sanctitatis, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super cultu liturgico non praestito eidem Servo Dei. Quae iuridicae inquisitiones Romam delatae sunt atque discussae. Die autem 8 Octobris anno 1956 edito decreto super scriptis Dei Servo tributis, Ioannes Papa XXIII introductionem Causae apud Apostolicam Sedem die 8 Februarii a. 1961 approbavit. Constare deinde de oboedientia TJrbanianis praescriptionibus super indebito cultu Sacra tunc Rituum Congregatio die 16 Martii a. 1962 edixit. Apostolicae Sedis auctoritate postmodum in Curiis Parisiensi et Dakarensi, annis 1962-1965, processus adornati sunt super virtutibus in specie Famuli Dei. De omnium autem processuum iudica validitate latum est decretum die 2 mensis Iulii anno 1966.

Quibus omnibus rite absolutis, deventum est ad discussionem super virtutibus tum theologalibus tum cardinalibus iisque adnexis Servi Dei, prius quidem in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 2 mensis Martii anni 1982 habito; et deinde, die 14 Decembris eodem anno, in Coetu Ordinario Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Petro Paulo Philippe. De favorabili autem utriusque Coetus exitu Summus Pontifex Ioannes Paulus II est certior factus die 17 mensis Decembris eiusdem anni, per subscriptum Cardinalem Praefectum; et Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum rite appararetur super heroicis Servi Dei virtutibus.

Quod cum rite esset factum, Summus idem Pontifex hodierno die, accitis Cardinalibus infrascripto et Petro Paulo Philippe, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, Servi Dei Danielis Brottier, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 13 mensis Ianuarii A. D. 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

It. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

VII

MONACEN, ET FRISINGEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Teresiae a Iesu Gerhardinger, fundatricis Congregationis Pauperum Sororum Scholasticarum Dominae Nostrae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Iam inde a multis saeculis et praesertim post colluviem errorum identidem pervagantium, per quos conatus capti sunt Christi unicam Sponsam a gremio populorum penitus evellere, Ecclesia Catholica ius suum nativum gentes sibi creditas tum principia religiosa tum civilia edocendi haud semel aperte declaravit; quod quidem tum actis sanctorum mirabilibus, tum eiusdem Ecclesiae documentis, in quibus lucidissima exstat declaratio conciliaris « Gravissimum Educationis » anno 1965 edita, clare confirmatur.

In generosos autem christifideles qui, temporum iniquitate moti, et huic ipsi apta remedia comparare nitentes, totos se, sine exceptione, pueris educandis dediderunt atque, Dei favente consilio, coetus constituerunt qui ad hunc diem admirationem populis iniciunt, sine dubio ascribenda videtur esse Famula Dei Maria Teresia a Iesu, antea Carola Gerhardinger, quae superiore saeculo Pauperum Sororum Scholasticarum a Domina Nostra providentissima fuit mater ac sapientissima magistra.

Orta die 20 mensis Iunii anno 1797 in pago *Stadtamhof* ad moe-

nia urbis Ratisbonensis atque rite lustrali aqua abluta et sacro chrismate linita, novennis digna habita est quae primum ad Cenam Dominicam accederet. Ab ecclesiae cathedralis parocho Wittman, qui postea dignus successor fuit Sancti Emmerani Ratisbonensis episcopi, sapienti delecta consilio, ut sese ad puerorum excolendorum utilitatem referret, puella quindecim annorum munus sibi commissum feciliter auspicata est, pastorem itidem voti certiorem faciens, qui novum Institutum in locum sublatarum monialium a Domina Nostra, a sanctis Petro Fourier et Alexia Leclerc conditarum, sufficere cupierat.

Vita apostolica Famulae Dei inter duos maximos eventus, qui contra Ecclesiam in Germania priore saeculo evenerunt, interposita videtur. Ad resarcienda enim damna e « saecularizatione)) exorta, Maria Teresia operis sui fundamenta iecit et sub fine vitae, prouti ex reliquis viribus poterat, ex *Kulturkampf* orta damna curavit sananda. At praeter quae memoravimus, quorum pondus gravissimum fuit et perlatu peracerbum, tota Familiae Dei vita inusitatae alacritatis fuit in educandos pueros, praesertim vero, ut par est, puellas, et faustis eventibus copiosa. Virgultum enim quod Numburgi in Bavaria primas attigerat vires, arbor facta pervalida, Monachii radicibus captis, tandem extra patrios fines adeo germinavit, ut hodie familia a Dei Famula condita, maxime in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis (ubi, sicut ceterum alibi, Dei Ancilla merito creditur Sanctae Franciscae Xaveriae Cabrini antevenisse) milia non pauca habeat asseclarum, qui christianae puerorum utilitati sedulo operam insumunt.

Nec nimirum potestatum defuit consensus. Dum enim reges Bavariae, operis eximium meritum agnoscentes, omnimodis illi favebant, eidem Ecclesia, materna cura, tum Ratisbonae (a. 1834) tum Romae (aa. 1854 et 1865) praestitutis adprobationibus concessis, liberam sodalitati crescendi viam patefecit.

Sed Ancilla Dei, dum in opere a se condito dilatando ac firmando summam impendebat curam, nec laboribus parcendo, neque incommoda vitando quae aliquando ab ipsa ecclesiastica auctoritate ortum ducebant, testium communi consensu, per heroicum christianarum virtutum exercitium solidum sanctitatis aedificium ad caelum extollebat, vere parata, ut Chrysostomi verbis utamur, « suo exemplo docere quod praecipiebat » (cfr. *Horn* 20 *sup. 1 Cor).*

Extremi Mariae Teresiae anni vel non acute consideranti subito ac palam referti videntur curis et sollicitudinibus detenti. Opus enim

a Dei Famula conditum, ob temporum nequitiam et infensas leges, ut dissolveretur fore videbatur; ipsa autem, mulier fortis iam aetate provecta, soli Deo fisa, quantum poterat damna propulsando imminentia et patratis medendo, familiae suae religiosae iucundiores praeparabat dies. Quod revera factum est : hodie enim Congregatio Pauperum Sororum Scholasticarum a Domina Nostra ubique terrarum late diffusa, fundatricis vestigia sedulo secuta, innumeris Ecclesiam et iuvenes afficit beneficiis et, de societate quoque civili optime merita, in maximis Institutis, quae in educationem puerorum incumbunt, iure adnumeratur.

Gravi morbo correpta, quem tamen summa patientia toleravit, Dei Famula, die 9 mensis Maii, anno 1879, ipso Apostolico Nuntio preces pro moribundis rite dicente, supremum diem obiit seseque prompto laetantique animo, virtutibus christianis heroice exornato, Divino animarum Magistro in aevum coniunxit.

Mors summam ei conciliavit laudem; Nuntius ipse funebria celebravit, dignam vitae conclusionem, per quam ubique et ultra communem hominum morem Famula Dei <(mitem, diligentem, sollicitam » se praebuit.

Sanctitatis fama qua vivens Dei Famula floruit, licet virtutum fulgorem humilitate tegere summopere studerei, mirum in modum post eius obitum quasi torrens ex monte praecipiti devolutus erupit, eaque in dies crescente investigationes canonicae agi coeptae sunt.

Instructi sunt igitur, annis 1929-1932, ordinaria potestate apud Curiam Monacensem processus informativus super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super indebito cultu non praestando; quibus ad Apostolicam Sedem transmissis servatisque de iure servandis, Causa beatificationis Servae Dei, approbante Pio Papa XII, introducta est die 11 mensis Iulii a. 1952. Edito deinde, die 27 Novembris a. 1952, decreto super obtemperatione TJrbanianis praescriptionibus circa publicum cultum eidem Servae Dei non exhibitum, adornatus est annis 1953-1955 apostolica auctoritate apud eandem Curiam Monacensem processus super virtutibus in specie eiusdem Famulae Dei : de omnium autem processuum iuridica forma et vi decretum exiit die 31 mensis Ianuarii a. 1959.

Quibus peractis, quaestio apud Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum agitari coepta est super virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis Servae Dei Mariae Teresiae a Iesu Gerhardinger, et quidem primum, die 18 Maii anno 1982, in Congressu Pecu-

liari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum; postea, die 7 Decembris eodem anno, in Congregatione Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Eev.mo Mario Aloisio Ciappi. Qui quidem cuncti dubio num eadem Serva Dei virtutes coluisset heroum in modum affirmando responderunt. Summus autem Pontifex Ioannes Paulus II, cui praedicta omnia per infrascriptum Cardinalem Praefectum die 17 eiusdem mensis Decembris relata fuere, responsum Patrum Cardinalium ratum habens, iussit ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus appararetur.

Quod cum rite factum esset, Sanctitas Sua hodierno die, accitis cardinalibus subscripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, iisque astantibus edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico Servae Dei Mariae Teresiae a Iesu Cferhardinger, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 13 Ianuarii A. D. 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

It. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

VIII

MEDIOLANEN.

Beatificationis seu declarationis martyrii Servi Dei Ioannis Baptistae Mazzucconi, sacerdotis Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris, in odium Fidei a. 1855 interfecti.

SUPER DUBIO

An contet de martyrio eiusque causa, in casu et ad effectum de quo agitur.

Decretum Concilii Vaticani II de missionali activitate Ecclesiae, declarat *missum,* cum intrat in vitam et missionem eius, qui ((semet ipsum exinanivit formam servi accipiens» *(Phil* 2, 7), testimonium

reddere debet «Domino suo, si necesse est, usque ad sanguinis effusionem» *(Ad Gentes,* n. 24).

Pro Domino suo sanguinem effundere semper exoptavit Servus Dei Ioannes Baptista Mazzucconi, sacerdos Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris, adeo ut diceret : « Beatus is dies, quo mihi dabitur pro causa tam sancta et pia (i. e. pro animarum salute) multum pati, sed beatior is, quo dignus inveniar ut pro ea et sanguinem fundam et per cruciatus morti occurram ». Eius voto a Domino exaudito, martyrii palmam est adeptus prima mensis Septembris decade anno 1855, ferarum gentium Melanesiae, quibus Iesu Salvatoris bonum nuntium attulerat, victima.

Is natus est Rancii Leuciensis, in finibus archidioecesis Mediolanensis, Kalendis Martiis anno 1826, probissimorum coniugum Iacobi Mazzucconi et Annae Mariae Scuri duodecim filiorum nonus, e quibus tres sacerdotes facti sunt et quattuor religiosae. Postridie, cum est baptizatus, nomina ei indita sunt Ioannes Baptista Albinus. Die 23 mensis Octobris anno 1834, sacramento Confirmationis accepto, est fortitudine Spiritus Sancti roboratus, qua fieret aliquando Christi praeco in longinquis regionibus, usque ad sanguinis effusionem.

Pietatis et mansuetudinis exemplar, vocem Domini secutus, autumno anni 1840 ingressus est seminarium archiepiscopale S. Petri Martyris, tamque fuit moribus egregius et studio deditus, ut a superioribus iudicaretur « optimus in moribus, optimus in omnibus ». Iam de eo rector Collegii Cavalieri, in loco *Parabiago* siti, ubi Servus Dei studia gymnasialia exercuerat et primum SS. Eucharistiam acceperat, testabatur : « Vidi eum primum Eucharistiae sacramentum recipere ; exinde non alium ab angelo vidi eum, quotiens in conspectum meum venit ».

In seminario philosophico Modiciano, quod per biennium 1844-1846 frequentavit, eminuit mira erga omnes affabilitate, proclivitate ad veniam dandam, magna in SS. Eucharistiam et in S. Virginem pietate. Paradisi amantissimus candide profitebatur : « Facere non possum quin paradisum memoria teneam », de eoque tantum loquebatur, ut magister spiritus ei interdiceret ne amplius de eo loqueretur et cogitaret.

Mediolani, annis 1846-1850, constanter optimus fuit iuvenis et seminarii alumnus, et intellegentiae atque virtutis exemplar, ibique scholas theologicas perfecit. Seminarii rector eum dicebat «dulcem,

pium, modestum, habilitate ad studia sive humanitatis sive scientiarum eminentem, spiritu ecclesiastico praecellentissimum ».

Iis annis mente agitavit suam ad missionem vocationem, instinctus lectione persecutionum quas christiani in Sinis et in Tonchino patiebatur. Per exercitia spiritualia in quae incubuit ut se praepararet ad sacerdotalem ordinationem, quam accepit die 25 mensis Maii anno 1852, epistula scripta petiit ut sibi concederetur unus esse ex primis alumnis Instituti Missionalis quod dominus Angelus Ramazzotti, episcopus Papiensis et postea Venetiarum patriarcha, conditurus erat hortante Pio IX. « Iam aliquot annos missiones cupio, scripsit, et hoc votum Dei offerre volo, cum primum in manus meas descenderit ».

Fuit igitur unus eorum qui Pontificium Institutum pro Missionibus Exteris aperuerunt, ad cuius vitae et actionis leges statuendas et ipse contulit. Composuit inter cetera eas ardentes precationes missionales, quae adhuc in usu sunt in Instituto, in quibus ostendit martyrii, tamquam sui apostolatus coronae, vehementem appetentiam.

Postridie Idus Martias anno 1852 cum sex aliis sodalibus in Oceaniam profectus est ad Missionem Melanesiae et Micronesiae, novo Instituto assignatam. Septem mensium fuit iter illud infestissimum, per quod Servus Dei vectores et nautas adiuvando enituit. Missionarii in duos globos divisi sunt in insulis Woodlak et Rook. In hac Servus Dei constitit, una cum Praefecto Apostolico P. Reina. Cum sodalibus se consociavit in linguarum et locorum studium, in angores ob earum gentium repugnationem contra evangelium obque earundem inauditam morum coruptelam. Sed paulo post Servus Dei plus quam reliqui missionarii intractabilibus febribus affectus est, quibus acerbissime ingravescentibus toto corpore ulcera orta sunt, unde turbatus est et exhaustus. Sed omnino Deo fisus, cui dolores offerebat pro conversione earum gentium, omnia patientissime et aequo animo toleravit. Aliquando plus duobus annis eo deductus est, ut timor eset ne moreretur; quam ob rem mense Ianuario anno 1855 Praefectus Apostolicus P. Paulus Reina iussit eum Sydneum se conferre ad valetudinem curandam; sed ita convenerat ut recuperara sanitate ad Missionem rediret.

Sydneii, dum valetudinem tuebatur, indefatigato ardore motus, persecutus est necessitates, ad corpora et praesertim ad animos pertinentes, Italorum qui eo migraverant. Ubi primum satis consanuit, cordi ei fuit ad insulam Woodlak revertere, quo missionarii statuerat coire.

Die 18 mensis Augusti naviculam « Gazelle » conscendit, putans posse se odbviam sodalibus fieri iisque ferre auxilia; sed missionarii, morbis et fame extenuati et contìnuo pressi periculo ne ab indigenis interficerentur, qui non amplius patiebantur eos praesentes esse iamque stragem omnium edere proposuerant, vicissim Sydneium versus conscenderant, quo pervenerunt quinque dies postquam Servus Dei est profectus. Hic in sinum insulae Woodlak invectus est prima decade meinsis Septembris. Navis in vadum coralliorum imi maris illisa est. Cum insulani navem illisam prospexissent, ad eam appropinquaverunt : duodequintaginta viri sex lintribus vecti, primo specie pacifici, fingentes velle se in illo incommodo auxilum ferre. Servus Dei Mazzucconi expectabatur ; namque sodales profecturi, opinantes eum esse reversurum antequam ipsi Sydneium pervenirent — uti re vera accidit — duas epistulas reliquerant, quas indigenis commiserant ei reddendas. Sed hi statim accuratum inierunt consilium de nece Servi Dei, iuxta quod omnes nautas occiderent, ne ullus redire posset ad se ulciscendum, et navem praedarentur. Et reapse quidam Avicoar, ad scelestum facinus delectus a principe insulae Woodlak, ferocitate notissimo, cum navem subire valuisset postquam est primo a gubernatore eiusdem laboriose submotus, ad Servum Dei accessit et simulata salutatione comprehensa manu eius, extracta securi quam subligaculo tegebat uno ictu eum mortuum prostravit. Communis internecionis hoc erat signum constitutum; navis est expoliata et occisorum corpora in mare sunt deiecta.

Haec caedes nonnisi post octo menses detecta est lustratione eo facta, ut corpus Servi Dei et navicula *Gazelle,* quae non erat Sydneium reversa, exquirerentur.

P. Timoleon Raimondi (qui fuit postea episcopus Hongcongensis) dux lustrationis subtilem est consecutus eius occisionis expositionem. Odium in christianae religionis praecones, qui disciplinam praedicabant ab eorum moribus maxime abhorrentem, feros illos incultosque homines ad facinus impulerat, ut praesentiae missionariorum in insula semel finem facerent.

In omnibus missionariorum circulis, qui bene noverant quo odio illi perversi homines flagrarent, Servus Dei Mazzucconi est martyr habitus. Sensus Servi Dei, tum in precationibus manifesti, tum potissimum in ultimis epistulis ab eo missis prius quam navigationem incepit ex qua non est reversus, probant eum martyrium exoptasse et

conscium esse idem accidere posse in terra apostolatus sui, perinde ac illud imminere praesensisset.

Fama martyrii et sanctitatis Servi Dei brevi per Australiam et Europam pervagata est, multis confirmata supernis gratiis eo deprecante obtentis, quarum nonnullae singulares profecto esse videntur.

Iam ab anno 1858 postulata est Ioannis Baptistae Mazzucconi glorificatio, uti factum erat pro S. Petro Chanel, qui martyrium erat passus in iisdem regionibus, paulo ante, in similibus condicionibus. Attamen tantum anno 1959, celebratis sollemnibus saecularibus mortis Servi Dei, perdurante fama martyrii, initium factum est Mediolani Processus Ordinarii super fama sanctitatis et martyrii. Cum esset causa historica, pervestigatio canonica facta est secundum peculiares harum causarum normas. Acta aperta sunt apud Sacram Rituum Congregationem die 21 mensis Octobris anno 1961. Die 10 mensis Decembris anno 1964 et die 8 Ianuarii anno 1970 edita sunt Decreta super scriptis, et Causa est apud Apostolicam Sedem introducta die 28 mensis Octobris anno 1970, post diligentem recognitionem Positionis historicae super martyrio, ex officio concinnatae, adhibita patientia, sagacitate et acri indagatione, necnon exquisitissima scientiae ratione.

Servato deinde iuris ordine, instituta est apud S. Congregationem pro Causis Sanctorum disceptatio super martyrio praedicti Servi Dei, et quidem primum, die 27 mensis Aprilis anno 1982, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum; deinde in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium, die 30 Novembris eodem anno, in qua Rev.mus Cardinalis Iosephus Caprio, Causae huius ponens seu relator, dubium posuit discutiendum : *An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et qui aderant Patres Cardinales, re mature perpensa, responderunt : *Ita constare de martyrio Servi Dei ut, impetrata dispensatione a signis seu miraculis ad normam canonis* 2116 *% 2 G. I. G., ad sollemnem eiusdem Servi Dei beatificationem, si Summo Pontifici placuerit, deveniri possit.*

Summus autem Pontifex Ioannes Paulus II, cui praedicta omnia fuere relata per subscriptum Cardinalem Praefectum die 17 subsequentis mensis Decembris, perpensis Purpuratorum Patrum suffragiis, mandavit ut Decretum super martyrio Servi Dei conscriberetur.

Quod cum factum esset, hodierno die, accitis Rev.mis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Iosepho Caprio, Causae ponente seu rela-

tore, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, declaravit: *Ita constare de martyrio eiusque causa Servi Dei Ioannis Baptistae Mazzucconi ut, concessa a signis seu miraculis ad normam canonis* 2166 § 2 O. I. *G. omnique alia opportuna dispensatione, procedi possit ad ulteriora, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 13 Ianuarii A. D. 1983.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

IX

VICTORIEN, SEU FLAVIOBRIGEN.

Canonizationis Ven. Servae Dei Raphaëlae Ibarra vid. de Vilallonga, Fundatricis Istituti Sororum ab Angelis Custodibus.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Christianam pietatem esse ad omnia utilem docet Sanctus Apostolus Paulus (cf. *Tim* 4, 8), quod comprobatur etiam exemplis illarum mulierum quae sive virgines, sive sponsae matresque familias, sive viduae summa cum laude sunt in suo quaeque statu versatae atque sanctitatis fama condecoratae e mundo excesserunt. Quibus quidem optimo iure accensenda est Venerabilis Raphaela Ibarra vid. de Vilallonga, fundatrix Congregationis Sororum ab Angelis Custodibus.

Ipsa ortum duxit Flaviobrigae in Hispania, die 16 Ianuarii anno 1843, parentibus pietate, nobilitate censuque praeclaris. Studiis peractis, probo ac diviti nupsit viro; et eorundem coniugalem consortionem laetificarunt septem suscepti liberi, quorum duo immatura morte ablati sunt. Eidem Servae Dei beneficae quaedam institutiones debentur, inter quas « Consociatio Operum Zeli » et « Sodalicium Doctrinae christianae pro carcere reclusis », ac praesertim « Congregatio Sororum ab Angelis Custodibus », ad periclitantium adulescentiarum tui-

tionem atque in bono perseverantiam conditam. Demortuo autem viro suo, Serva Dei religiosam a semet conditam Congregationem ingredi cupiebat, sed sui voti compos fieri non valuit. Laboribus enim fracta atque lethali morbo correpta, die 23 mensis Februarii anno 1900, aetatis suae vix quinquagesimo septimo, placidissime ad Dominum migravit.

Sanctitatis fama post eius obitum latius percrebrescente, deventum est, servatis omnibus de iure servandis, ad Decretum quo Paulus Papa VI, die 16 Martii a. 1970, eandem Famulam Dei virtutes théologales et cardinales ceterasque earum comites et socias heroum in modum coluise edixit. Ita stata est via ad quaestionem instituendam de miraculis quae, Venerabili Famula Dei deprecante, divinitus patrata ferebantur. Ita Causae auctores Apostolicae Sedi miram sanationem ad cognoscendum exhibuerunt, ut Beatorum Caelitum honores praefatae Venerabili rite decernerentur.

Quod mirum respicit adulescentulam Vincentiam Marasco, vicesimum et tertium aetatis annum agentem, valetudinis causa apud Sorores ab Angelis Custodibus intra Cordubensis in Tucumania (Argentina) archidioecesis fines, commorantem. Ipsa morbi signa iam duodecim annos nata ostenderat, cuiusmodi febrim, dolorem ex scapulis, adenopathiam ilarem; deinde cephaleam, symptomata inflammationis membranae cerebri cum cervicis rigiditate. Periti denique medici agi edixerunt de meningitide tuberculari, edita infausta quidem prognosi quoad vitam. Humanis frustra adhibitis curis, sanctimoniales una cum aegrota fundere coeperunt preces, ut per Venerabilis Raphaëlae Ibarra intercessionem sanitas restitueretur iuveni Vincentiae Marasco. Neque incassum; nam novissimo precum novendialium die, qui erat 23 Februarii a. 1946, aegrota se in istanti perfecteque sanatam sensit. Praeter naturae vires sanationem contigisse medici a curatione testesque alii proclamarunt.

Quapropter processus auctoritate apostolica apud Curiam Bonaërensem annis 1955-1957 instructus est super eadem mira asserta sanatione ; quae inquisitio canonica Romam transmissa est deque eius iuridica forma et validitate sancitum est per Decretum Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum die 15 Martii anno 1974 datum.

Praehabitis deinde duobus ex officio requisitis peritorum votis, coadunatum est, die 16 mensis Iulii a. 1975, Consilium Medicum eiusdem Sacrae Congregationis, quod acute, pro sua competentia, disceptavit utrum sanatio praedicta praeter naturae vires contigerit necne.

Cum autem non omnes Consilii Medici sodales in univocam pervenissent sententiam circa morbi diagnosim, non unanimis fuit eorundem opinio circa sanationis praeternaturalitatem. Quapropter, impetrato a Causae auctoribus novum alicuius periti votum, supplicatum est Summo Pontifici ut ad ulteriora, idest ad theologorum disceptationem, procedi posset.

Porro, concessa eiusmodi benigna dispensatione, deventum est ad Congressum, qui dicitur, Peculiarem Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, die scil. 12 Iulii anno 1983; et deinde, die 13 Septembris eodem anno, ad Congregationem Patrum Cardinalium Ordinariam, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Petro Palazzini, Praefecto ipsius Congregationis pro Causis Sanctorum. Et in utroque Coetu quaestioni num constet de miraculosa sanatione, in casu et ad effectum de quo agitur, responsum est datum affirmativum.

De hisce omnibus certior est factus Summus Pontifex Ioannes Paulus II per subscriptum Cardinalem Praefectum in Audientia diei 24 Septembris decurentis anni 1983; et attento responso Rev.morum Cardinalium, Sanctitas Sua mandavit ut Decretum super memorata mira sanatione rite conscriberetur.

Quod cum esset factum, hodierno die, accitis infrascripto Cardinali Praefecto, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque convocari solitis, eisque astantibus, Beatisimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de uno miraculo a Deo patrato, intercedente Yenerabili Serva Dei Raphaela Ibarra vid. Vilallonga, scilicet de instantánea, perfecta ac constanti sanatione iuvenis Vincentiae Marasco a meningitide probabilis naturae tubercularis.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Septembris Anno Iubilaeo Redemptionis 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. ffi S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 3 Febbraio 1984, S. E. il Signor ABDUL WADOOD Y. M. AL-JADDOUA, Ambasciatore dell'Iraq presso la Santa Sede.

Giovedì, 9 Febbraio 1984, S. E. il Signor KAARLO JUHANA YRJÖ - KOSKINEN, Ambasciatore di Finlandia presso la Santa Sede.

Venerdì, 24 Febbraio 1984, S. E. il Signor HANS PASCH, Ambasciatore d'Austria presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza :

Martedì, 14 Febbraio 1984, S. E. il Signor don Luis VALENCIA RODRÍGUEZ, Ministro degli Affari Esteri dell'Ecuador.

Mercoledì, 15 Febbraio 1984, S. E. il Signor GEORGE BUSH, Vice Presidente degli Stati Uniti d'America.

Giovedì, 16 Febbraio 1984, S. E. l'On. EUGENE F. WHELAN, Ministro dell'Agricoltura del Canada e Presidente del Consiglio Mondiale dell'Alimentazione delle Nazioni Unite.

Giovedì, 9 Febbraio 1984, il Santo Padre ha presieduto, nel Palazzo Apostolico Vaticano, una riunione degli E.mi Signori Cardinali Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

Venerdì, 17 Febbraio 1984, alla presenza del Santo Padre, si è riunita nel Palazzo Apostolico Vaticano la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

Domenica, 26 Febbraio 1984, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio a Bari, in Italia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici Sua Santità Giovanni Paolo II lia nominato :

4 febbraio 1984. S. E. Mons. Carlo Curis, Arcivescovo titolare di Medeli, *Pro-Nunzio Apostolico in Cipro e Delegato in Gerusalemme e in Palestina.*

11 » » S. E. Mons. Paolo F. Tabet, Arcivescovo titolare di Sinna, *Pro-Nunzio Apostolico in Belize.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

25 novembre 1983. Gli Ecc.mi Monsignori: Charles Brand, Arcivescovo di Monaco-Principato e Jacques Delaporte, Arcivescovo di Cambrai, *Membri della Pontificia Commissione per la Pastorale delle Migrazioni e del Turismo.*

» » » S. E. Mons. Helmut Wittler, Vescovo di Osnabrück, *Membro della Pontificia Commissione per la Pastorale delle migrazioni e del Turismo « in aliud quinquennium ».*

1 dicembre » P. Giovanni Arrighi, O. P., *Consultore della Pontificia Commissione per la Pastorale delle Migrazioni e del Turismo « in aliud quinquennium ».*

13 gennaio 1984. Gli Ecc.mi Monsignori : Giuseppe Casale, Vescovo di Vallo di Lucania; Michael B. Duraisamy, Vescovo di Salem; Roland Pierre Du Maine, Vescovo di San José in California, *Membri della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Eugenio de Araujo Sales; Antonio Ribeiro; Hyacinthe Thiandoum; Jaime L. Sin, *Membri della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali « in aliud quinquennium^).*

» » » Gli Ecc.mi Monsignori : Edward B. Clancy, Arcivescovo di Canberra-Goulburn ; Antonio Montero Moreno, Vescovo di Badajoz; Paul Khoarai, Vescovo di Leribe; Georg Moser, Vescovo di Rottenburg-Stuttgart; Dario Castrillón Hoyos, Vescovo di Pereira; Roland Abijaoudé, Vescovo tit. di Arca di Fenicia dei Maroniti, *Membri della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali « in aliud quinquennium ».*

18 gennaio 1984. S. E. Mons. Rosalio José Castillo Lara, Arcivescovo titolare di Precausa, *Pro-Presidente della Pontificia Commissione per l'Interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

19 » » Gli Em.mi Signori Cardinali: Sebastiano Baggio, Silvio Oddi; William Wakefield Baum; Joseph Ratzinger; Agostino Casaroli; Pietro Palazzini; Opilio Rossi; Eduardo Pironio; Aurelio Sabattani; — S. E. Mons. Alfons Stickler; Mons. Willy Onclin, *Membri della Pontificia Commissione per l'Interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

19 gennaio 1984. Mons. Julian Herranz, *Segretario della Pontificia Commissione per l'Interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

» » » Le LL. EE. i Monsignori: Zenon Grocholewski; Emilio Eid; — i Monsignori: Giuseppe Damizia; José Miguel Pinto Gómez; Vincenzo Carbone; Vincent Che Chen-Tao ; Jorge Medina Estevez ; Heinrich Flatten; Mario Francesco Pompedda ; Bernard de Lanversin ; — i Sacerdoti : Winfried Aymans; Heribert Schmitz; Juan Sánchez y Sánchez; Jean Passicos; Eugenio Corecco; — i Padri: William O'Connell, O. F. M. ; Mark Said, O. P. ; Antonio Domínguez De Sousa, O. F. M.; Jean B. Beyer, S. I.; Urbano Navarrete, S. I. ; Tarcisio Bertone, S. D. B.; Joâo Corso, S. D. B.; Anastasio Gutiérrez, C. M. F., Javier Ochoa, C. M. F.; — i Signori : Pio Ciprotti ; Pedro Lombardia, *Consultori della Pontificia Commissione per l'Interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

24 » » Gli Ecc.mi Monsignori : Neophytos Edelby, Arcivescovo di Alep dei Melkiti; Friedrich Wetter, Arcivescovo di München und Freising; Albert Decourtray, Arcivescovo di Lyon; Paul Verdzekov, Arcivescovo di Bamenda; Valfredo B. Tepe, Vescovo di Hhéus; Antonio Palenzuela y Velazques, Vescovo di Segovia; Roger Ebacher, Vescovo di Hauterive, *Membri Vescovi diocesani della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede a norma del « Pro comperto sane ».*

31 » » P. Peter Hans Kolvenbach, Prepósito Generale della Compagnia di Gesù, *Membro Superiore Generale della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

6 febbraio » I Monsignori : Sebastiano Másala ; Gilberto Augustoni ;

Bernard de Lanversin, Prelati Uditori della S. Romana Rota, *Consiglieri della Sacra Penitenzieria Apostolica.*

21 febbraio 1984. I Signori: Piergiuseppe Magnani e Edward Lynch, *Consultori della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede « in aliud quinquennium ».*

Protonotari Apostolici soprannumerari.

20 ottobre	1983.	Mons.	Marco Ferrari (Milano).
» »	»	Mons.	Giuseppe Molinari (Milano).
12 novembre	»	Mons.	Michael Schmaus (München und Freising).
4 gennaio	1984	Mons.	Leone Fiorelli (Norcia).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

25 agosto	1983.	Mons	Vinzenz Rohrbeck (St. Pölten).
8 settembre	»	Mons	Andreas Gruber (München und Freising).
22 »		Mons.	Carlos Gonzalez Anaija (Toluca).
19 ottobre		Mons.	Zacharias Dudussery (Frinjalakuda).
» »		Mons.	Wilhelm Hentze (Paderborn).
30 »		Mons.	Jacques Sadoux (Tours).
10 novembre		Mons.	Antonio Sebastiani (Rieti).
19 »		Mons.	José Arbo Ingles (Tucumán .
» »		Mons.	Liborio Luis Randisi (Tucumán).
25 »		Mons.	Edmond Farhat (Bairut dei Maroniti).
20 dicembre		Mons.	Martino Pietro Maria Muskens (Bois-le-Duc).
29 »		Mons.	Agostino Marchetto (Vicenza).

Cappellani di Sua Santità:

25 aprile	1979.	Il sac.	Tommaso Tridente (Molfetta).
26 gennaio	1983.	Il sac.	Giuseppe Fumagalli (Milano).
17 luglio	»	Il sac.	Anton Fussenegger (Feldkirch).
3 settembre		Il sac.	Anselm Adelmann (Rottenburg-Stuttgart).
27 »		Il sac.	Tommaso Calia (Frascati).
» »		Il sac.	Giovanni Busco (Frascati).
19 ottobre		Il sac.	Alexander Kuhn (Paderborn).
31 »		Il sac.	Marian Borzyszkowski (Warmia).
8 novèmbre		Il sac.	Enrico Bujnik (Gdansk).
» »		Il sac.	Giuseppe Huszaluk (Gdansk).
		Il sac.	Pietro Kryúski (Gdaúsk).
		Il sac.	Casimiro Korszniewicz (Gdaúsk).
		Il sac.	Vitoldo Kobylinski (Gdaúsk).
		Il sac.	Giuliano Jaszewski (Gdaúsk).
		Il sac.	Adolfo Wlazlacki (Gdaúsk).
10 novembre		Il sac.	Antonio Conte (Rieti).
» »		Il sac.	Americo Maioli (Rieti).

10 novembre 1983. Il sac. Salvatore Nardantonio (Rieti).
» » » Il sac. Giovanni Teodoro (Rieti).
12 » » Il sac. Heinrich Linkholt (Essen).
25 » » Il sac. Pietro Pennacchini (Roma).
2 dicembre » Il sac. Casimirus Dola (Opole).
» » » Il sac. Helmut Joannes Sobeczko (Opole).
» » » Il sac. Paulus Pyrchala (Opole).
» » » Il sac. Paulus Kaiuza (Opole).
» » » Il sac. Franciscus Spilla (Opole).
» » » Il sac. Josephus Stefanski (Opole).
29 » » H sac. Tommaso Caputo (Milano).
» » » Il sac. Alessandro D'Errico (Aversa).
30 » » Il sac. Bruno di Santo (Chieti).
6 gennaio 1984. Il sac. Norman G. Metsy (Providence).
23 » » H sac. Ferdinando Morolli (Barcellona di Venezuela).

Gentiluomini di Sua Santità:

11 gennaio 1983. Il sig. Giovanni Andrea Santucci (Roma).
» » » Il sig. Giuseppe Frascari Diotallevi (Roma).
» » » Il sig. Fabio Romanini (Roma).

NECROLOGIO

7 febbraio 1984. Mons. Edward Rapallo, Vescovo di Gibraltar.
10 » » Mons. Alexandre Roy, Vescovo tit. di Ambia.
12 » » Mons. Stefan Barela, Vescovo di Czçstochowa *(Polonia).*
13 » » Mons. Peter Min Eyeng Hoang, Vescovo di Tae Jeon *(Corea).*
» » » Mons. Louis Julliard, Vescovo emerito di Port Viia *(Vanuatu).*
n » » Mons. Paul C. Schulte, Arcivescovo tit. di Elicroca.
20 » » Mons. Alfred M. Stemper, Vescovo emerito di Kavieng *(Papua Nuova Guinea).*
23 » » Mons. Louis J. Reicher, Vescovo emerito di Austin *(Stati Uniti d'America).*
» » » Mons. Paul L. Seitz, Vescovo emerito di Kontum *(Vietnam).*
24 » » Mons. Anthony Thannikot, Vescovo tit. di Tigillaya.
28 » » Mons. Pierre Samain, Vescovo tit. di Tubulbaca.
» » » Mons. Cornelius Chitsulo, Vescovo di Dedza *(Malawi).*

An. et vol. LXXVI 2 Aprilis 1984 N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIO APOSTOLICA

SANCTI IOSAPHAT PARMENSIS

Ab Eparchia Metropolitana Philadelphiensi Ucrainorum quadam plaga detracta nova conditur Eparchia nomine Sancti Iosaphat Parmensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Hoc Apostolicae Sedis, quae quidem spiritalis fidelium boni anxia curam de universa Ecclesia agere consuevit, constat proprium esse etiam Eparchias in orbe terrarum hic illic condere conditasque ita tueri, ut et Christifideles ritus Byzantini apte in eo ipso servando ac profitendo adiuventur. Nuper igitur Episcopi Metropoliae Philadelphiensis Ucrainorum in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus, consideratis amplioribus eiusmodi Eparchiae finibus anno MCMLVIII ad gradum Metropolitae evectae, plane sibi conscii rei agendae ut in singulis illis locis cura pastoralis exerceretur non tam incommode, non dubitaverunt Sanctae Sedi proponere ut, quibusdam Statibus ab Eparchia Metropolitana Philadelphiensi Ucrainorum seiunctis, ex iis constans nova illic conderetur Eparchia. Quam ob rem, de sententia Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, ad Nos a Venerabili Fratre Nostro S. R. E. Cardinali eiusdem Sacrae Congregationis Praefecto relata, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae per praesentes Litteras haec statuimus, quae sequuntur, atque iubemus. A

memorata Eparchia Metropolitana Philadelphiensi loca distrahimus, in quibus Status vulgo Ohio, Mississipi, West Virginia, Kentucky, Tennesse, Alabama, Georgia, North Carolina, South Carolina, Florida et Western Pennsylvania consistunt, ex iisdemque novam condimus Eparchiam ab urbe Parma, in qua eparchialis erit Sedes, appellandam, nempe Eparchiam Sancti Iosaphat Parmensem, quam Eparchiae Metropolitanae Philadelphiensi Ucrainorum suffraganeam subicimus cuiusque templus in urbe Parma exstans ad dignitatem evehimus cathedralis templi, ita ut et privilegiis et insignibus frui possit ceterorum eiusdem ordinis templorum propriis. Per alias autem Litteras Nostras Episcopus constituetur, qui primus novam reget Eparchiam. Quibus sic statutis, Apostolicas has Litteras nunc et in posterum tempus ratas esse volumus, quibuslibet rebus contrariis haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Decembris, anno Dimini millesimo nongentesimo octogesimo tertio, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

LADISLAUS Card. **RUBIN**
S. Congr. pro Eccl. Orient. Praef.

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret Status tab. n. 124829.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servae Ioannae Jugan Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Spiritus paupertatis et caritatis sunt gloria et testimonium Ecclesiae Christi» (cfr. *Gaudium et spes,* 88) : haec verba egregie pertinere videntur ad Ioannam Jugan, in religione Mariam a Cruce appellatam, quae illarum virtutum praeclarissima specimina dedit et sic Populum Dei novo decore et robore spirituali ditavit. Dum Gallia tota perturbaretur, ea nata est in pago *Canéale,* nunc in dioecesi Rhedonensi sito, die xxv mensis Octobris

anno MDCCXCII e patre Iosepho, piscatore, et matre Maria Horel, pietate perinsigni; quae quinque liberos manuum suarum opere nutrivit, postquam maritus immature in maris undis interiit. Ioanna ergo iam in tenella aetate constituta paupertatem cognovit, toleravit, simul vero a matre ac tertiariis Congregationis Iesu et Mariae, a Sancto Ioanne Eudes conditae, ad fidei scientiam et scribendi legendique artem est informata. Eucharisticum epulum anno MDCCCIII primum sumpsit ac Dei Genetricem impense colere puellula didicit. Pauperibus-singulari studio visa est ministrare, cum in arce, cui nomen *La Metterle*, ancillaretur. Iuveni cuidam, se in matrimonium ducere cu pienti, Ioanna XXIV annos nata, mente praesaga respondit: «Deus vult me totam esse sui ipsius, ad opus suscipiendum me servat, quod adhuc est incognitum ». In oppido vulgari sermone *Saint-Servan* nuncupato, quo anno MDCCCXVII se contulerat, curae aegrotorum se in nosocomio quodam addixit ; in quod caritatis officium vires suas omnes ita impendit ut amitteret valetudinem. « Filiabus Mariae » aggregata, huius piae consociationis proposita est alacris exsecuta, postmodum ad maius vitae spiritualis studium se applicuit, cum facta esset tertiana praedictae Congregationis Iesu et Mariae ; ad cuius instituti rationem voto castitatis se obstrinxit et orationi operibusque caritatis se libentissime dedit. Sanitate recuperata, Ioanna Mariae Lecoq, dominae innuptae, famulabatur, quacum egenos invisebat puerisque tradebat catechismum. Deinde nobile opus aerumnosos iuvandi cum Francisca Aubert perrexit, duobus cubiculis et parte domus subtegulanea conductis. Praeclare factum anno MDCCCXXXIX veluti semen fuit Congregationis Parvularum Sororum Pauperum, postmodum exortae : etenim Ioanna mulierem aetate gravem, caecam, paralysi correptam, ad extremam redactam inopiam, in habitationem illam suam recepit, immo in ipso suo lectulo iussit decumbere; in quam curas omnes, quasi filia in matrem, solertissime intendit, et cui deinde aliae mulieres senio et egestate pressae sunt sociatae. His ut victum suppeditaret, Ioanna coacta est ostiatim mendicare. Ampliore domo comparata, semen in arborem visum est excrescere : indigentes, quibus curae adhiberentur, augescebant, benefactores non pauci adiutricem operam praebebant, pia consociatio famularum pauperibus ministrantium ductu Ioannae est orta, cui ea normas vitae proposuit e regula praedicti tertii Ordinis depromptas et a sodali quodam Hospitalario S. Ioannis de Deo ampli - ficatas. Qui ministrarum coetus sororum communitas evasit, cui Ioanna anno MDCCCXLII ut antistita est praefecta. Verumtamen post

undeviginti menses per sacerdotem, qui parvae familiae spiritualis fuit pietatis magister, ea a munere illo est amota. Famula Dei, eximium edens humilitatis exemplum, deinceps vitam in obscuro et silentio transegit. Quin immo factum est ut novitiae ignorarent Mariam a Cruce, ut iam nuncupabatur, fuisse fundatricem Congregationis Parvularum Sororum Pauperum, quae nunc appellatur. Ad earum autem animos formandos ipsa, sui immemor, verbo et exemplo egregiam operam contulit. Immo Institutum meritis et labore demissae huic virginis Deo devotae haud levia cepit incrementa. Ea demum die xxix mensis Augusti anno MDCCCLXXIX humiliter, sicut vixerat, ex huius saeculi tenebris ad lucem sempiternam excessit, humilium et caritate ferventium praemium acceptura. Vitae autem suae magisterio animis nostris inculcat spiritum paupertatis evangelicae, quae christiana simplicitate et laetitia sit insignis, necnon amoris officia in egenos, maxime aetate provectos, ad quae etiam ii, qui in hominum societate versantur, opportune asciscantur. Increbrescente autem eius fama sanctitatis et miraculorum, quae ea deprecante a Deo ferebantur patrata, processus de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis in dioecesi Rhedonensi est instructus, decretum vero introductionis causae, apud Sedem Apostolicam agendae, die x mensis Iulii anno MCMLXX a Paulo PP. VI, Decessore Nostro, signatum. Deinde Officium Historicum-Hagiographicum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum in virtutes Famulae Dei diligenter inquisivit. De qua re postmodum in suetis coetibus eiusdem Sacri Dicasterii est disceptatum. Quibus peractis, Nos die xui mensis Iulii anno MCMLXXIX lato decreto ediximus virtutes a Ioanna Jugan heroum in modum esse exercitas. Ad miracula quod attinet, proposita est sanatio instantánea, perfecta et constans domini Antonii Schlatter a gravi et irreversibili syndrome morbi a Raynaud appellati in digitis utriusque manus, gravibus et persistentibus laesionibus distrophicis affectis; quam verum fuisse miraculum per decretum die xi mensis Maii anno MCMLXXXII editum declaravimus. A lege autem alterius miraculi exhibendi, cognita fama signorum Venerabili Servae Dei tributorum, actores exemimus. Quae cum ita essent, die statutus est ad sollemnem beatificationem tum eius, tum Salvatoris Lilli, Baldji Oghlou Ohannes, Khodianin Oghlou Kadir, Kouradji Oghlou Tzeroum, Dimbalac Oghlou Wartavar, Ieremiae Oghlou Boghos, David Oghlou David, Toros Oghlou David, celebrandam. Hoc igitur mane, in Vaticana Basilica S. Petri, hanc formulam, inter Sacra, sumus elocuti : « Nos vota Fratrum Nostrorum Georgii

Layek, archiepiscopi Aleppensis Armenorum, Pauli cardinalis Gouyon, archiepiscopi Rhedonensis, necnon plurium aliorum Fratrum in Episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Salvator Lilli, Baldji Oghlou Ohannes, Khodianin Oglou Kadir, Kouradji Oghlou Tzeroum, Dimbalac Oghlou Wartavar, Ieremias Oghlou Boghos, David Oghlou David, Toros Oghlou David et *Ioanna Jugan,* Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beatorum martyrum Salvatoris Lilli eiusque Sociorum septem, die vigesima secunda Novembris, Beatae Ioannae Jugan, die vigesima nona Augusti, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Habita deinde consueta oratione de horum Beatorum vita et virtutibus, eos et venerati sumus et summa religione primi invocavimus. Quae vero per has Litteras statuimus, ea firma sint in perpetuum, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **III** mensis Octobris, anno **MCMLXXXII**, Pontificatus Nostri quarto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

***hoco* £B Sigilli**
In Secret. Status tab., n. 111847.

II

Beata Maria Virgo « de Begoña », Patrona dioecesis Ebebiyinensis confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui superiore anno pastor ipse et clerus populusque fidelis communitatis ecclesialis Ebebiyinensis in Guinea Aequatoriali laetati magnopere sunt ac merito gratulati quod ipsa a Nobis rite constituta dioecesis esset, plures noluerunt praeterire annos quin eiusdem gregis vita et opera progressus et prosperitas concederentur alicuius Patroni Caelestis validae tutelae precique ante omnipotentem Deum. Cum autem christifideles eorundem locorum Beatam Mariam Virginem Christi Domini Matrem nomine ((Santa Maria de Begoña, Madre de Cristo » peculiari iam diu cultu prosequerentur,

idcirco Venerabilis Frater Ildefonsus Obama Obono Episcopus scilicet Ebebiyinensis communibus omnium votis adsensus Matrem Dei sub memorato titulo caelitem suae dioecesis Patronam propria auctoritate declaraverat exindeque ab hac Apostolica rogavit Sede ut, quod sic ad normam «Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis » sub numero 30 statutam peregerat, legitime confirmaretur. Nos vicissim talem pietatem communitatis Ebebiyinensis erga Sanctissimam Iesu Matrem laetissimo animo agnoscentes valdeque cupientes ut amor illorum fidelium ita vel magis excitetur et corroboretur in Dei Genetricem, libenter sententiam Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino ratam habemus deque Apostolica Nostra potestate Beatam Virginem Mariam de Begoña, Matrem Christi, apud Deum Patronam dioecesis Ebebiyinensis confirmamus, traditis simul consentaneis iuribus et liturgicis privilegiis secundum regulas nempe Instructionis quam diximus eiusdem Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino. Contrariis quibuslibet rebus haudquaquam obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus sive in praesens sive in posterum tempus habeant.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die **XXIII** mensis Decembris, anno **MCMLXXXIII**, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 12^198.

HOMILIA

Calendis Ianuariis a. 1984 in basilica Petriana recitata.

1. Ecco, ci troviamo alla soglia del nuovo anno 1984 e gridiamo: « Dio abbia pietà di noi e ci benedica » - [1]

Così grida tutta la Chiesa nella liturgia del primo giorno dell'Anno nuovo, che è nello stesso tempo il giorno dell'Ottava di Natale.

Mediante il mistero della nascita di Dio nel tempo, mediante gli avvenimenti di Betlemme ci separiamo dall'anno « vecchio)) ed entriamo nell'anno « nuovo ». L'Ottava del Natale unisce, per così dire, queste

[1] *Sai* **66-67-2.**

due sponde del tempo umano e dell'umana esistenza sulla terra. La Chiesa desidera in questo modo mettere in evidenza il fatto che la nostra esistenza sulla terra, nel mondo visibile, è collegata al Dio invisibile e che in lui « noi viviamo, ci muoviamo ed esistiamo » .[2]

Ancora di più : Dio è entrato nel nostro tempo umano, perché, Figlio della stessa sostanza del Padre, si è fatto uomo per opera dello Spirito Santo ed è nato nella notte di Betlemme dalla Vergine Maria. Da quel momento il nostro tempo umano è diventato il tempo suo ; è quindi riempito non solo dalla storia dell'uomo e dell'umanità, ma è riempito, altresì, dal mistero salvifico della Redenzione, che appunto opera in questa storia umana.

2. Oggi, nell'ultimo giorno fra l'Ottava di Natale, l'attenzione della Chiesa — piena della più alta venerazione ed amore — si concentra sulla Maternità della Genitrice di Dio (theotocos), cioè di colei che ha dato al Figlio di Dio la natura umana e la vita umana.

È la solennità di Maria Santissima, Madre di Dio. ÏQ grazie a Lei che pronunciamo oggi il nome di Gesù, perché in questo giorno è stato dato tale nome al Figlio di Maria.

Per Lei pure ed insieme con Lei noi gridiamo in questo Nome all'inizio del nuovo anno : ((Dio abbia pietà di noi e ci benedica » ! Noi desideriamo con questo grido, in unione con la Genetrice di Dio, implorare ogni bene per la grande famiglia umana, e prevenire il male — ogni male. Gridiamo, quindi, nel Nome di Gesù, che significa « Salvatore», e gridiamo in unione con la Madre, che la Tradizione della Chiesa chiama «L'Onnipotenza implorante» (Omnipotentia supplex).

Gridiamo così nel periodo del Giubileo straordinario, mentre continua a svolgersi nella Chiesa l'Anno della Redenzione e della Grazia, che ha avuto inizio nel giorno dell'Annunciazione dell'anno scorso.

3. La maternità si spiega sempre in relazione alla paternità.

I genitori, il padre e la madre, danno inizio ad una nuova vita umana sulla terra, collaborando con la potenza creatrice di Dio stesso.

La maternità di Maria è verginale. Per opera dello Spirito Santo Ella ha concepito ed ha dato al mondo il Figlio di Dio, « non conoscendo uomo ».

San Paolo spiega questo mistero della Maternità divina di Maria facendo riferimento all'eterna Paternità di Dio :

* *At 17,* **28.**

«Quando venne la pienezza del tempo, Dio mandò il suo Figlio, nato da donna».[3]

La maternità verginale della Genitrice di Dio è il corrispettivo dell'eterna paternità di Dio. Essa si trova, in un certo senso, lungo la via della missione del Figlio, che dal Padre viene all'umanità mediante la Madre. La maternità di Maria apre questa via — apre la via di Dio all'umanità. È, in un certo senso, il punto culminante di questa via.

Si sa che la via di questa missione — una volta aperta nella storia dell'uomo — permane sempre. Essa consente sempre, attraverso la storia dell'umanità, la missione salvifica del Figlio di Dio : la missione^ che si consuma con la croce e la risurrezione. E insieme con la missione del Figlio permane nella storia dell'umanità la maternità salvifica della sua Madre terrena : Maria di Nazaret.

Veneriamo questa maternità nel primo giorno del nuovo anno. Infatti, desideriamo che su questa nuova tappa del tempo umano, Maria apra a Cristo la via all'umanità, così come la aprì nella notte della nascita di Dio.

4. Nel mistero della solennità di oggi è racchiuso il seguente appello per tutti gli uomini:

Guardate, ecco in Gesù Cristo tutti abbiamo ricevuto il Padre.

Cristo nella sua nascita terrena ci ha portato la stessa divina paternità: egli l'ha indirizzata a tutti gli uomini e l'ha data a tutti come un dono irrinunciabile.

Di questa paternità di Dio nei confronti di tutti noi rende testimonianza particolarmente eloquente la maternità della Vergine Genitrice di Dio.

La paternità di Dio dice a tutti noi — uomini — che siamo fratelli.

La maternità di Maria per l'umanità intera aggiunge a ciò un particolare tratto di familiarità.

Noi abbiamo diritto di pensare e di parlare di noi considerandoci come ((la famiglia umana ». Noi siamo tutti fratelli e sorelle in questa famiglia.

Non dice forse chiaramente tutto questo l'Apostolo nell'odierna liturgia?

— ((Dio mandò il suo Figlio, nato da donna perché ricevessimo l'adozione a figli ».[4]

[3] *Gal* 4, 4.

[4] *Gal* 4, 4-5.

— « Dio ha mandato nei nostri cuori lo Spirito del suo Figlio che grida: Abbà, Padre».[5]

— «Quindi non sei più schiavo, ma figlio; e se figlio, sei anche erede per volontà di Dio» .[6]

Questa figliolanza adottiva di Dio è la grande eredità lasciataci dalla nascita di Dio. È la realtà della Grazia della Redenzione. Nello stesso tempo, essa è un fondamentale e centrale punto di riferimento per l'intera umanità, per tutti gli uomini, se è vero che dobbiamo pensare a parlare dell'universale fratellanza degli uomini e dei popoli.

5. E qual è la realtà che troviamo sul nostro grande pianeta nel giorno del I° gennaio dell'anno 1984? Non è forse essa in profondo contrasto con la verità circa l'universale fratellanza degli uomini e dei popoli?

Il mondo d'oggi è sempre più segnato da contrasti, irretito da tensioni, che si manifestano in modo lacerante, ed a direzioni incrociate, nei rapporti tra Est ed Ovest e tra Nord e Sud.

Le relazioni tra Est ed Ovest sono giunte ad un contrapporsi radicale di posizioni, con l'interruzione — che tutti speriamo temporanea e la più breve possibile — dei negoziati sulle riduzioni degli armamenti nucleari e convenzionali. Intanto, la diffidenza reciproca moltiplica i nefasti effetti delle lotte ideologiche ed esaspera i già gravi conflitti locali, da cui varie nazioni, alcune delle quali molto piccole, sono quotidianamente insanguinate.

Nell'altra direzione tra Nord e Sud, il fossato che separa i Paesi ricchi dai Paesi poveri, già grave da molti anni, si è ulteriormente allargato con la recente crisi economica. Secondo gli esperti, ad un rallentamento dell'uno per cento nell'espansione economica delle Nazioni più industrializzate corrisponderebbe un impoverimento, almeno dell'uno e mezzo per cento, nei Paesi in via di sviluppo. L'indebitamento di questi, che ha raggiunto dimensioni catastrofiche, dà la misura del divaricante peggioramento di tali contrasti economici. Ma l'aspetto più preoccupante è rappresentato dai contrasti che ne derivano nella situazione dell'uomo. Nei Paesi ricchi migliorano la salute e l'alimentazione, in quelli poveri mancano invece i mezzi alimentari di sopravvivenza ed imperversa la mortalità, specialmente infantile.

[5] *Gal* 4, 6.
[6] *Gal* 4, 7.

Secondo i dati dell'UNICEF, ogni giorno morirebbero nel Terzo Mondo quarantamila bambini di età inferiore ad un anno, mentre la FAO valuta che ogni giorno più di quindicimila persone verrebbero meno per fame o scarsa nutrizione.

La minaccia della catastrofe nucleare e la piaga della fame si affacciano agghiaccianti all'orizzonte come i fatali cavalieri dell'Apocalisse : frutto, l'una e l'altra, di complessi fenomeni di ordine economico, politico, ideologico e morale che, in radice, costituiscono altrettante fonti di violenza costantemente interagenti.

6. Quali sono — ci domandiamo — le cause profonde di questi fenomeni?

E perché il livello delle minacce e delle piaghe non diminuisce, ma cresce?

L'umanità si pone queste domande con inquietudine sempre più grande. Gli esperti dei diversi rami del sapere tentano di spiegare i meccanismi specifici che vi influiscono in forma diretta o indiretta. Tuttavia, al fondo delle varie cause e dei complessi meccanismi, che accompagnano i processi dello sviluppo e della civiltà contemporanea, non si trova una causa fondamentale ed ultima?

E tale causa fondamentale non è forse rappresentata dal fatto che si sta perdendo la coscienza della radicale fratellanza degli uomini e dei popoli?

Siamo tutti fratelli. Questa fratellanza è legata alla comune figliolanza. Siamo fratelli perché siamo figli. Mediante la figliolanza essa è legata alla paternità di Dio stesso. Siamo figli perché abbiamo un padre.

Quanto più perdiamo, o cerchiamo di eliminare, la consapevolezza di questa paternità, tanto più noi cessiamo di essere fratelli, e — di conseguenza — tanto più si allontanano da noi la giustizia, la pace, e l'amore sociale.

7. Il messaggio di quest'anno per la Giornata Mondiale della Pace porta come titolo : « La pace nasce da un cuore nuovo ».

Con questo messaggio la Sede Apostolica aggiunge la sua parola a tutti quegli sforzi — a volte disperati — che sono compiuti dagli uomini di buona volontà in tutto il mondo, nonché dalle varie istanze nazionali ed internazionali per assicurare la pace nel mondo contemporaneo.

Desideriamo oggi sviluppare fino in fondo, in un certo senso, il contenuto di questo messaggio, attingendo a quella luce che il Natale porta all'umanità.

Così dunque, nel corso di questo santo Sacrificio di Gesù Cristo e della Chiesa, gridiamo a Dio e, al tempo stesso, a tutti gli uomini, pregando :

una rinnovata efficacia dell'universale fratellanza nei cuori di tutti gli uomini ;

una rinnovata efficacia della presenza del Padre nelle varie dimensioni della vita e della convivenza.

Solo in un cuore nuovo questa forza può generare una pace sicura sulla terra.

Con tutta umiltà e fiducia noi affidiamo alla Madre di Cristo il bene di tale pace.

Sì. Noi uniamo la speranza della pace, della giustizia e dell'amore in terra alla maternità di Maria, la Genitrice di Dio !

ALLOCUTIONES

I

Ad quosdam Canadae episcopos occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.*

Dear Brothers in the episcopale,

1. In this hour of collégial unity, we are experiencing together *a living hope in our Lord Jesus Christ.* It is he who is the Supreme Pastor of the whole Church, "which he obtained with his own blood",[1] and which he calis his own when he says : "... and on this rock I will build *my* Church".[2] As Bishops we are called upon to manifest our confidence in the redeeming power of this blood and in the unlimited efficacy of the en tire Paschal Mystery. And, as, Bishops assembled

*** Die 30 m. Septembris a. 1983.**

[1] ***Acts* 20:28.**

[2] ***Mt* 16:18.**

in the name of Jesus, we believe that we have a special title to be réassurée! of his présence in our midst.[3] In a word, it is "Christ Jesus our hope"[4] who lives in us, and who through us, by word and sacrament, continues to extend his Rédemption to the world.

2. I wish at this time *to praise the power of the Paschal Mystery* that has been at work for many years *in your local Churches.* It is a power that was unleashed among you through the generous, indeed heroic, efforts of succeeding générations of apostles and missionarios. At the basis of all evangelizing zeal there was a clear understanding and faithful acceptance of Christ's command : "Go therefore and make disciples of ail nations, baptizing them in the name of the Father and of the Son and of the Holy Spirit, teaching them to observe all that I have commanded you...".[5] Immense sacrifices have been made, and are still being made, to fulfill Christ's command, so that the Good News can be heard and accepted, and so that the power of Christ's death and Résurrection can penetrate human hearts, build up the community of the Church and radically modify the criteria for human actions.

3. In the life of the Church, *the actuation o f the Paschal Mystery is intimately linked by Christ's will to the Sacrament of Baptism* and to the other sacraments of Christian initiation. For each Christian, Baptism is a sacramental introduction to the Church that is herself the sacrament of salvation and the household of the faith. Moreover, from the Council of Trent we know that Baptism is not only a sign of faith but also a cause of faith.[6]

Baptism is of supreme importance for our people for many reasons. It is the sacrament of interior enlightenment, spiritual libération and new life. Through Baptism, our people are given a vital participation in the redemptive death and Résurrection of Christ and are called to "walk in newness of life".[7] *Baptism is also the source o f all the moral responsibilities incumbent on Christians.* It is by reason of their Baptism that they must consider themselves "dead to sin and alive to God in Christ Jesus".[8] Through Baptism the very power of

[3] **Cf. *Mt* 18:20.**
[4] ***1 Tim* 1:1.**
[5] ***Mt* 28-20.**
[6] **Cf. *DS* 1606.**
[7] ***Born* 6:4:**
[8] ***Rom* 6:11.**

the Paschal Mystery is sacrameiitally brought to bear on human weakness and sinfulness, so that Christ's victory over sin and death actually enters into individual lives and triumphs in individual hearts.

4. *God's gift of Baptism is the basis of all Christian dignity,* because it is the origin of incorporation into Christ. As Bishops we know how pastorally important it is to remind our people of their dignity, to speak to them about the hope in which they must anchor their lives, and to call them to place all their confidence in the power of the Crucified and Eisen Savior. Precisely because they have put on Christ in Baptism, been incorporated into him and become his Body, our people have every reason to be buoyed up in hope and by the awareness of their Baptismal identity and Christian dignity. God wills that we pastors of his Church should proclaim this identity and this dignity just as Peter did when he told the faithful : "you are a chosen race, a royal priesthood, a holy nation, God's own people".[9]

die 3 Februarii. — Cathedrali Ecclesiae Queenstovnensi seu Civitatis Reginae R. P. Herbertum Nicolaum Lenhof, Societatis Apostolatus Catholici sodalem, curionem oppidi vulgo dicti <(Ntaba Maria ».

— Cathedrali Ecclesiae Atambuensi Exc.mum P. D. Antonium Pain Ratu, hactenus Episcopum titularem Zabaènsem et Auxiliarem eiusdem dioeceseos.

— Cathedrali Ecclesiae Garissaênsi, nuper erectae in Keniana Ditione dioecesi, R. P. Paulum Darmanin, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem.

die 8 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Aganiensi Exc.mum P. D. Felixbertum Camacho Flores, hactenus Episcopum eiusdem nominis dioecesis.

— Coadiutorem Exc.mi P. D. Roberti L. Whelan, Episcopi de Fairbanks, R. P. Michaelem Iosephum Kaniecki, sodalium Societatis Iesu in Alascia operantium Superiorem necnon Missionis Sanctae Crucis curionem.

— Coadiutorem Exc.mi P. D. Brenni Patricii Ashby, Episcopi Christopolitani, R. D. Dionysium Villelmum Hanrahan, parochum in oppido vulgo « Bishopdale)), consultorem dioecesanum atque Consilii presbyteralis Praesidem.

NOMINATIO

Peculiaribus datis decretis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 3 Februarii 1984> — Exc.mum P. D. Georgium Marium Avila dei Águila, Congregationis Missionis sodalem, Episcopum titulo Nasaitensem, *Vicarium Apostolicum Vicariatus novae erectionis in Guatimala Apostolici.*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

PADEEBORNEN.

Canonizationis Servae Dei Paulinae de Mallinckrodt, Fundatricis Sororum a Caritate Christiana Filiarum B. Mariae Virginis ab Immaculata Conceptione (1817-1881).

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum ***in*** *Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Proximi amor, qui est quodammodo sonus et imago vitae, qua ab aeterno tres Divinae Personae inter se iunguntur, et verum signum coniunctionis hominis iustificati cum Christo, est « vinculum perfectionis » *(Col* 3, 14) et « plenitudo legis » *(Rom* 13, 10) in iis qui Deum noverunt et in eo manent. Nam « Deus caritas est, et qui manet in caritate in Deo manet et Deus in eo manet» *(1 Io* 4, 16).

Caritas, fructus Spiritus (cfr. *Rom* 5, 5), cor novum efficit, tale equidem, ut se aperiat ad respondendum omnibus viribus, usque ad supremam vitae immolationem, amori Domini Iesu, et aptum sit ad aedificandum corpus Christi, nempe Ecclesiam, per curam et mutuum ministerium perque sui donationem pro fratribus factam (cfr. *1 Io* 3, 16). Inde fit ut verus proximorum amor sit industrius et paratus adiuvare semperque exsequatur, pro charismatibus et dotibus, necessaria et opportuna ad expediendos nodos, quibus tum singuli homines, tum populi, tum totus mundus multimodis obstringuntur.

Manifesto, enim, recusare cum parentibus pati cumque gaudentibus gaudere, idem est ac homines recusare, et eam ob causam ipsum Christum recusare (cfr. *Mt* 25, 41-45). Neminem, insuper, fugit, verum christianum amorem, cum opera facit quae humiliter et efficaciter mysterium nuntiant paschale, mira esse vi praeditum animos immutante, quae ideo eidem obvenit amori, quia amorem participat Dei ; hic autem Dei amor creat et redimit, malum vincit et suscitat bonum,

quod plene denique fulgebit in caelesti civitate Ierusalem, ubi «mors ultra non erit, neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra, quia priora abierunt» *(Ap* 21, 4).

Hoc maximum caritatis praeceptum, quod semper campus fuit fecundus sanctitatis Ecclesiae, a iuventute vitam illuminavit Servae Dei Paulinae de Mallinckrodt, mulieris magnis naturae virtutibus ornatae, sane acri et prompta ingenio, firma et tenaci voluntate, indole forti et materna, ardenti et solida pietate, indefatigata et operosa cura benefica et apostolica pro fratribus patientibus et indigentibus, imprimis vero pro puerulis caecis, et senibus, acta.

Paulina de Mallinckrodt Mindae nata in Vestfalia, in finibus archidioecesis Paderbornensis, die 3 mensis Iunii anno 1817, ex patre reformatae Ecclesiae sectatore, vicarii praesidis reipublicae Borussicae, et ex matre catholica, fide et pietate insigni, quae, consentiente marito, quattuor filios ad artam catholicam vitam informavit. Anno 1824 familia eius Aquisgranum se contulit, ubi Paulina primum scholam privatam frequentavit, deinde publicam ex « S. Leonardo)) denominatane Undecim annos nata Famula Dei primum ad sacramentum paenitentiae accessit et insequenti anno ad SS. Eucharistiae sacramentum. Annis 1832-1833 missa est in Belgicam in sex menses ad Leodiense ephebeum « De Beauvoir », ut disciplinas perdisceret. Cum domum esset reversa et annos nata septemdecim matrem amisisset, in se suscepit familiae et domus administrationem, fratrum educationem et curam patris, quem saepe adacta est sequi in coetibus hominum obeundis.

Duodeviginti aetatis annis expletis (a. 1835) sacramentum confirmationis accepit, cum copiosis spiritus fructibus; quod fuit ei maximi momenti, quandoquidem exinde mundi illecebras contempsit et studiosius in dies se Deo dedidit.

Eo tempore, libertate et certo usa consilio, amorem cuiusdam praefecti militum detrectavit, Ecclesiae Reformatae sectatoris, qui volebat eam uxorem ducere in matrimonium.

Ab anno 1836 Paulina magis ac magis Deum sitivit et statuit studiosius se dedere proximi bono et saluti, humilibus et egenis. Praeter quam in opera caritatis, in deprecationes et bonas lectiones potissimum incumbebat, suamque vitam interiorem ita aluit et sustinuit pietate erga Eucharistiam et cotidiana sancti altaris communione — quod quidem tunc temporis singulare erat — ut scripserit : « SS. Sacramentum est mea felicitas : ei debeo gratiam, si in mundo posita

vocationem servo ». Tunc etenim, dum in religione proñciebat et mirum in modum spiritu crescebat, solidabatur eius votum ingrediendi congregationem religiosam, ut tota Dei esset in ministerio pauperum.

Postquam eius familia Aquisgrano migraverat Paderbornam (a. 1839) et post patris mortem (a. 1842), cura quam Serva Dei agebat de aegrotis, de parvulis pauperibus et caecis multum crevit; in qua cura, simul cum aliis puellis, magnanima, humilis, habilis, prudens, princeps fuit ; quin etiam, ut melius pueris caecis consuleret, condidit Paderbornae institutum ad hoc ipsum appositum.

Interim autem, viam persequens perfectionis christianae, progrediebatur ad egregias virtutes, solida pietate, mirifico spiritu incommoda tolerandi, sedulo apostolatus ardore pro egentibus, exculta prudentia in agendis negotiis et causis temporalibus cum primoribus civitatis, perfecta oboedientia auctoritatibus ecclesiasticis praestita, castigationis et austerae paenitentiae exercitio. Adde quod Famula Dei haec omnia faciebat propense, fervide, cum gaudio spiritus, sine cunctatione et sine dubitatione, ne in difficultatibus quidem, quae vel a familiaribus suscipiebat. Nimirum eiusmodi eius industria nitebatur vi caritatis erga Deum et proximum, ob quam cotidie ad omnia descendebat.

Cum pluries frustra conata esset congregationes religiosas ingredi iam constitutas, victis difficultatibus ex variis partibus ortis, viros secuta bene monentes, die 21 mensis Augusti anno 1849, re attente considerata multisque Deo adhibitis precibus, probante Episcopo Drepper, instituit Congregationem Sororum a Caritate christiana Filiarum Beatae Virginis Mariae ab Immaculata Conceptione, cui propositum erat pueros pauperes et caecos educare, agrotis et pauperibus auxilium ferre. Eodem die Famula Dei vestem religiosam sibi induit cum aliis tribus mulieribus sodalibus, et est creata Antistita atque novitiarum magistra.

Subsequenti anno, die 4 mensis Novembris anno 1850, priorem professionem religiosam fecit, perpetuam autem die 16 mensis Iulii anno 1866.

Adiuvante novo Episcopo Paderbornensi Martin, constanti fautore operis Servae Dei, recens Congregatio *Decretum laudis* obtinuit anno 1859; adprobatio vero ultima supremae Ecclesiae auctoritatis concessa est anno 1888.

Mater Paulina bene merito Instituto suo praefuit, tamquam Antistita generalis, duos et triginta annos continuos, usque ad mortem,

quae Paderbornae accidit die 30 mensis Aprilis anno 1881, quando ab ea condita Congregatio iam habebat quadraginta quinque domos in Europa et in America Septentrionali et Australi et plus quadringentas Sorores.

Serva Dei, solum semper quaerens gloriam Dei et Ecclesiae atque pauperum bonum, profectum et auctum suae Congregationis direxit manu certa et firma et perita, forti et benevola, temperans caritatem cum iustitia, humilitatem cum animo, prudentiam cum magna cordis et mentis liberalitate, simplicitatem et affabilitatem cum peculiari et notabili peritia disciplinae, cumque insigni facilitate agendi cum claris viris, cum sororibus, cum humilibus. Curavit, exculta sapientia et constantia, filias suas formandas, studens colere in eis fervidam vitam interiorem, spiritum communem, mutuam benevolentiam et caritatem, singularem voluntatem deserviendi Christo in pauperibus et parvulis; cum ipsa exemplo esset absolutae et industriae alacritatis, accuratae Regularum, quas erat professa, observantiae, ardentis fidei, infinitae Dei et Providentiae fiduciae, summae rerum huius mundi contemptionis, laetae exspectationis vitae aeternae, summi Eucharistiae amoris, deprecationis, sanctorum amoris, et simul animi moderationis, illibatae castitatis, perfectae oboedientiae, maxime erga Ecclesiam fidelitatis, salutis animarum inexhausti ardoris apostolici.

Mater Paulina, divinum imitando Magistrum, qui venit in mundum «non ut ministraretur ei sed ut ministraret» *(Me* 10, .45), prompte intellexit fermenta et necessitates societatis in qua vitam agebat, et omnibus hominibus suae aetatis documenta dedit fidei : quae, ut vera sit et salvificans, exerceri debet et fieri plena legis amoris exsecutio, sicut clare docet Iacobus apostolus (cfr. *Iac* 2, 14 ss.). Christianum Servae Dei testimonium eiusque in via perfectionis iter non fuerunt sine experientia crucis, quae gravissima fuit in difficili discrimine, quod *Kulturkampf* concitavit, cum eius Congregatio est depulsa ex omnibus fere domibus in Germania constitutis; quod quidem causa fuit cur ipsum Institutum eiusque operae mire et praeter opinionem in alias nationes se diffunderent.

Cum Serva Dei, peripneumonia correpta, de hac vita decessit ut in aeternam intraret, longorum laborum et aerumnarum finem, eius merita erga civilem societatem et Ecclesiam et eximiam virtutum perfectionem iamdiu multae terrae regiones cognoverant, ipsae benéficos fructus expertae magni illius amoris, quo in Deum in proximum

flagraverat. Eiusmodi sanctitatis fama, nedum minueretur, adeo crevit post mortem Famulae Dei, ut anno 1924 apud Curiam Paderbornensem initium factum sit Processus beatificationis, acta primum «inquisitione iudiciali praevia», quam secutus est processus Ordinarius, annis 1926-1933 instructus, et simul sex Processus rogatoriales; deinde acti sunt Processus Ordinarius additicius Paderbornensis (a. 1948) et, post Causae introductionem die 29 mensis Maii anno 1955, Processus Apostolicus super virtutibus in specie (aa. 1961-1963), de quorum iuridica vi latum est decretum die 6 Martii anno 1970.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, instituta est disceptatio super virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis Servae Dei Paulinae de Mallinckrodt; primum quidem, die 2 Decembris anno 1981, in Congressu Peculiari, qui dicitur, Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum; dein, die 14 Decembris anno 1982, in Coetu Ordinario Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Domino Iosepho Caprio. De favorabili autem utriusque Coetus exitu Summus Pontifex Ioannes Paulus II certior est factus, die 17 eiusdem mensis et anni, per subscriptum cardinalem Praefectum: et de mandato Sanctitatis Suae Decretum est apparatum super Servae Dei virtutibus.

Hodierno tandem die 13 mensis Ianuarii anni huius 1983, accitis cardinalibus infrascripto atque Iosepho Caprio, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis Congregationis, aliisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Paulinae de Mallinckrodt, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri mandavit.

Datum Romae, die 13 Ianuarii, Anno Domini 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 2 Marzo 1984, S. E. il Signor ALI KAISER HASAN MORSHED, Ambasciatore del Bangladesh presso la Santa Sede.

Venerdì, 9 Marzo 1984, S. E. il Signor OWART SUTHIWART-NARUEPUT, Ambasciatore di Thailandia presso la Santa Sede.

Venerdì, 23 Marzo 1984, S. E. il Signor REGINALD MOKHESENG TEKATEKA, Ambasciatore del Lesotho presso la Santa Sede.

Venerdì, 30 Marzo 1984, S. E. il Signor PIERRE DUMAS, Ambasciatore del Canada presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Lunedì, 5 Marzo 1984, S. E. il Signor MARIO SOARES, Presidente del Consiglio dei Ministri del Portogallo.

Giovedì, 29 Marzo 1984, nel Palazzo Apostolico Vaticano, il Santo Padre ha presieduto la riunione dei Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

26 marzo 1984. S. E. Mons. Pio Laghi, Arcivescovo titolare di Mauriana, *Pro Nunzio Apostolico negli Stati Uniti d'America.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

6 febbraio 1984. Sr. Monique Bertrand, S. P. C.; P. Gatien Bolduc, S. C. V.; P. Jesús Castellano Cervera, O. C. D.; P. Innocenzo Cavaglià, C. P.; Sr. Mercedes Codorniu, A. S. C.; P. Viktor Dammertz, O. S.

B. ; P. Cornelio Del Zotto, O. F. M. ; P. Francisco Javier Egaña, S. I. ; P. Elio Gambari, S. M. M. ; P. Basil Heiser, O. F. M. Conv. ; P. William Hogan, C. S. C. ; P. Joseph Pfab, C. SS. B.; P. Amando Eeuter, O. M. I.; P. Piotr Rostworowski, E. C. M. C; D. Egidio Vigano, S. D. B., *Consultori delia Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari, nella Sezione per i Religiosi.*

6 febbraio 1984. S. E. Mons. Antonio Mauro, Arcivescovo tit. di Tagaste; P. Pedro Abellán M., S. I. ; Fr. José Pablo Basterrechea, F. S. C; P. Jean Beyer, S. I. ; Sr. Eafaela Böckmann, S. N. D.; P. Michel Dortel-Claudot, S. I.; P. Benoît Duroux, O. P. ; P. Anastasio Gutiérrez, C. M. F. ; Mons. Dorio-Marie Huot, ; P. Valentino Macca, O. C. D. ; P. Paolo Molinari, S. I. ; P. Michael 0'Reilly, O. M. I. ; P. Ambrogio Sanna, O. F. M. Conv.; P. Agostino Trapé, O. S. A.; Sr. Mary Thaddea Kelly, P. B. V. M. ; P. Polikarp Zakar, O. Cist., *Consultori della Saera Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari, nella Sezione per i Religiosi « in aliud quinquennium)).*

» » » Sig.na María Teresa Cuesta; Sig.na Christel Agnes Glaser; Sig.na Antoinette Glosteyn; Prof. Giuseppe Lazzati; Sig.na Madeleine Manceaux; Rev. François Morlot ; Sig.na Mercedes Ricaurte; Sig.na Germana Sommaruga; Mons. Wilhelm Wissing, *Consultori della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari, nella Sezione per gli Istituti Secolari « in aliud quinquennium)).*

7 » » Gli E.mi Signori Cardinali: Agnelo Rossi; Joseph Ratzinger; Bernard Yago; Joseph Bernardin; Wiadyslaw Rubin ; — gli Ecc.mi Monsignori : Marcos McGrath, Arcivescovo di Panama ; José Freiré Falcâo, Arcivescovo di Teresina;[1] Ramon Torrella Cascante, Arcivescovo di Tarragona ; Georges Francis Daniel, Arcivescovo di Pretoria ; Loutfi Laham, Arcivescovo titolare di Tarso dei Greci Melkiti Cattolici ; Paul Werner Scheele, Vescovo di Würzburg ; Silas Silvius Njiru, Vescovo di Meru; Athanasios Abadir, Vescovo di Ismaïlia dei Copti; Mario J. Conti, Vescovo di Aberdeen; Alfons Nossol, Vescovo di Opole ; Donald James Reece, Ve-

[1] **Trasferito il 15 febbraio alla Chiesa metropolitana di Brasilia.**

scovo di Saint John's-Basseterre; Clemente Riva, Vescovo titolare di Atella; Bede Vincent Heather, Vescovo titolare di Obbi, *Membri del Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

7 febbraio 1984. L'E.mo Sig. Cardinale George Basil Hume; — gli Ecc.mi Monsignori: Joseph Khoury, Arcivescovo di Tiro dei Maroniti; Antoine Hacault, Arcivescovo di Saint Boniface; Gerhard Schaffran, Vescovo di Dresden-Meissen; Hans Ludvig Martensen, Vescovo di Copenhagen; Pierre Mamie, Vescovo di Lausanne, Genève et Fribourg, *Membri del Segretariato per l'Unione dei Cristiani «.in aliud quinquennium».*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

3 dicembre 1983. Al sig. Iosef Stingi (Bamberg).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

5 gennaio 1983. Al sig. Felice Frascoli (Milano).
10 » » Al sig. Amleto Cicchetti (Rieti).
17 gennaio 1984. Al sig. Enrico Magenes (Pavia).
4 febbraio » Al sig. Vincenzo Manno *(Italia).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

31 ottobre 1983. Al sig. François Xavier Goddard (Mechelen-Brussel).
9 gennaio 1984. Al sig. Giancarlo Senni (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

19 giugno 1983. Al sig. Ottorino Prosperi (Fermo).
30 » » Al sig. Helmut Ibach (München und Freising).
» » » Al sig. Otto Voll (München und Freising).
22 settembre » Al sig. Alfredo Labella *(Italia).*
» » » Al sig. Domenico Antonio Valentino *(Italia).*
» Al sig. Francesco Mariantoni *(Italia).*
» » Al sig. Luigi Contenti (Spoleto).
» » » Al sig. Giovanni Antonelli (Spoleto).
» » » Al sig. Loreto Luchetti (Spoleto).
5 novembre » Al sig. Georges Abdini (Lattaquié dei Maroniti)
10 » » Al sig. Elvio Antico (Rieti)
» » » Al sig. Gustavo De Benedictis (Rieti).
12 Al sig. Gennaro Gelormini (Ariano Irpino).

12 novembre 1983. Al sig. Vincenzo Aliperta (Ariano Irpino).
» » » Al sig. Romolo De Furia (Ariano Irpino).
» » » Al sig. Giovanni Scialdone (Ariano Irpino).
» » » Al s^g. Luigi Chiania (Ariano Irpino).
29 dicembre » Al sig. Luciano Montemauri (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile.

30 giugno 1982. Al sig. Erich Lampey (München und Freising).
» » » Al sig. Rudolf Pietsch (München und Freising),
12 luglio 1983. Al sig. Antonius Brugger (Innsbruck).
31 ottobre » Al sig. Hans Tony (Rottenburg-Stuttgart).
» » » Al sig. Maurice Vericel (Lyon).
5 novembre » Al sig. Samir Achi (Lattaquié dei Maroniti).
» » » Al sig. Alessandro Clerici (Milano).
» » » Al sig. Giovanni Betelli (Milano).
10 » » Al sig. Antonio Cipolloni (Rieti).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

1 settembre 1983. Al sig. Antonius Sagbauer (Ss. Pölten).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

22 settembre 1983. Al sig. Angelo Piccioli (Spoleto).
3 dicembre » Al sig. Ferdinando Resca (Ferrara).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

8 ottobre 1983. Al sig. Giusto Antoniazzi (Roma).
» » » Al sig. Dino Cicinelli (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa,

2 luglio 1983. Al sig. Hans Georg Brunner (Salzburg).
» » » Al sig. Iosef Voithfer (Salzburg).
16 agosto » Al sig. Rispi Karaaslan *(Turchia).*

NECROLOGIO

12 marzo 1984. Mons. Joseph Strebler, Arcivescovo emerito di Lomé *(Togo).*
15 » » Mons. Francis Ekka, Vescovo di Raigarh *(India).*
17 » » Mons. Angel Hidalgo Ibaüez, Vescovo emerito di Jaca *(Spagna).*
22 » » Mons. Waclaw Wycisk, Vescovo tit. di Cesarea di Numidia.

Recens nuntiatum est Leonem Theobaldum Delaere, Episcopum emeritum Molegbensem, die 14 m. Iunii a. 1983 de vita decessisse.

An. et vol. LXXVI 2 Maii 1984

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Pontificia Commissio Codici Iuris Canonici authentice interpretando constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Recognito Iuris Canonici Codice haud ita pridem a Nobis promulgato, hac quidem laeta recreamur spe fore ut is ((efficax instrumentum evadat, cuius ope Ecclesia valeat se ipsam perficere secundum Concilii Vaticani II spiritum, ac magis magisque parem se praebeat salutifero suo muneri in hoc mundo exsequendo)).*

Quam ad rem efficiendam, talis canonicarum legum observantia postulatur quae non solum propensam oboediendi voluntatem, verum etiam propriam rectamque canonicarum legum cognitionem interpretationemque secumferat. Leges enim, <(cum omnes astringant, nihil debent obscurum vel ambiguum continere » ;[2] attamen spectata ipsarum indole generali, fieri non potest quin earum ad singulos casus applicatio nonnullas gignat difficultates.

Praeterea, cum canones Codicis omnes inter se cohaerere debeant, aliquando quaestio oriri potest de Legislatoris voluntate vel mente, sicque interpretatio requiritur, quae legum germanam rationem demonstret ad quaslibet dubitationes vel ambiguitates dissipandas.

[1] Ioannes Paulus II, *Sacrae disciplinae leges, AAS* 75 (1983) Pars II, p. xin.

[2] Gregorius IX: Pothast n. 9526 - X, 1, 2, 13.

Quapropter Nos, vestigia prementes Praedecessoris nostri **f.** m. Benedicti XV, qui interpretationem authenticam canonum praecedentis Codicis voluit demandari peculiari Commissioni ad hoc constitutae,[3] motu proprio, certa scientia atque matura deliberatione Commissionem peculiarem erigere decrevimus ac reapse erigimus, quae in posterum « Pontificia Commissio Codici Iuris Canonici authentice interpretando)) proprio nomine appellabitur quaeque normis regenda erit quae sequuntur.

I. Huic soli Commissioni ius erit canonum Codicis iuris canonici aliarumque Ecclesiae Latinae legum universalium interpretationem authenticam proferendi Nostra auctoritate firmandam, auditis tamen in rebus maioris momenti Dicasteriis ad quae res ratione materiae pertinet.

II. Haec Commissio ex Patribus Cardinalibus et quibusdam Episcopis, sub ductu Cardinalis praesidis, constabit, quibus praesto erunt congruus Officialium numerus et Consultorum Coetus in re canonica peritorum.

III. Quod vero ad membrorum, officialium, consultorum Commissionis nominationem et mandati tempus attinet, normae quae cetera Romanae Curiae Dicasteria regunt applicabuntur.

IV. Procedendi vero modus et ratio tempestive statuentur.

His Nostris Litteris Apostolicis censemus Pontificiam Commissionem Codici Iuris Canonici recognoscendo et Pontificiam Commissionem Decretis Concilii Vaticani II interpretandis cessare.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus et valere a die secunda mensis Februarii hoc anno qua hae Litterae promulgabuntur.[4] Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die altera mensis Ianuarii, anno MDCCCCLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

IOANNES PAULUS PP. II

[3] Benedictus XV, Motu proprio *Cum iuris canonici, AAS* 9 (1917), p. 483.

[4] Cfr. « L'Osservatore Romano », 2 Februarii a. 1984.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

GARISSAEN.

Praefectura apostolica Garissaënsis, in Kenya, ad gradum dioecesis tollitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem Praefectura apostolica Garissaënsis, in Kenyae finibus sita, Dei gratia, in cuius nutu omnia sunt posita, et Missionariorum labore, sane operoso, haud parva fidei ceperit incrementa, simul ut maiora accipiat, simul ut Evangelii Praeconibus praeterquam quod iustus honor deferatur, animus etiam addatur ad coepta audaciora pro Christi sancta religione ineunda, visum est Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositis bene fieri, si Praefectura illa in dioecesis formam redigeretur. In quorum profecto sententiam discedentes, re bene reputata, haec auctoritate Nostra apostolica de negotio statuimus atque iubemus. Apostolicam Praefecturam Garissaènsem ad gradum et dignitatem dioecesis evehimus, eodem nomine iisdemque limitibus. Erit autem illa metropolitanae Sedi Nairobiensi suffraganea, atque Sacrae Congregationi Fidei Propagandae obnoxia etiam in posterum. Sedem episcopalem in urbe vulgo Garissa Episcopus collocabit, cathedra magisterii sui in templo urbis principe posita, quod cathedrale erit, cum iuribus et oneribus debitis. Ceterum, quae ad cleri, populi, ipsiusque Episcopi iura et onera respiciant, item ad dioecesis administrationem, novi Iuris Canonici legibus omnino temperetur. Ad has vero Litteras exsequendas quod pertinet, id Venerabilis Frater oneri habebit Clemens Faccani, Archiepiscopus Serrensis in Proconsulari, atque Pro-Nuntius in Kenya; qui profecto poterit et alium, si visum fuerit, legare Virum, modo in ecclesiastica dignitate constitutum. Re vero acta, documenta exarentur, ac sinceris exemplis

ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittat recte subscripta atque sigillo impressa. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertia mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Iosephus Del Ton. *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £B **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 127490.

II

DE EL PETEN

Administratio Apostolica « EI Petén » ad gradum Vicariatus Apostolici provehitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Administratio Apostolica « EI Petén » in Republica Guatimaiensi quaedam iam susceperit incrementa atque in condicionibus versetur quo stabilius constituatur, duximus diutius differendam non esse eiusdem Administrationis elevationem ad gradum Vicariatus Apostolici, iisdem servatis finibus eodemque servato nomine. Quam ob rem, audita sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Congregationis pro Gentium Evangelizatione praepositorum, acceptoque quorum interest favorabili voto, Nos, Apostolica Nostra usi potestate, Administrationem Apostolicam « EI Petén » ad gradum Vicariatus Apostolici provehimus eodem nomine appellandi. Volumus autem ut Apostolicae hae Litterae Nostrae firmae sint et efficaces nunc et in posterum, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Iosephus Del Ton. *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco ¡33 **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 128148.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Nuntiatura Apostolica in Republica Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis instituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quandoquidem heri modo, utraque videlicet consentiente parte, publicae initae sunt amicitiae necessitudinisque rationes inter Rempublicam Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis et hanc Apostolicam Sedem, nihil quidem cunctamur ea apta capere consilia quibus idem consilium primos suos sortiatur effectus. Maximum enim conferentes studium ad commune religionis Catholicae civilisque ipsius societatis bonum ubique terrarum pro viribus tuendum augendumque Nos, haud secus ac Decessores Nostri, nihil optabilius esse arbitramur quam ut ex pristino hoc Apostolicae Sedis more in variis pluribusque usque Nationibus Nuntiaturas Apostolicas condendas rite curemus unde talia suscepta vincula publica facilius firmentur certiusque prosperentur magna quidem cum partium ambarum utilitate. Huius igitur rei ipsius causa, consulta diligenter Sacra Congregatione pro Episcopis, de plenitudine Apostolicae potestatis Nostrae hisce ipsis Litteris Nuntiaturam Apostolicam in Republica Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis excitamus et instituimus, cuius sedes in urbe Vasintonia recte collocatur. Ad novam proin Nuntiaturam hanc ea omnia et singula, ut par est, officia ac privilegia indulta ac iura deferimus quae talium Apostolicae Sedis Legationum sunt propria et Canonibus sacris circumscribuntur. Quae universa ediximus hic item decernimus ut vim suam secundum Apostolicas has Litteras in modum Brevis expeditas tam nunc quam in posterum habeant, contrariis quibusvis rebus neutiquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Ianuarii, anno Domini MCMLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 125W5.

II

Sanctus Thorlacus nationis Islandicae Patronus confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum Sanctus Thorlacus Episcopus, qui Islandiensem Ecclesiam Christo genuit evangelico verbo praedicando, antiquitus sit cultus et aetate quoque nostra cleri et fidelium magna colatur ibi religione, cumque inde non parva spiritalis utilitas sequatur ad fidem firmandam et augendam, Venerabilis Frater Hendricus Hubertus Frehen, Episcopus Reykiavikensis, communibus exceptis votis, Sancti Thorlaci electionem in Patronum apud Deum Islandiae potestate sua ordinaria rite adprobavit. Quoniam autem idem Venerabilis Frater studiose postulavit ut ea electio et adprobatio confirmaretur ad normam a Sacra Congregatione pro Sacramentis et Cultu Divino statutam per « Instructionem de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum propriis recognoscendis », n. 30, Nos, ex huius Sacrae Congregationis sententia, Nostra Apostolica potestate et auctoritate libenter preces exaudimus et Sanctum Thorlacum Episcopum principalem Patronum apud Deum Islandicae nationis declaramus et confirmamus, omnibus iuribus et privilegiis concessis iuxta rubricas, fore confisi ut eiusmodi honor huic Sancto tributus in fidei incrementum cedat et in catholicae societatis illic degentis propagationem. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. *124841.*

III

Templum B. M. V. et SS. Apostolorum Petri et Pauli, quod est Lesnae Podlaskae, in dioecesi Siedlcensi seu Podlachiensi, ad dignitatem Basilicae minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quamquam Deus «non in manufactis templis habitat... cum Ipse det omnibus vitam et inspirationem et omnia» *(Act. 17,* 24-25), consueverunt tamen semper homines cuiuscumque aetatis, loci, condicionis, templa aedificare, ubi deos colerent, precibusque fusis opem illorum invocarent, maxime in vitae discriminibus ac periculis. Neque religio catholica hae abnuit, cum sint fere hominum generi insita; qua re factum est ut christianae nationes sacris aedibus stellarentur, humilibus quidem aliis, aliis sollemnibus atque magnificis. In iis autem quae arte, magnitudine, rerum sacrarum supellectile praestant, praeter quam egregia pietate, certe annumeranda est etiam sancta B. M. V. aedes quae Leánae Podlaskae, in dioecesi Siedlcensi seu Podlachiensi, beatae Matri ac Sanctis Apostolis Petro et Paulo dicata est anno MDCCLViii : templum enim hoc non modo maiestate, pulchritudine, reliquiis Sanctorum praestat, sed etiam signo beatissimae Virginis Mariae eiusque adorandi Filii, in quos populus Siedlcensis dioecesis, immo et finitimarum Ecclesiarum, tenerrima ac suavi religione fertur. Ceterum in illo pietas quasi flamma alitur, populus christianas veritates eruditur, sacra debita sollemnitate fiunt, cantus in Dei Matrisque honorem cum dignitate resonant; cetera. His ergo ceterisque consideratis quae per litteras adducta sunt, bene fieri visum est, si Venerabili Fratri Ioanni Mazur, Episcopo Siedlcensi benigne concederemus, qui suo clerique populique nomine petiit ut templum illud in numerum Basilicarum minorum redigeremus. Quod per has Litteras facimus. Placet ergo iis probatis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino de re censuit, factis a Nobis potestatibus, templum beatae Mariae Virginis et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, quod est Leánae Podlaskae, numero Basilicarum minorum accenseri, factis iuribus atque Liturgicis concessionibus rite competentibus, modo ea servata fuerint quae Decretum « De titulo Basilicae Mino-

ris)) iubet, die vi mensis Iunii factum, anno MDCCCCLXVIII. Quibusvis haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xvi mensis Ianuarii, anno MDCCCCLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £B Sigilli

In Secret. Status tab., n. 124796.

ALLOCUTIONES

I

Ad episcopos Portus Divitis occasione oblata « ad Limina» visitationis coram admissos.*

Queridos Hermanos en el episcopado:

1. A través de vuestras Relaciones quinquenales y de los coloquios que he tenido con cada uno de vosotros, he podido familiarizarme con los problemas que habéis de afrontar en el desempeño de la grave función de Pastores de vuestras Iglesias locales. He sentido también la satisfacción de saber que, a pesar de las dificultades provenientes de la falta de personal y de medios materiales suficientes, habéis logrado, con la ayuda de Dios, frutos apreciables de santificación en bien de las almas que se os han encomendado.

A los casi cinco siglos de haberse iniciado la evangelización de vuestra isla, con profundo gozo recibo colectivamente a los sucesores del primer obispo llegado a tierra americana, don Alonso Manso. La ininterrumpida labor evangelizadora comenzada por aquel ilustre Prelado está hoy confiada a vosotros, hijos todos de Puerto Rico. Y me » satisface saber qué el mismo espíritu de hombre de Iglesia del primer obispó, se ha mantenido vivo en vosotros, puestos por el Espíritu Santo para regir esa Iglesia a mí tan querida.

En este encuentro fraterno, deseo señalaros algunos temas que considero más importantes y merecedores de una especial reflexión.

2. El primero de ellos se refiere a la familia. El Sínodo dedicado a ese tema y mi Exhortación Apostólica « Familiaris consortio » no

*** Die 24 ni. Novembris a. 1983.**

pasaron inadvertidos en Puerto Rico ; y el interés mostrado hacia dicho documento por vosotros y por vuestros colaboradores, concretizado en predicaciones, cursos de estudio, retiros, encuentros y otras iniciativas dirigidas a fortalecer la institución familiar, producirá sin duda óptimos frutos que ahora no es posible determinar.

Deseo pediros que comuniquéis a vuestros colaboradores : sacerdotes, diáconos permanentes, religiosos de uno y otro sexo y seglares comprometidos, mi gozo de Pastor de toda la Iglesia ante esa generosa acogida del Magisterio pontificio.

Soy consciente de que las fuerzas privadas y públicas que militan, dentro de Puerto Rico, en contra de la familia son poderosas y altamente destructivas. Vuestros predecesores y vosotros mismos habéis tenido que afrontar por más de ochenta años la realidad del matrimonio civil y del divorcio vincular, con el inevitable desarrollo de una mentalidad divorcista. En vuestra isla se ha venido promoviendo el control de la natalidad mediante el uso de medios inmorales, que han incluido la esterilización directa, por cerca de cincuenta años. El aborto legalizado es una realidad desde hace poco más de diez años.

Sin embargo, las enseñanzas del Magisterio eclesiástico nunca han sido diluidas ni deformadas para acomodar la moral a la llamada «mentalidad del hombre moderno», como lo demuestran los documentos emanados de vuestra Conferencia Episcopal y de los obispos individuales.

Os exhorto, pues, a que continuéis impartiendo, sin ambages ni disimulaciones, la enseñanza de la Iglesia acerca de la familia, núcleo de particular importancia para la sociedad civil y eclesial. A este respecto, no dejéis de enseñar en toda su riqueza y extensión las enseñanzas de mi predecesor Pablo VI, contenidas en la Encíclica « Humanae Vitae ».

Animad a los sacerdotes, diáconos permanentes, religiosos, religiosas y laicos con especiales cualidades y espíritu de compromiso, para que os ayuden a crear un ambiente de profundo respeto y aprecio por la santidad de la familia.

3. Las vocaciones merecen también una especial atención. He podido observar con gozo un progreso en este campo, que se refleja en el aumento de alumnos en vuestros seminarios diocesanos y en las casas de formación religiosa, al igual que en los aspirantes a otras modalidades de vida consagrada.

No es superfluo recordar que el sacerdocio ministerial es indispensable para la vida de la Iglesia y que la vida consagrada ha sido, es y será un enriquecimiento irrenunciable para la vitalidad de la misma, con toda su extensa gama de carismas.

Sé que vosotros mostráis especial cuidado por el fomento de las vocaciones sacerdotales, diaconales y para la vida consagrada. No puedo menos tampoco de manifestar viva complacencia por los diálogos y encuentros que vuestra Conferencia ha instituido con los religiosos, para estudiar conjuntamente documentos de interés común, como el « Mutuae Relationes ».

Os exhorto a continuar esos diálogos y encuentros, a fin de alcanzar una colaboración generosa y sobrenaturalmente motivada, que encauce toda esa riqueza de carismas a la edificación del Pueblo de Dios.

Sé también que cada uno de vosotros ha tratado de liberar, aunque sea parcialmente, un sacerdote que promueva las vocaciones en vuestras diócesis. Alabo y bendigo esta importante labor. Ello no obstante, deberéis inculcar en vuestro clero la idea de que los sacerdotes que regentan las parroquias deben ser los promotores más eficaces de las vocaciones; por el frecuente contacto que tienen con los jóvenes y porque éstos ven concretizado el ideal sacerdotal en los presbíteros con los que se encuentran en sus propias parroquias.[1]

á. La formación permanente del clero y su vida de oración es otro punto sobre el que deseo entretenerme brevemente con vosotros. Porque los sacerdotes están llamados a un constante ejercicio del ministerio de la Palabra y de la administración de los Sacramentos, a dar razón de su fe y de su esperanza, y a dirigir las almas para llevarlas por caminos seguros de santificación. En efecto, los sacerdotes más fieles han puesto siempre mucho empeño en el estudio de las ciencias eclesiásticas y en la adquisición de ese cúmulo de conocimientos que capacitan para penetrar en las profundidades del alma humana.

La explosión del conocimiento de que somos testigos en nuestros días puede afectar adversamente a los sacerdotes, al llevarles a pensar que, o una formación cultural alta no está a su alcance, o que hay que dejar el pastoreo para dedicarse al estudio.

La solución está en un justo medio y en una elección de prioridades.

[1] Cf. *Presbyterorum Ordinis,* 11.

En fin de cuentas se espera del sacerdote que sea, ante todo, maestro de la fe. Es en ese campo donde los fieles esperan especial competencia profesional de sus sacerdotes, y es en ese campo donde el sacerdote está llamado a poseerla.

Os exhorto, por ello, a que proveáis los medios necesarios, para que vuestros sacerdotes profundicen en el conocimiento de la Palabra de Dios y adquieran ese adecuado bagage de ciencia no sagrada que les permita ser fieles transmisores del mensaje salvifico y seguros directores espirituales. A su vez, vuestro clero deberá responder con prontitud y diligencia, haciendo uso de los medios que pongáis a su alcance, no por mero deseo de ostentar ciencia, sino como una necesidad vital de su sacerdocio.

Las conferencias periódicas del clero han sido siempre un medio poderoso para mantener al día a los sacerdotes en los conocimientos necesarios para el digno y eficaz ejercicio de su acción pastoral y para alcanzar unidad de doctrina y disciplina en la Iglesia local, bajo la presidencia del Obispo diocesano. Nada indica que en el tiempo presente ese medio haya perdido su actualidad y eficacia.

Además, el sacerdote debe ser hombre de oración. Su bautismo lo requiere, lo exige su ministerio, lo esperan los fieles, que sostienen a sus sacerdotes para que oren por ellos. Soy consciente de que las grandes demandas que se hacen al tiempo y a las fuerzas del sacerdote constituyen una terrible tentación —en la que han caído muchos, por desgracia— de abandonar la oración en favor de ministerios de secundaria importancia o de un activismo estéril.

Animad, pues, a vuestros sacerdotes a crecer en su vida de oración asegurándoles que con ello no sólo no disminuirá su efectividad pastoral, sino que, por el contrario, hará su ministerio más fecundo.[2]

5. Las escuelas católicas son otro campo importante en vuestra solicitud pastoral. Con grandes esfuerzos y contando sólo con las aportaciones económicas de los padres de familia, habéis mantenido centros educativos católicos de nivel primario, secundario y universitario. Si bien son pocos en relación con los que dirige el Estado, constituyen un lugar privilegiado de integración de la fe con los conocimientos humanos.

En las normas del nuevo Código de Derecho Canónico encontra-

[2] Cf. *Presbyterorum Ordinis,* 13, 18.

reis un apoyo a vuestro empeño en favor de las escuelas católicas, no solamente para continuar operando y mejorando las ya existentes, sino también para abrirlaSj en la medida de lo posible, donde no las hay. Igualmente, para que vuestros colaboradores en ese campo, y también los padres de familia conozcan la verdadera posición de la Iglesia con respecto al valor singular de esos centros docentes en la vida de la Iglesia.

Ruego a Dios que vuestros sacerdotes, diáconos permanentes, religiosos, religiosas y laicos profesionalmente competentes, muestren la necesaria disponibilidad y fidelidad sin reservas al Magisterio, para que vuestros centros, y aquellos a los que reconozcáis como católicos, sean, además de lugares de formación, los verdaderos medios de integración moral y evangélica que contempla la Iglesia.

El espíritu de catolicidad genuina que anima a vuestra Universidad Católica es motivo de gozo para el Papa. Sé que ello ha sido y es el resultado de una búsqueda institucional sincera, continuada a través de los años, dirigida a conocer las orientaciones pontificias expresadas en las directrices del competente Organismo de gobierno, y de una voluntad verdadera de acatarla.

Aprovecho esta conyuntura para animaros a continuar mejorándola y haciéndola un instrumento aún más eficaz de evangelización en el mundo profesional e intelectual, sin descuidar el proceso nunca interrumpido de evangelización interna, sin la cual no es posible lograr la primera.

Entre los logros de vuestra Universidad hay dos que considero merecedores de especial mención y que están en plena consonancia con su carácter de católica. Me refiero al diálogo interdisciplinar tantas veces recomendado y que allí es una realidad, y al Instituto de Doctrina Social de la Iglesia.

6. Queridos Hermanos : al regresar a vuestras diócesis encontraréis los mismos problemas que agobian a todo Pastor que es verdaderamente tal. Conozco las dificultades que tenéis que vencer cada día para cumplir cabalmente con vuestro triple oficio de predicar, santificar y gobernar. Sabed, por ello, que el Papa os tiene muy presentes en sus oraciones y sabe que no le faltan las vuestras.

Al encomendaros a la intercesión maternal de Nuestra Señora de la Divina Providencia, por vuestro medio quiero hacer llegar a vuestros sacerdotes, diáconos permanentes, religiosos, religiosas y laicos cola-

Doradores, al igual que a todas las almas confiadas a vuestro pastoreo espiritual, mi cordial recuerdo y saludo, acompañado de una especial Bendición.

II

Ad Exc.mum Virum Petrum Lawler, Australiae apud Sanctam Sedem constitutum Legatum.*

Mr Ambassador,

I am happy to receive from Your Excellency the Letters accrediting you as Ambassador Extraordinary and Plenipotentiary of Australia. My pleasure in welcoming you to the Vatican derives, in great part, from the bond of friendship that characterizes the cordial diplomatie relations between your country and the Holy See.

I am grateful for your référence to my message of last New Year's Day. In it I shared with the leaders of the nations and with the Citizens of every country my heartfelt conviction that true dialogue is an essential condition for peace in the world. Prompted by the observations that you have made, I would emphasize once again the necessity and indeed the urgency of this challenge for our time. In so doing I am sure that this call for dialogue echoes the hopes of countless men and women in our society, who desire to see not only a genuine commitment on the part of ail nations to eliminate the threat of war through a progressive réduction of both nuclear and conventional arms, but above all to witness the establishment of an atmosphère of peace wherein the spiritual and economie welfare of humanity will be of primary concern.

I truly believe that peace is possible, because I have confidence in man's capacity to sense what is reasonable, what is right and just, and to recognize that the promotion of the common good benefits the well-being of each individual.

I know besides that this is truly the conviction of Australia which, conscious of its Christian inheritance and of its role in the région, is striving through an open and realistic diplomacy to make its own contribution to the noble cause of peace and to resolving some of the problems in this area of the world.

In this context, I note with satisfaction your référence to the

* **Die 25 m. Novembris a. 1983.**

contribution that the Government **and** people of Australia have made to alleviating the plight of the many refugees who have sought asylum in your country. The respect, the hospitality and the **Willing** acceptance extended to them express more clearly than mere words the real possibility of building a climate of peace by reaching out with compassion and understanding to those in need.

Mr Ambassador, in fulfilling the task that has been assigned to you, you participate in a noble profession of human discourse which, by its very nature, is intended to contribute to a dialogue for peace. It is a work requiring patience and persévérance, but however demanding it may at times become it has the potential for doing incalculable good.

I ask you to convey to the Government and people of Australia my greetings and good wishes. I join you in praying for the successful outcome of your mission. May Almighty God bless you and your fellow **Citizens** with his abundant favours.

III

Ad eos qui conventui quorundam Praesidum coetuum legibus ferendis ex Europa interfuerunt, coram admissos.*

Messieurs les Présidents,
Mesdames, Messieurs,

1. La conférence des Présidents des Parlements des Etats membres de la Communauté et du Parlement européen est une institution encore jeune, et cette deuxième réunion à Rome, après celle de Luxembourg, vous a donné l'occasion de venir aussi au Vatican. Je suis touché que vous ayez exprimé vous-mêmes le désir de cette audience et je vous remercie de votre visite et des nobles propos que votre interprète, le Président Cossiga, vient de tenir devant nous.

Dans le cadre du rôle spirituel qui est essentiellement celui du Saint-Siège, il n'est pas question pour moi de traiter des moyens techniques de développer la coopération entre le Parlement européen et les Parlements nationaux, qui était l'objet de votre rencontre. Mais le bon exercice du pouvoir législatif en chacun de vos pays et le développement judicieux de l'unité de l'Europe, ou du moins, en ce qui vous concerne, de la Communauté, intéressent vivement le Saint-Siège, parce qu'il y va de la bonne marche de la vie sociale, du

* **Die 26 m. Novembris a 1983.**

progrès de la justice et de la solidarité entre les hommes de ce continent, et donc de leur propre progrès moral et de leur apport au reste de l'Europe et de la communauté mondiale. L'Eglise est loin d'être étrangère au développement équilibré des institutions politiques; le Saint-Siège est d'ailleurs représenté auprès de chacun de vos pays, et auprès des Communautés européennes par un Nonce Apostolique.

2. Je forme d'abord des vœux pour vous, en tant que Présidents et Secrétaires généraux des Parlements nationaux des dix pays représentés ici. Avec des variantes qui tiennent à leur histoire, ces pays disposent en général de deux chambres, mandatées par le peuple souverain, pour exercer le pouvoir législatif, en se complétant, en se contrôlant, afin que le bien commun de tous vos compatriotes soit garanti par les lois avec le maximum de sagesse, de prudence, de justesse. Comme je le disais récemment à des parlementaires européens, une telle démocratie, bien comprise, avec une autorité publique suffisamment forte, est une grande chance, si on la compare aux régimes fondés sur la violence, sur la dictature «ou sur les privilèges d'une oligarchie toute puissante. Oui, en ce sens, la vraie démocratie doit être défendue avec ténacité. Et vous qui présidez personnellement au fonctionnement des Assemblées parlementaires, avec ce que cela suppose de respect de la loi et des institutions, d'impartialité envers les divers groupes politiques, d'accueil respectueux des personnes appelées à s'exprimer dans l'hémicycle, en un mot d'équité et d'autorité, vous remplissez une charge méritoire, un service qualifié de vos nations, pour lequel je vous exprime mon estime, mes vœux et mes encouragements.

Tu equidem, Venerabilis Frater Noster, iam te Ecclesiae Hispalensi abdicasti, ac proinde pro industria ac labore pietatis ac virtutis hostias Deo offerre coepisti. At suspice caelum, unde pax vera ac solamen.

Ceterum Nos te amare patris fratrisque modo ; te laudare ut bonum Christi militem, pro certo habe. Quem quasi aggere apostolica Benedictione munimus, cum iis omnibus communicanda, quos caros habes.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxx mensis Novembris, anno MDMLXXXIII, Pontificatus Nostri sexto.

IOANNES PAULUS PP. II

NUNTIUS TELEVISIFICUM

Die Nativitatis Domini a. 1983 e podio externo Petrianae basilicae.

1. Ti ringraziamo, o Padre nostro, per il Verbo che si fece carne e, nella notte di Betlemme, venne ad abitare in mezzo a noi.[1]

Ti ringraziamo per il Verbo, cui comunichi eternamente la realtà santissima della tua stessa divinità.

Ti ringraziamo per il Verbo, in cui hai dall'eternità deciso di creare il mondo, affinché esso rendesse testimonianza a Te.

Ti ringraziamo, perché nel tuo Verbo hai amato l'uomo «prima della creazione del mondo)).[2]

Ti ringraziamo, perché in lui, tuo Figlio prediletto, hai deciso di rinnovare tutto il creato; hai deciso di redimere l'uomo.

[1] Cfr. *Gv* 1, 14.

[2] *Ef* 1, 4.

Ti ringraziamo, eterno Padre, per la notte di Betlemme della nascita di Dio, allorché il Verbo si fece carne e la potenza della Redenzione venne ad abitare in mezzo a noi.

2. « Ti ringraziamo, o Padre nostro, / per la santa vite di Davide, / tuo servo, che a noi rivelasti per mezzo di Gesù, tuo Figlio »,[3] nato dalla Vergine e deposto in una mangiatoia.

In questa «vite di Davide», nell'eredità di Abramo hai promesso la tua salvezza e la tua eterna alleanza a tutti gli uomini, a tutti i popoli della terra.

Ti ringraziamo per l'eredità della tua grazia, che non hai sottratto al cuore dell'uomo, ma hai rinnovato mediante la nascita terrena del tuo Figlio, affinché noi, per opera della sua Croce e della sua Risurrezione, riacquistiamo, di generazione in generazione, la dignità di figli di Dio, perduta a causa del peccato, la dignità di fratelli adottivi del tuo eterno Figlio.

Ti rendiamo grazie, o Padre santo, per il tuo santo nome,[4] al quale hai dato di rifiorire nei nostri cuori mediante la Redenzione del mondo.

3. Ti ringraziamo, eterno Padre, per la maternità di Maria Vergine, che sotto la protezione di Giuseppe, il carpentiere di Nazaret, ha messo al mondo il tuo Figlio in una totale povertà.

« Venne fra la sua gente, / ma i suoi non l'hanno accolto ».[5]

E, tuttavia, Egli ha accolto tutti noi già fin dalla sua stessa nascita, ed ha abbracciato ciascuno di noi con l'amore eterno del Padre, con l'amore che salva l'uomo, che rialza dal peccato la coscienza umana: In lui abbiamo la riconciliazione e la remissione dei peccati.

Ti ringraziamo, Padre celeste, per il Bambino deposto in una mangiatoia: in lui « si sono manifestati la bontà di Dio, salvatore nostro, e il suo amore per gli uomini ».[6]

Ti ringraziamo, eterno Padre, per quest'amore, che discende come un debole Infante nella storia di ciascun uomo.

Ti ringraziamo, perché, « da ricco che era, si è fatto povero per noi, perché diventiamo ricchi per mezzo della sua povertà ».[7]

[3] *Didachè* IX, 2.
[4] *Didachè* X, 2.
[5] *Gv* 1, 11.
[6] *Tt* 3, 4.
[7] Cfr. *2 Cor* 8, 9.

Ti ringraziamo per la mirabile economia della Redenzione dell'uomo e del mondo, che si rivela per la prima volta nella notte della nascita a Betlemme.

4. Padre nostro !

«Tu, Signore onnipotente, hai creato ogni cosa per il tuo nome, / hai dato agli uomini il cibo / e la bevanda come nutrimento)).[8]

Guarda con gli occhi del neonato Bambino gli uomini che muoiono di fame, mentre somme ingenti sono impegnate per gli armamenti; guarda l'indicibile dolore dei genitori, che assistono all'agonia dei figli imploranti quel pane che non hanno e che potrebbe essere procurato anche solo con una piccola parte delle spese profuse in mezzi sofisticati di distruzione, dai quali sono rese sempre più minacciose le nubi, che si addensano sull'orizzonte dell'umanità.

Ascolta, o Padre, il grido di pace che sale dalle popolazioni martoriate dalla guerra, e parla al cuore di quanti possono contribuire, mediante la trattativa ed il dialogo, a soluzioni eque ed onorevoli delle tensioni in atto.

Guarda il cammino ansioso e tribolato di tante persone che faticano per procurarsi i mezzi di sopravvivenza, per progredire e per elevarsi.

Guarda le angosce e le sofferenze, che straziano gli animi di quanti sono costretti a forzata lontananza dalle proprie famiglie o vivono in una famiglia disgregata dall'egoismo e dall'infedeltà; di quanti sono senza lavoro, senza casa, senza patria, senza amore, senza speranza.

Guarda i popoli che sono senza gioia e senza sicurezza, perché vedono conculcati i propri fondamentali diritti; guarda il nostro mondo odierno, con le sue speranze e le sue delusioni, con i suoi slanci e le sue viltà, con i suoi nobili ideali ed i suoi umilianti compromessi.

Spingi le persone ed i popoli a rompere il muro dell'egoismo, della prepotenza e dell'odio, per aprirsi al rispetto fraterno verso ogni uomo, vicino e lontano, perché è uomo, perché è fratello in Cristo.

Induci ciascuno a porgere l'aiuto necessario a chi è nel bisogno, a donarsi per il bene di tutti, a rinnovare il proprio cuore nella grazia di Cristo Redentore.

Assisti la tua Chiesa nel suo prodigarsi per i poveri, per gli emarginati, per i sofferenti.

* *Didachè* X, 3.

Custodisci e rafforza in tutti i cuori l'anelito alla fede in Te e alla bontà verso i fratelli; la ricerca della tua presenza e del tuo amore, la fiducia nella tua potenza redentrice e salvifica, la confidenza nel tuo perdono e l'abbandono alla tua Provvidenza.

5. Gesù Cristo, Figlio del Dio vivente, nato nella notte di Betlemme dalla Vergine Maria ! Gesù Cristo, nostro fratello e nostro Redentore ! Abbraccia col primo sguardo dei tuoi occhi tutti i problemi assillanti del mondo d'oggi! Accogli nella tua comunione, mediante la tua nascita terrena, tutti i popoli e le nazioni della terra.

Accogli noi tutti, uomini e donne, tuoi fratelli e sorelle bisognosi del tuo amore e della tua misericordia.

A quanti sono presenti o sono uniti mediante la Radio e la Televisione in questo Natale del Giubileo della Redenzione, rivolgo i miei più cordiali auguri, esprimendoli in alcune delle lingue principali.

Summus Pontifex omina sua et vota quadragintaquattuor linguis adhibitis pronuntiavit.

CHIROGRAPHA

I

Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino in duas dividitur Congregationes.

IOANNES PAULUS PP. II

Quoniam in celeri rerum cursu etiam ea quae ad praxim pastoralem spectant, novas induunt rationes et novas postulant vias, expedire videtur ut Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, die xi mensis Iulii anno MCMLXXV a Paulo PP. VI, Decessore Nostro rec. mem., instituta, quae scilicet e Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum et Sacra Congregatione pro Cultu Divino coaluit, in duo Dicasteria seiungatur. Re quidem vera haec usque adhuc erat bipertita, utrique parti seu sectioni proprio Secretario praeposito.

Itaque rebus omnibus mature perpensis, decernimus atque constituimus ut Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino in duas Congregationes dividatur, quarum altera pro Sacramentis, altera pro Cultu Divino nominetur. Utraque autem pro commisso sibi munere

recipit materiam, quae utrique sectioni, de qua supra est dictum, propria fuit. Plenior autem conformatio harum Congregationum in Romanae Curiae Dicasteriorum recognitione, ad quam iam incumbitur, perficietur.

Datum Romae, die v mensis Aprilis, anno MCMLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

IOANNES PAULUS PP. II

II

E.mo P. D. Augustino S. R. E. Presbytero Cardinali Casaroli, a Secretis Status, nonnullae potestates a Summo Pontifice committuntur circa regimen Civitatis Vaticanae.

AL NOSTRO VENERATO FRATELLO AGOSTINO CASAROLI CARDINAL SEGRETARIO DI STATO.

Le sollecitudini crescenti per la cura della Chiesa universale Ci suggeriscono di costituirà sempre più validi ausili nelVespletamento della Nostra missione e per tanto, Signor Cardinale, tenuto conto di quanto disposto dalla Costituzione Apostolica « Regimini Ecclesiae » del 15 Agosto 1967, al N. 25, dopo matura riflessione, abbiamo stabilito di conferire a Lei, come di fatto Le conferiamo nella sua qualità di Nostro Segretario di Stato, alto e speciale mandato a rappresentarCi nel governo civile dello Stato della Città del Vaticano e ad esercitare, in Nostro nome ed in Nostra vece, — sempre riferendo a Noi, specialmente nei casi di particolare importanza — i poteri e le responsabilità inerenti alla Nostra sovranità temporale sul medesimo Stato, dal quale è garantita l'indipendenza da ogni potestà terrena di questa Sede Apostolica Romana che la Provvidenza Ci ha chiamato a reggere.

Modificando quindi parzialmente, in applicazione della menzionata Costituzione Apostolica, quanto il Nostro Predecessore Pio XII di v. m. stabilì con Biglietto della Segreteria di Stato dell'Aprile 1939, e con esplicita deroga al disposto della Legge fondamentale dello Stato della Città del Vaticano, N. I del 7 Giugno 1929, Art. 7, I° comma, vogliamo e decidiamo che a Lei, Signor Cardinale Nostro Segretario di Stato, faccia riferimento la Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano in una col Cardinale Presidente che sarà

nominato, in tutte le materie che le vigenti Leggi riservano alla Nostra Persona.

La medesima Commissione Cardinalizia — coadiuvata da un Prelato, che, al presente, ha il titolo di Pro-Presidente, e da un Delegato speciale — continuerà nell'ordinario governo, nell'ambito delle potestà, delegate o delegabili a norma della Legge N. I del 7 Giugno 1929, alla persona del Governatore, supplendo, come già nel recente passato, alla vacanza delle alte cariche dello Stato.

Certi di mere in Lei, Signor Cardinale, un solido sostegno anche in questa nuova attribuzione, invochiamo sulla sua persona e sul delicato compito che Le viene affidato la grazia del Signore e la protezione di Maria Ss.ma e del Beato Pietro, mentre Le impartiamo di cuore una speciale Benedizione Apostolica.

Dal Palazzo Apostolico Vaticano, il 6 Aprile 1984, nel sesto anno del Nostro Pontificato.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 27 Februarii 198^. — Titulari episcopali Ecclesiae Acciensi R. D. Ludovicum Dufaux, Vicarium Generalem dioecesis Mcensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Rogeri S. R. E. Cardinalis Etchegaray, Archiepiscopi Massiliensis.

die 9 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Salfordensi R. D. Patricium Altham Kelly, moderatorem Seminarii vulgo Oscott.

die 10 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Valleguidonensi R. D. Aloisium-Mariam Bilie, e clero dioecesis Lucionensis.

die 16 Martii. — Titulari episcopali Ecclesiae Leptimagnensi R. D. Ioannem Buckley, curionem ad Christum Regem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Michaelis Murphy, Episcopi Corcagiensis et Rossiensis.

die 20 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Sancti Ludovici in Maragnano Exc.mum P. D. Paulum Eduardum Andrade Ponte, hactenus Episcopum Itapipocanum.

die 21 Martii. — Cathedrali Ecclesiae S. Agathae Gothorum Exc.mum P. D. Felicem Leonardo, Episcopum Thelesinum.

die 22 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Geraldtoniensi, R. D. Barrium Hickey, e clero archidioecesis Perthensis.

die 23 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Monteriensi Exc.mum P. D. Raimundum Darium Molina Jaramillo, O. F. M., hactenus Episcopum titularem Timicitanum et Auxiliarem archidioecesis Bogotensis.

die 26 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Procopiensi Exc.mum P. D. Gaetulium Teixeira Guimaräes, S. V. *D.*, hactenus Episcopum titularem Tabborensem et Auxiliarem Episcopi de Ponta Grossa.

die 28 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Salinensi, Exc.mum P. D. Georgium Fitzsimons, hactenus Episcopum tit. Pertusensem.

die 29 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Aureatensi-Guaduensi

Exc.mum P. D. Fabium Betancur Tirado, hactenus Episcopum titularem Sereddelitanum et Auxiliarem archidioecesis Medellensis-

die 30 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Tlalnepantlensi Exc.mum P. D. Emmanuelem Pérez-Gil González, hactenus Episcopum Mexicalensem ;

— Cathedrali Ecclesiae Tapacolensi B. D. Aloisium Emmanuelem Cantón Marín, moderatorem Seminarii maioris archidioecesis Yucatanensis.

die .4 *Aprilis.* — Cathedrali Ecclesiae Sancti Marci in Guatemala Exc.mum P. D. Iulium Hamilcarem Bethancourt Fioravanti, hactenus Episcopum titularem Pomariensem et Auxiliarem archidioecesis Guatimalensis.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Iosephi de Graiau, R. P. Tharsi* cium Sebastianum Batista Lopes, O. F. M. Cap., Definitorem provincialem Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum et rectorem Seminarii Fertiliensis.

7 *Aprilis.* — Cathedrali Ecclesiae Lafayettensi in Indiana, R. D. Villelmum Higi, Administratorem dioecesanum eiusdem Sedis.

*die **14** Aprilis.* — Cathedrali Ecclesiae Campaniensi in Brasilia, Exc.mum P. D. Tharsicium Ariovaldum Amaral, C. SS. R., hactenus Episcopum Limeirensem.

SACRA CONGREGATIO PRO RELIGIOSIS ET INSTITUTIS SAECULARIBUS

DECRETA

L

Peculiares tribuuntur facultates Supremis Moderatoribus cum propriis Consiliis Institutorum vitae consecratae et Societatum vitae apostolicae de quibusdam normis ferendis iuxta praescripta novi C.LC.

Iuris Canonici Codice attente considerato, innotuit in Constitutionibus et in Codicibus additiciis Institutorum vitae consecratae et Societatum vitae apostolicae nonnullas leges et normas eidem contra-

rias inveniri posse, aliaque in illis desiderari quae vi eiusdem Codicis complenda sint.

Ut autem in re tanti momenti rite et sollicite procedatur, Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus opportunum duxit quae sequuntur decernere.

1. Cum, ad normam can. 6 § 1 Codicis Iuris Canonici propriae Institutorum leges eidem contrariae vim amittant, Moderator Supremus cum suo Consilio collegialiter eas definiat et Instituto declaret. In hac deliberatione omnes Consiliarii interveniant oportet.

2. Haec Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus facultatem tribuit Supremo Moderatori cum suo Consilio, ut, omnibus praesentibus, collegialiter procedant ad normas ferendas de iis quae Codex Iuris Canonici singulis Institutis decernenda committit atque necessaria videntur ad lacunas iuris proprii Instituti complendas.

3. Quae autem Supremus Moderator cum suo Consilio ita decreverit, statim usque ad proximum Capitulum Generale vim obtinebunt. Huius Capituli Generalis erit de iis ad normam iuris decernere. Approbationi auctoritatis competentis ad normam can. 587 § 2 et can 595 § 1 submittendae erunt eae normae quae in Constitutiones inserendae sunt, facultate tamen data quae Capitulum deliberavit iam ante Sanctae Sedis vel Episcopi approbationem, in praxim deducendi, dummodo iuri universali non sint contraria.

4. Ad Monasteria Monialium quod attinet, quae supra decreta sunt supremae Ordinis auctoritati, si adsit, secus personae a Sancta Sede ad hoc delegatae committuntur.

Hoc Decretum, quod Sanctitas Sua Ioannes Paulus Pp. II die XXXI mensis Ianuarii 1984 approbavit, valere incipiet suamque vim habere a die tertia mensis Februarii hoc anno qua publice notum fiet. Contrariis quibusvis rebus haudquaquam obstantibus.*

Datum Romae, die **II** mensis Februarii, anno 1984.

E. Card. **PIRONIO,** *Praefectus*

© A. Mayer, O.S.B., *Secretarius*

*** Cfr. « L'Osservatore Romano », die 3 m. Februarii a. 1984.**

Dantur normae pro Institutis Religiosis de votis nuncupandis.

Praescriptis canonum 607 § 2, 653 § 2, 654 Codicis Iuris Canonici attente consideratis, Sacra Congregatio pro Religiosis et Institutis saecularibus quae sequuntur Institutis Religiosis opportunum duxit statuenda.

1. Candidati qui, expleto novitiatu, ad normam can. 653 § 2 ad professionem religiosam admissi fuerint, in omnibus Institutis religiosis tria consilia evangelica voto publico temporario, exclusis alius generis vinculis, observanda deinceps assument.

2. Sodales qui aliis vinculis se devinxerunt, tempore ipsorum expleto, vota temporaria emittant pro reliquo tempore ad normam Constitutionum statuto.

3. Tempus cum alius generis vinculis peractum validum est ad computandam periodum votorum temporariorum, professioni perpetuae praemittendam, ad normam Codicis (cc. 655 et 658, 2°) et Constitutionum.

Vigebit hoc ipsum Decretum, a Summo Pontifice Ioanne Paulo II die XXXI mensis Ianuarii 1981¡. approbatum, a die tertia mensis Februarii hoc anno qua publice notum fiet. Contrariis nihil obstantibus.*

Datum Romae, die **II** mensis Februarii, anno 1984.

E. Card. **PIRONIO,** *Praefectus*

83 A. Mayer, O.S.B., *Secretarius*

* Cfr. « L'Osservatore Romano », die 3 m. Februarii a. 1984.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

DECRETUM

VELLINGTONEN.

Declarationis Ecclesiae Cathedralis Metropolitanae

Fere abhinc saeculum, Summus Pontifex Leo XIII, v. m. per Apostolicas Litteras *Ex officio supremi*, die 10 mensis Maii a, D. 1887 datas, Ecclesiam Cathedralem Vellingtonensem — a Summo Pontifice Pio IX per Apostolicas Litteras *De animarum salute* diei 20 mensis Iunii a. D. 1848 erectam — ad gradum et dignitatem Cathedralis Archiepiscopalis seu Metropolitanae evexit, et primus Praesul eiusdem urbis principis Novae Zelandiae Cathedram magisterialem, apostolica data facultate, in templo Sanctae Mariae dicato posuit, inde ab Anno Domini 1850.

Cum vero praefatum templum incendio die 28 mensis Novembris a. D. 1898 exciderit et deinde extructa fuerit in eodem situ nova Ecclesia paroecialis Sacratissimo Iesu Cordi dicata, Em.mus ac Rev.mus Dominus Thomas Stafford, titulo Iesu Divini Magistri Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Williams, Archiepiscopus Vellingtonensis ac Metropolita, auditis quorum interest, ab Apostolica Sede expostulavit ut, ad divinum cultum rectius servandum, ecclesia Sacratissimo Cordi Iesu hactenus dicata, in loco qui vulgo appellatur « Hill Street », templum Cathedrale archidioecesis metropolitanae Vellingtonensis declararetur.

Sacrum vero Consilium Christiano Nomini propagando, omnibus mature perpensis, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Paulo Divina Providentia II tributarum, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit memoratum templum Deo in honorem Sacratissimi Cordis Iesu hactenus dicatum, inde vero Deo in honorem eiusdem Sacratissimi Cordis Iesu et Sanctae Mariae eius Matris dicandum, dignitate et

gradu Ecclesiae Cathedralis Metropolitanae Archidioecesis Vellingtonensis gaudere cum omnibus iuribus et privilegiis adnexis de iure vel de consuetudine.

Ad haec exsecutioni mandanda eadem Sacra Congregatio Exc.mum ac Rev.mum Dominum Antonium Magnoni, Archiepiscopum titulo Bosetanum atque Apostolicum in Nova Zelandia Pro-Nuntium deputat, onere imposito ad hoc Sacrum Dicasterium authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die secunda mensis Martii, anno Redemptionis Sacro 1984.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. « S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

CONSTANTIEN. ET ABRINCEN.

Canonizationis Servae Dei Marthae Le Bouteiller, ex Instituto Sororum S. Mariae Magdalenae Postel.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Deus omnipotens *exaltavit humiles (Lc* 1, 52) ; Pater caelestis, pro sua benevolentia, se parvulis revelavit (cf. *Lc* 10, 21). Dominus noster Iesus Christus affirmavit : *Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis (Mt* 25, 40), et: *Quicumque se humiliaverit sicut parvulus, hic est maior in Regno caelorum. Qui susce-*

perit unum parvulum talem in nomine meo, me suscepit (Mt 18, 4-5); et Paulus Apostolus haec nos docet : *Ignobilia mundi et contemptibilia et quae non sunt elegit Deus, ut non glorietur omnis caro in conspectu Dei (1 Cor* 1, 28-29). Quae omnia manifesta apparuerunt in ortu, vocatione et vita sororis Marthae Le Bouteiller.

Soror Martha Le Bouteiller nata est in pago *La Henrière* appellato, apud urbem *Saint-Lô,* in finibus dioecesis Constantiensis-Abricensis. Eius parentes Andreas Le Bouteiller et Maria Francisca Morel, qui quinque genuerunt filios et parva praedia possidebant, praeter agrorum opera texendi artem exercebant et, cum christiana religione praestarent, filiam suam baptizandam curaverunt eodem quo nata est die, postridie nempe kalendas Décembres anno 1816, in ecclesia paroeciae suae Sancti Ioannis Baptistae Parcyensis, et nomina ei indiderunt Amatam Adelaidem. Postea parentes eam tradiderunt instituendam et educandam « Parvis Scholis », quas vocabant, vici *Percy,* ubi puellula discipula fuit et magna cum utilitate exemplis est usa cuiusdam Religiosae praeceptricis, sodalis Communitatis Dominae Nostrae a Monte Carmelo Abricensi, quae magnam reliquit famam religionis, virtutis et pietatis, quaeque tacita adhibebat hanc ex litaniis precationem : «a neglectu inspirationum tuarum, libera nos Domine», et incomparabilis fuit educatrix.

Vetere consuetudine pagi *Saint-Lô,* Amata Adelaidis Le Bouteiller religionis causa visitavit sanctuarium mediae aetatis Dominae Nostrae ad flumen *Vire,* simul cum aliis fidelibus paroeciae suae, exemplum secuta Sancti Ioannis Eudes qui, anno 1667, eo paroecianos Percyenses auxerat.

Hoc sanctuarium administrabatur tunc temporis ab Instituto Sororum Scholarum Christianarum a Misericordia Sancti Salvatoris Vicecomitis; quod Institutum conditum erat anno 1804 a Sancta Maria Magdalena Postel. Haec antea fuerat alumna Benedictinarum loci *Valognes,* et saeviente Gallica rerum publicarum conversione in vico *Berfleur* auxilio fuit presbyteris suae vocationi fidelibus et SS. Eucharistiam ferebat ad aegrotos; deinde, postquam multum profuerat catechesi pueris tradendae, anno 1804, una cum nonnullis sociis, quae « Pauperes Filiae a Misericordia » appellabantur, se puellis educandis in ruderibus veteris abbatiae benedictinae Sancti Salvatoris Vicecomitis.

Allecta fama sanctitatis huius conditricis, quae Divinae Providentiae confidebat nec labori et operae parcebat, hac sententia fundata : ((oboedientia usque ad mortem », Amata Adelaidis hoc Institu-

tum est ingressa die 19 mensis Martii anno 1841, ibique vestem religiosam induit insequenti anno. Cum paulo post missa esset ad pagum *La Chapelle-sur-Yire,* olim, lixiviam faciens incidit in lavatorium aquae Congelatae et temptata est initio cruris paralysis, qua mirum in modum sanata est intercessione Sanctae Mariae Magdalenae Postel. Die 7 mensis Septembris anno 1843 Amata Adelaidis est vota religiosa professa, ad quae praeparata est a beata Placida Viel, in hoc Instituto magistra novitiarum, quod in educationem pauperum puellarum territorii *Cotentin* incumbebat.

Quadraginta annos nova haec Eeligiosa, quae nomen sumpserat Sororem Martham, rerum domesticarum curis, uti eius caelestis Patrona, vacavit; namque primum ei delata est cura culinae, deinde horti et villae, denique cellae vinariae, in quo munere exercendo ei erat praesertim vinum ex malis factum distribuendum ducentis quinquaginta sodalibus Communitatis. Die 18 mensis Martii, vesperi, proximo ante festum Sancti Ioseph, anno 1883, Deus eam ad se vocavit. Concidit enim in cavaedio abbatiae prope scalas, cum, delato vino ex malis confecto in conclave epulare ad Communitatem cenaturam, rediret; ibique ei relinquenda fuerunt plostellum, urcei et lagoenae, quae instrumenta fuerant eius humilis, sedulae et piae vitae. Illata est in proximum locutorium ubi, accepto oleo infirmorum, maxima cum simplicitate et tranquillitate, eodem quo vixerat modo, animum simplicem, bonum, laetum, fiduciae plenum Deo reddidit.

Ob suas virtutes cara fuit Sanctae Mariae Magdalenae Postel, Instituti conditrici, et magni existimata est a beata Placida Viel, quae iu eius locum tamquam antistita successit. Exercuit suum divinae voluntatis obsequium omnino Deo confisa, humilibus contenta laboribus, qui ei committebantur.

Ardenti flagravit caritate erga omnes indigentes, erga parvulos in asylo degentes et pueros officinae et incolas finitimos, fuitque in pauperes et aegrotos et afflictos misericordissima.

Umbratilis vita, quam ex oboedientia degebat, in cella vinaria domus religiosae, animi intentioni favebat et Dei praesentiae ; eius lenitas et quies, patientia et simplicitas, omnibus nota erant, et famuli qui ei commissi erant, quosque ad vitam christianam adhortabatur, de ea dicebant: «Amour du bon Dieu, Sœur Marthe n'est que cela». In Communitate longos per annos iucundo et fidenter virtutes religiosas exercuit.

Soror Martha Le Bouteiller, bonis agricolis christianis nata, solida educatione usa est tum in familia tum in schola, et ipsa se pauperum ministerio addixit in instituto educationi puerorum dedito. Se sanctam fecit hilare et generose amando humilia domus munia, efficiens id, quod canit hic versus poetae Pauli Verlaine : « La vie humble aux travaux ennuyeux et faciles est une oeuvre de choix qui veut beaucoup d'amour ».

Sanctitatis fama qua Serva Dei vivens decorabatur, licet exteriore splendore orbata, post mortem, accedente rumore de gratiis et miraculis eius apud Deum intercessione obtentis, erupit. Quopropter de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis cogitatum est ; quod demum inchoari licuit post peractas canonicas inquisitiones tum pro canonizatione Fundatricis, tum pro beatificatione Venerabilis Placidae Viel, eiusdem Instituti sodalis. Annis igitur 1933-1934 apud dioecesanam Curiam Constantiensem instructi sunt processus informativi super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super cultu Servis Dei non praestando, Romamque delati sunt. Edito autem super scriptis Dei Servae tributis Decreto diei 28 Februarii anno 1940, commissio introductionis Causae penes S. Rituum Congregationem a Pio Papa XII propria manu, uti moris tunc erat, obsignata est die 1 Februarii anno 1948. Recognita deinde, die 2 Ianuarii a. 1948 oboedientia Decretis Urbanianis super indebito cultu latis, apostolicus processus adornatus est super virtutibus in specie eiusdem Famulae Dei : et postmodum, die 18 Aprilis a. 1953, de inquisitionum tum ordinaria tum apostolica auctoritate constructarum iuridica validitate latum est Decretum.

Quibus omnibus rite absolutis, de virtutibus in specie instituta est disceptatio apud Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum, et primum quidem, die 23 Novembris a. 1982, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum ; deinde, die 27 Iunii a. 1983, in Ordinaria Congregatione Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Petro Paulo cardinali Philippe. Et utroque in Coetu responsum est datum Famulam Dei virtutes omnes, scilicet théologales et cardinales eisque adnexas, heroum in modum coluisse.

De hisce omnibus Ioannes Paulus Papa II certior est factus die 9 Iulii eodem anno, per subscriptum Cardinalem Praefectum; et Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis libenter excipiens, ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus conscriberetur mandavit.

Quod cum factum esset, hodierno die, accitis ad Se cardinalibus infrascripto Praefecto atque Petro Paulo Philippe, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis Sacrae Congregationis, ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater Ioannes Paulus II declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis Servae Dei Sororis Marthae Le Bouteiller, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 24 Septembris, Anno Iubilaeo Redemptionis 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha confermato nel loro incarico, tenuto conto delle vigenti norme :

5 aprile 198^. — L'E.mo Sig. Card. Johannes Willebrands, *Presidente del Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

— S. E. Mons. Maximino Romero de Lema, Arciv. tit. di Cittanova, *Segretario della Sacra Congregazione per il Clero.*

— S. E. Mons. D. Simon Lourdusamy, Arciv. emerito di Bangalore, *Segretario della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

— S. E. Mons. Antonio M. Javierre Ortas, Arciv. tit. di Meta, *Segretario della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

— S. E. Mons. Giovanni Fallani, Arciv. tit. di Partenia, *Presidente della Pontificia Commissione Centrale per l'Arte Sacra in Italia.*

— S. E. Mons. Emanuele Clarizio, Arciv. tit. di Anzio, *Pro-Presidente della Pontificia Commissione per la Pastorale delle Migrazioni e del Turismo.*

— S. E. Mons. Lorenzo Antonetti, Arciv. tit. di Roselle, *Segretario dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

— Mons. Giovanni Angelo Abbo, *Segretario della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede.*

— Mons. Philippe Delhaye, *Segretario Generale della Commissione Teologica Intemazionale.*

— P. Ivan Zuzek, S. L, *Segretario della Pontificia Commissione per la revisione del Codice di Diritto Canonico Orientale.*

— P. Giulivo Tessarolo, C. S., *Segretario della Pontificia Commissione per la Pastorale delle Migrazioni e del Turismo.*

Il Santo Padre Giovanni Paolo II, tenuto conto delle norme vigenti, ha nominato :

8 aprile 198^. — L'E.mo Sig. Card. Sebastiano Baggio, *Presidente della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano.*

— L'E.mo Sig. Card. Agnelo Rossi, *Presidente dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

— L'E.mo Sig. Card. Roger Etchegaray, *Presidente della Pontificia Commissione « Iustitia et Pax » e Presidente del Pontificio Consiglio « Cor Unum »*.

— L'E.mo Sig. Card. Opilio Rossi, *Presidente della Commissione Cardinalizia per i Pontifici Santuari di Pompei, Loreto e Bari.*

— L'E.mo Sig. Card. Eduardo Pironio, *Presidente del Pontificio Consiglio per i Laici.*

— L'E.mo Sig. Card. Bernardin Gantin, *Prefetto della Sacra Congregazione per i Vescovi.*

— S. E. Mons. Luigi Dadaglio, Arciv. tit. di Lero, *Pro-Penitenziere Maggiore.*

— S. E. Mons. Francis Arinze, al presente Arciv. di Onitsha, *Pro-Presidente del Segretariato per i non-Cristiani.*

— S. E. Mons. Dermot J. Ryan, al presente Arcivescovo di Dublino, *Pro-Prefetto della Sacra Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

— S. E. Mons. Augustin Mayer, Arciv. tit. di Satriano, *Pro-Prefetto della Sacra Congregazione per i Sacramenti* e *Pro-Prefetto della Sacra Congregazione per il Culto Divino.*

— S. E. Mons. Jean Jérôme Hamer, Arciv. tit. di Lorium, *Pro-Prefetto della Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

— S. E. Mons. Andrzej Maria Deskur, Arciv. tit. di Tene, *Presidente emerito della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

— S. E. Mons. Vincenzo Fagiolo, al presente Arciv. di Chieti, *Segretario della Sacra Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

— S. E. Mons. Lajos Kada, Arciv. tit. di Tibica, *Segretario della Sacra Congregazione per i Sacramenti.*

— Mons. Alberto Bovone, Arciv. titolare eletto di Cesarea di Numidia, *Segretario della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede.*

— Mons. John P. Foley, Arciv. titolare eletto di Neapoli di Proconsolare, *Presidente della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

— S. E. Mons. Andrzej M. Deskur, Arciv. tit. di Tene ; — P. Umberto Betti, O. F. M., *Consultori della Segreteria di Stato.*

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, 9 Aprile 1984, S. E. il Signor WILLIAM WILSON, Ambasciatore degli Stati Uniti d'America presso la Santa 'Sede.

Lunedì, 16 Aprile 1984, S. E. il Signor MIGUEL ESCOBAR MÉNDEZ, Ambasciatore di Colombia presso la Santa Sede.

Venerdì, 27 Aprile 1984, S. E. il Signor ABDELMAJID CHAKER, Ambasciatore di Tunisia presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Venerdì, 30 Marzo 1984, il Signor GASTON E. THORN, Presidente delle Comunità Europee.

Venerdì, 30 Marzo 1984, il Signor AHMADOU MAHTAR M'BOW, Direttore Generale dell'UNESCO.

Giovedì, 5 **Aprile 1984, S. E. il Signor PETER BARRY, T. D., Ministro degli Esteri d'Irlanda.**

Venerdì, 6 Aprile 1984, il Dott. ALEJANDRO IZAGUIRRE, Inviato Speciale del Presidente della Repubblica del Venezuela.

Giovedì, 26 Aprile 1984, S. E. il Signor PAAVO VAEYRYNEN, Ministro degli Affari Esteri di Finlandia.

Sabato, 7 aprile 1984, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla presenza del Santo Padre, si è riunita la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

8 febbraio 1984. Le LL. EE. i Monsignori : Miguel Roca Cabanellas, Arcivescovo di Valencia; Miguel Obando Bravo, Arcivescovo di Managua; Léonce Albert Van Peteghem, Vescovo di Gent-Gand; Girolamo Grillo, Vescovo di Tarquinia e Civitavecchia; Pablo Jaime Galimberti di Vietri, Vescovo di

S. José de Mayo, *Vescovi Membri della Sacra Congregazione per il Clero a norma del « Pro comperto sane».*

9 febbraio 1984. Le LL. EE. i Monsignori : José Gabriel Calderón, Vescovo di Cartago; Carlos José Boaventura Kloppenburg, Vescovo titolare di Vulturara; Oscar Eodriguez, Vescovo titolare di Pudehziana; — Mons. Antoni Stankiewicz, Prelato Uditore della Sacra Romana Rota; — i Sacerdoti: Gianni Carrù ; Paolo Giglioni ; Donald Wuerl ; — i Padri : Pedro de Achuteghi, S. I. ; Benoît Duroux, O. P. ; Roberto Giannattelli, S. D. B. ; Edward Kaczynski, O. P. ; — i Signori : Guzmán Carriquiry; Giorgio Feliciani, *Consultori della Sacra Congregazione per il Clero.*

» » » Le LL. EE. i Monsignori: Gaetano Bonicelli, Vescovo tit. di Italica; Antonio Rouco Várela, Vescovo tit. di Gergis; Arturo De Jorio; Charles Lefebvre; Heinrich Ewers ; i Monsignori : Angelo Di Felice ; Giuseppe Badini ; Mario Canciani ; José Pinero Carrion; Edward Egan; Brunero Gherardini; Wladimir Mercep; Klaus Moersdorf; Mario Francesco Pompedda; José Maria Serrano Ruiz; — il sac. Pasquale Foresi; — i Padri : Jordán Aumann, O. P. ; Jean Beyer, S. I. ; Cesare Bissoli, S. D. B. ; Emanuele Canzoneri, O. P.; Jean Galot, S. I.; Anastasio Gutiérrez, C. M. F. ; Michael O'Reilly, O. M. I. ; Giuseppe Rambaldi, S. I. ; Zaccaria Varalta, O. F. M. Capp. ; Manuel Ubeda Purkis, O. P. ; — il Fr. Anselmo Balocco, S.F.C.; — i Signori : Cesarina Checcacci ; Edoardo Boitani ; Pio Ciprotti; Tommaso Mauro, *Consultori della Sacra Congregazione per il Clero « in aliud quinquennium ».*

20 » » Mons. Mariano De Nicolò, *Sotto-Segretario della Pontificia Commissione per l'interpretazione autentica del Codice di Diritto Canonico.*

7 marzo » Gli E.mi Signori Cardinali: John Joseph Krol; Gordon Joseph Gray; Antonio Ribeiro; Raúl Francisco Primatesta; Marcelo González Martin; Hyacinthe Thiandoum; Jaime L. Sin; Joseph Ratzinger; Ernesto Corripio Ahumada; Jean-Marie Lustiger, *Membri della Sacra Congregazione per il Clero.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Giuseppe Siri; Juan Landázuri Ricketts; Agnelo Rossi; Eugenio de Araujo Sales; Pietro Palazzini; Salvatore Pappalardo; Ugo Poletti, *Membri della Sacra*

Congregazione per il Clero «in aliud quinquennium».

5 aprile 1984. L'E.mo Signor Cardinale Opilio Rossi, *Membro della Sacra Congregazione per il Clero.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

20 luglio 1983. Möns. Ignatius John Aloysius (Penang).
28 gennaio 1984. Mons. Aldo Casadei (Cesena).
24 febbraio » Mons. Stefan Piotrowski (Warszawa).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

30 aprile 1983. Mons. Francisco de Paula Arias Salazar (Pereira).
» » » Mons. Sigifredo Morales Pineda (Pereira).
» » » Mons. Guillermo Botero Restrepo (Pereira).
4 luglio » Mons. Karl Wild (Linz).
» » » Mons. Eberhard Marckott (Linz).
6 » » Mons. David Villanueva Aguilera (Sincelejo).
3 settembre » Mons. Herbert Michel (Köln).
» » » Mons. Heinrich Barlage (Köln).
8 » » Mons. Michael Kadaviparampil (Cochin).
» » » Mons. Paul Katticherry (Cochin).
9 » » Mons. Franz-Josef Kotter (Münster).
1 ottobre » Mons. Enrique Mejía Razura (Tepic).
7 » » Mons. Antonio Grumelli (Chieti).
9 novembre » Mons. Luigi Giussani (Milano).
12 » » Mons. José Francisco Salazar Aguado (León en Nicaragua).
22 » » Mons. Berniero Carucci (Salerno).
25 » » Mons. Eugenio Robles (Manila).
30 » » Mons. Giacomo Orlandi (Subiaco).
» » » Mons. Celestino Francisco Pérez García (La Plata).
» » » Mons. Raul Rudolf Gross (La Plata).
» » » Mons. Andrés Enrique Miori Quiroga (La Plata).
» » » Mons. Luis Segundo Selmi (La Plata).
3 dicembre » Mons. Wolfgang Grochol (Rottenburg-Stuttgart).
16 » » Mons. Philippe Tran van Hoai (Huê).
23 » » Mons. Paolo Milazzo (Mazzara del Vallo).
29 » » Mons. Pietro Galeani (Roma).
9 gennaio 1984. Mons. Gaetano Barracane (Bari).
12 » » Mons. James McLoughlin (Galway).
28 » » Mons. Rino Bartolini (Cesena).
» » » Mons. Vittorio Fusaroli (Cesena).
1 febbraio » Mons. Alberto Polverari (Senigallia).
» » » Mons. Eugenio Giulianelli (Senigallia).
» » » Mons. Angelo Mencucci (Senigallia).
22 » » Mons. Herminio de Jesús Viera (Ponce).
» » » Mons. Francesco Drago (Albenga-Imperia).

22	febbraio	1984.	Mons. Angelo Oerveto (Albenga-Imperia).
»	»	»	Mons. Fiorenzo Gerini (Albenga-Imperia).
»	»	»	Mons. Antonio Lanieri (Albenga-Imperia).
5	marzo	»	Mons. Franco Tamburini (Pesaro).
22	»	»	Mons. Edward Zawiszewski (Ohelmno).
»	»	»	Mons. Jerzy Buxakowski (Chelmno).
29		»	Mons. Bryan Chestle (Arundel and Brighton).
»	»	»	Mons. Gianfranco Piovano (Torino).
»	»		Mons. Franco Croci (Crema).

NECROLOGIO

3	febbraio	1984.	P. John P'ing Ta-kuam, O. F. M., Amministratore Apostolico di Tsinan *(Cina)*.
25	marzo	»	Mons. Pietro Severi, Vescovo emerito di Palestrina *(Italia)*.
26	»	»	Mons. Biagio D'Agostino, Vescovo emerito di Vallo di Lucania *(Italia)*.
31	»	»	Mons. Sante Portalupi, Arcivescovo tit. di Cristopoli.
3	aprile	»	Mons. Anthyme Bayala, Vescovo di Koudougou *(Alto Volta)*.
7	»	»	Mons. Thomas Nantha, Vescovo tit. di Succuba.
9	»	»	Card. Pierre Paul Philippe, del Titolo di San Pio V a Villa Carpegna.
15	»	»	Mons. Francesco Vicentin, Arcivescovo emerito di Corrientes *(Argentina)*.
13	»	»	Mons. John Benjamin Grellinger, Vescovo tit. di Siene.
25	»	»	Mons. Pierre Marin Arntz, Vescovo di Bandung *(Indonesia)*.
27	»	»	Mons. Joâo Batista da Mota e Albuquerque, Arcivescovo di Vitoria *(Brasile)*.
»	»	»	Mons. John Wurm, Vescovo di Belleville *(Stati Uniti d'America)*.

An. et vol. LXXVI 1 Iunii 1984 !SA OR A. C pfc

ACTA APOSTOLICAE SEDI 1 ili

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

ADHORTATIO APOSTOLICA

Ad **religiosos et religiosas sodales de eorum Consecratione Mysterio Redemptionis illustrata.**

Dilectissimi Fratres et Sorores in Christo Iesu,

I

1. **Redemptionis donum, quod hic Annus Iubilaeus extraordinarius singulari in lumine ponit, peculiare infert invitamentum ad conversionem et reconciliationem cum Deo in Christo Iesu. Cuius quidem Iubilaei celebrandi causa exterior est historica — recolitur enim MCML anniversaria memoria eorum quae in Cruce et Resurrectione evenerunt — at simul causa interior hic viget, quae cum ipsa altitudine mysterii Redemptionis coniungitur. Ex hoc mysterio nata est Ecclesia, ex eo vivit per totum cursum rerum suarum. Tempus Iubilaei extraordinarii habet aliquid prorsus proprium sibi. Invitamentum ad conversionem et ad reconciliationem cum Deo illuc pertinet quo maiore cum diligentia et cura *meditemur* de vita nostra, de vocatione nostra christiana ratione ducta mysterii Redemptionis, eo consilio ut hae magis in dies in eodem mysterio radicentur.**

Hoc autem invitamentum, si ad omnes spectat, qui sunt

in Ecclesia, peculiari modo vos respicit, *Religiosi et Religiosae,* qui, Deo consecrati per votum consiliorum evangelicorum, ad particularem plenitudinem vitae christianae contenditis. Vocatio vestra specialis et simul summa vitae vestrae in Ecclesia et in mundo indolem suam et vigorem spiritualem ex *ipsa altitudine mysterii Redemptionis hauriunt.* Christum sequentes in « via angusta... et arta »/ modo prorsus singulari experimini quam « copiosa apud eum redemptio » sit.[2]

2. Quapropter, dum Annus hic Sacer vergit ad finem, vos omnes, Religiosi et Religiosae, contemplationi prorsus dediti aut variis operibus apostolatus intenti, cupimus affari. Id iam multis locis et oblatis occasionibus fecimus, confirmantes et persequentes doctrinam evangelicam, quae in tota Traditione Ecclesiae, praesertim in Magisterio recentis Concilii Oecumenici ac quidem in Constitutione dogmatica *Lumen gentium* et in Decreto *Perfectae caritatis,* necnon in spiritu eorum continetur, quae Paulus VI, Decessor noster, per Adhortationem Apostolicam, a verbis *Evangelica testificatio* incipientem, docuit. Codex vero Iuris Canonici, qui nuper coeperat vigere atque quodammodo postremum documentum Concilii potest haberi, vobis omnibus perutile auxilium praebebit vosque tuto ducet, cum definite vias statuetis, quibus praecelsam vocationem vestram ecclesialem fideliter et magnanimiter impleatis.

Ex animo vobis salutem dicimus pro munere nostro Romani Episcopi et beati Petri Successoris, quocum Communitates vestrae singulariter sunt coniunctae. Ex eadem hac sede Romana etiam hae voces sancti Pauli, assiduo veluti repercussu sonantes, ad vos perferuntur: « *despondi* ... vos uni viro virginem castam exhibere *Christo* ».[3] Ecclesia, quae post apostolos thesaurum nuptiarum cum Sponso divino initarum accipit, summo cum amoris affectu omnes filios suos omnesque filias

[1] Cfr. *Mt* 7, 14.
[2] *Ps* 130 [129], 7.
* Cfr. *2 Cor* 11, 2.

suas intuetur, qui *professione consiliorum evangelicorum* ipsiusque mediatione foedus eximium cum Redemptore peregerunt.

Excipite ergo haec verba Anni Iubilaei Redemptionis prorsus ut voces amoris, ab Ecclesia pro vobis prolatas. Excipite ea, ubicumque estis: in clausura Communitatum contemplationi deditarum aut in operibus, quibus incumbitis, multimodi servitii apostolici : in Missionibus, in actione pastorali, in valetudinariis aliisve locis, ubi homini doloribus affecto ministratur, in Institutis educationi destinatis, in scholis vel studiorum universitatibus — denique in singulis domibus vestris, ubi, « in nomine Christi congregati » estis, conscii Dominum esse « in medio vestri ».[4]

***Verba, amoris plena, Ecclesiae,* quae volvente Iubilaeo Anno Redemptionis ad vos diriguntur, reddant verba illa, amoris plena, quae Christus ipse unicuique vestrum fecit, cum olim arcanum illud « sequere me »[5] proloqueretur, unde vocatio vestra in Ecclesia sumpsit exordium.**

II

3. «Iesus autem intuitus eum dilexit eum»[6] et dixit illi: « Si vis perfectus esse, vade, vende, quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni, sequere me »,[7] quamvis probe noverimus haec verba, adulescenti diviti facta, non esse accepta ab eodem, qui vocaretur, tamen id quod iis continetur, est sane dignum quod diligenter ponderetur; iis enim interior conformatio vocationis significatur.

«Iesus autem intuitus eum dilexit eum ... ». Hic est amor Redemptoris : ex tota altitudine divina et humana Redemptionis is exoritur. Exinde *amor aeternus Patris* relucet, qui « sic...

[4] Cfr. *Mt* 18, 20.

[5] *Mt* 19, 21; *Me* 10, 21; *Lc* 18, 22.

[6] *Me* 10, 21.

[7] *Mt* 19, 21.

dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam».[8] Filius, hoc amore permotus et missionem a Patre in Spiritu Sancto suscipiens, factus est mundi Redemptor. Amor Patris ostensus est in Filio ut *caritas redemptrix.* Hic ipse amor est verum pretium Redemptionis hominis et mundi. Apostoli Christi de eo pretio Redemptionis animis admodum commotis loquuntur: «... non corruptibilibus argento vel auro redempti estis... sed pretioso sanguine quasi Agni incontaminati et immaculati Christi», ut sanctus Petrus scripsit.[9] Sanctus vero Paulus asseruit: « Empti enim estis pretio! ».[10]

Vocatio ad viam sequendam consiliorum evangelicorum ex eo manat quod quis *interius Christi amorem* contingit, qui amor est redimens. Per ipsam hanc caritatem redemptricem vocat Christus. In vocationis conformatione haec veluti congressio cum illo amore fit quiddam omnino personale. Cum Christus « intuitus vos dilexit vos », unumquemque et unamquamque vestrum, cari Religiosi et Religiosae, vocans, caritas illa redemptrix in certam ac definitam ferebatur personam, *indolem* simul induens *sponsalem:* scilicet *amor electionis* evasit. Qui quidem amor totam complectitur personam, eius animam et corpus, sive est vir sive mulier, ac quidem illud « ego personale », quod est unicum neque iterabile. Qui, in aeternum Patri donatus, se ipsum in Redemptionis mysterio « donat », is ipse hominem vocavit ut hic vicissim totum se daret peculiari ministerio in opere Redemptionis eo quod alicui Communitati est ascriptus, ab Ecclesia agnitae et approbatae. Nonne cum hac ipsa vocatione verba congruunt sancti Pauli: « An nescitis quoniam corpus vestrum templum est Spiritus Sancti ... et non estis vestri? Empti enim estis pretio! »."

[8] *Io* 3, 16.
[9] *1 Pel,* 18.
[10] *1 Cor* 6, 20.
» *Ibid.* 6, 19-20.

Ita est profecto. Amor Christi unumquemque et unamquamque vestrum tetigit, dilecti Fratres et Sorores, eodem illo «pretio» Redemptionis. Unde conscii facti estis vos non amplius « esse vestros », sed illius. Haec nova rei conscientia originem ducit ex illo Christi « intuitu, amoris pleno », in cordium vestrorum penetralibus. Cui intuenti estis obsecuti, eundem eligentes, qui unumquemque et unamquamque vestrum primus elegit vosque pro immensa sua caritate rédemptrice vocavit. Cum vos vocavit « nominatim », vocatio haec eius *ad libertatem hominis* semper confertur. Ait enim Christus : « si vis ... ». Quo fit ut responsio huic vocationi data sit etiam optio libera. Viam secuti, quam ipse vobis monstravit, elegistis Iesum Nazarenum, mundi Redemptorem.

4. Haec autem via etiam *via perfectionis* appellatur. Christus, cum adulescente colloquens, dicit : « si vis perfectus esse ... »; itaque notio « viae perfectionis » in ipso fonte biblico probatur. Ceterum, nonne haec verba audimus in sermone, quem Salvator in monte habuit, proferri : « Estote ergo perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est » ?[12] *Vocatio hominis ad perfectionem* percepta est quidem aliquomodo ab hominibus rerum contemplationi deditis vivendique praeceptoribus, qui antiquis fuerunt temporibus, ac deinde variis volventibus aetatibus historiae. In vocatione vero biblica nota inest omnino singularis: multum quidem postulat, cum eam perfectionem homini proponit, quae ipsius Dei habet similitudinem.[13] Hac profecto ratione vocatio cum tota illa interiore convenientia logica Revelationis congruit, secundum quam homo creatus est *ad imaginem et similitudinem Dei ipsius.* Debet ergo is perfectionem quaerere, quae ei in ordine huius imaginis et similitudinis est propria. Quocirca sanctus Paulus in *epistula ad Ephesios* scripsit: «Estote... imitatores Dei

[12] *Mt* 5, 48.
[13] Cfr. *Lv* 19, 2; 11, 44.

sicut filii carissimi et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos et tradidit seipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis ».[14]

Invitamentum ergo ad perfectionem ad ipsam essentiam pertinet *vocationis christianae.* Cuius vocationis habita ratione, intellegenda etiam sunt verba a Christo adulescenti secundum Evangelium facta; quae peculiarem in modum cum mysterio Redemptionis hominis in mundo coniunguntur. Hac enim opus creationis, peccato corruptae, restituitur Deo, et perfectio proponitur, quae propria est totius creationis et peculiariter hominis secundum mentem et consilium Dei ipsius. Maxime vero homo oportet *Deo donetur ac restituatur,* si *sibimet ipsi* est plene restituendus. Unde verba ab aeterno hortatoria : « revertere ad me, quoniam redemi te »,[15] et voces Christi: « si vis perfectus esse, vade, vende quae habes, et da pauperibus ... », sine ulla dubitatione nos in ambitum inducunt consilii evangelici paupertatis, quod ad ipsam essentiam pertinet vocationis et professionis religiosae.

Simul vero haec verba intellegi possunt sensu latiore et quadamtenus in rei natura penitus posito. Magister Nazarethana eum, quocum sermocinatur, monet ut vitae rationi *renuntiet,* in qua praecipuum locum obtinet categoria possessionis, id est categoria « *habendi* » aliquid, et ut eius loco rationem vitae accipiat, quae ad valorem personae humanae ut ad centrum referatur : id est ad « esse » personale cum tota eius « transcendentia », quae ei est propria.

Hic intellectus verborum Christi videtur quasi ampla efficere reducta, ante quae praecelsa forma paupertatis evangelicae refulget, praesertim illius paupertatis, quae, ut consilium evangelicum, maiorem tribuit decorem mysticis nuptiis vestris cum Sponso divino Ecclesiae. Si verba Christi comprehendimus ratione ducta principii, ex quo « esse » maius est quam

[14] *Eph* 5, 1-2.
[15] *Is* 44, 22.

« habere », maxime si hoc secundum placita materialismi et utilitarismi intellegitur, contingimus paene *ipsa fundamenta anthropologica vocationis* in Evangelio. Si progressionem civilis cultus hodie vigentis contuemur, haec est inventio ad praesentia maxime pertinens. Quapropter ad praesentia pertinet ipsa vocatio « ad viam perfectionis », qualem Christus commonstravit. Homo, si in civilis cultus hodierni ambitu, maxime in societate bonis consumendis dedita, cum dolore praecipuum defectum percipit in eo situm ut sibi desit « esse » personale, — quod quidem eius humanitati accidit ex abundantia eorum quae multipliciter « habentur » — ipse paratior est hanc veritatem de vocatione accipere, quae in omne tempus enuntiata est in Evangelio. Profecto, vocatio, cui vos, dilecti Fratres et Sorores, estis obsecuti viam perfectionis religiosae ingrediendo, *ipsas radices humanitatis* tangit, radices dicimus sortis hominis in mundo temporali. Evangelicus « status perfectionis » ab his radicibus vos non seiungit. Contra, eius ope magis consistens in eo propter quod homo est homo, hanc humanitatem, peccato multimode gravatam, fermento divino et humano mysterii Redemptionis perfundentes.

5. Vocatio secum fert responsionem interrogationi: *ad quid est homo? - quomodo sit oportet?* Hac responsione nova ratio toti vitae praebetur eiusque significatio certa ac postrema definitur. Quae significatio eruitur e regione illius rei evangelicae mirae communique opinioni contrariae, ex qua quis animam perdit, si eam voluerit salvam facere, et, contra, si eam perdiderit propter Christum et evangelium, salvam facit, ut apud Marcum scriptum videmus.[16]

Horum verborum habita ratione, omnino perspicua fit Christi hortatio: « vade, vende, quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni, sequere me».[17] Inter

[16] *Me* 8, 35; cfr. *Mt* 10, 39; *Lc* 9, 24.
[17] *Mt* 19, 21.

illud « vade » et verba, quae sequuntur, « veni, sequere me» arcta necessitudo intercedit. Affirmari licet his postremis verbis essentiam ipsam vocationis definiri; re quidem vera id potissimum agitur ut quis vestigia Christi sequatur (inde deducta est locutio « sequela Christi•»). Verbis autem « vade ... vende ... da... » condicio, quae vocationem praecedit, videtur declarari. Ceterum haec condicio non est « extra » vocationem, sed iam « intra » eam. Etenim homo novum sensum propriae humanitatis non solum deprehendit ut « sequatur » Christum, sed eatenus deprehendit quatenus hunc sequitur. Cum « vendit quae habet » et « dat pauperibus », intellegit bona illa et rerum abundantiam, quae olim possèdent, non fuisse thesaurum, cui inhaereret : ***thesaurum esse in corde,*** **quod a Christo facultatem acceperit aliis « dandi » eo quod** ***se ipsum donet.*** **Dives non est ille qui habet, sed is qui « dat », is qui** ***capax*** **est ad dandum.**

Hic mirum illud communique opinioni contrarium, quod est in Evangelio, singularem in modum significans evadit. Fit enim ***agendi ratio ipsius « esse*** **» : pauperem esse secundum significationem, a Magistro Nazarethano huic « esse » tributam, idem valet ac boni dispensatorem fieri in propria humanitate; pariter idem valet atque** ***invenire « thesaurum*** **». Qui thesaurus est** ***indelebilis :*** **siquidem una cum homine in formam aeternitatis transit et ad hominis eschatologiam pertinet divinam. Per hunc thesaurum futuram sortem immutabilem homo obtinet in Deo. Ait Christus : « habebis thesaurum in caelo ». Hic thesaurus est tam « praemium », post mortem, operum exemplo divini Magistri patratorum, quam potius** ***impletio eschatologica*** **(effectio) eorum quae iam hic -in- -terris- -suberant- operitasnn^ie-•• riore cordis « thesauro ». Ipse enim Christus, hortans, cum sermonem haberet in monte,[18] ut thesauri in caelo thesaurizarentur, addidit : « ubi enim est thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum ».[19] Quibus verbis indoles eschatologica vocationis chri-**

[18] **Cfr.** ***Mt*** **6, 19-20.**

[19] ***Ibid.*** **6, 21.**

stianae significatur atque etiam magis indoles eschatologica vocationis, quae exercitatione consiliorum evangelicorum efficitur, intra nuptias spiritales initas cum Christo.

6. *Conformatio huius vocationis,,* prout e verbis adulescenti secundum Evangelia synoptica factis[20] colligitur, apparet, dum *thesaurus* fundamentalis propriae humanitatis detegitur respectu illius « thesauri », quem homo « habet in caelo ». Hoc in prospectu thesaurus fundamentalis propriae humanitatis coniungitur cum hoc: « esse, dum quis dat se ipsum ». In eiusmodi vocatione is ad quem omnia proxime referuntur, est *vivens-persona Iesu Christi.* Vocatio ad viam perfectionis ineundam formam sumit ab eo et per eum in *Spiritu Sancto,* qui novos semper homines, viros et mulieres, variis temporibus vitae eorum, praesertim vero iuvenili aetate, « docet » omnia, quae Christus « dixit »,[21] nominatim ea quae « dixit » adulescenti, qui ex eo quaesivit : « Magister, quid boni faciam, ut habeam vitam aeternam? i).[22] Per responsionem Christi, qui eum, quocum loquitur, •« intuetur ac diligit », fermentum praevalidum *mysterii Redemptionis* penetrat in conscientiam, cor et voluntatem hominis, qui cum veritate quaerit et sinceritate.

Hoc sane modo vocatio ad viam consiliorum evangelicorum terendam semper a Deo sumit initium : « Non vos me elegistis, sed ego elegi vos et posui vos, ut vos eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat ».[23] Vocatio ipsa, qua homo penitus legem evangelicam donationis deprehendit quaeque in propria eius humanitate est defixa, est *donum* ! Est quidem donum refertum iis quae altissime in Evangelio continentur, donum, in quo ratio divina et humana mysterii Eedemptionis mundi re-

[20] Cfr. *Mt* 19, 21; *Me* 10, 21; *Lc* 18, 22.

[21] Cfr. *Io* 14, 26.

[22] *Mt* 19, 16.

[23] *Io* 15, 16.

lucet. « In hoc est caritas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos et misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris ».[24]

III

7. Vocatione ad professionem religiosam estis adducti, qua Deo estis consecrati per ministerium Ecclesiae simulque in Familiam vestram religiosam inserti. Quapropter etiam Ecclesia de vobis cogitat imprimis ut de hominibus « consecratis », Deo *in Iesu Christo consecratis,* cui soli estis mancipati. Hac consecratione locus, quem in ampla communitate Ecclesiae, Populi Dei, obtinetis, statuitur. Ea autem simul in missionem universalem huiusce Populi Dei specialem copiam virium spiritualium et supernaturalium infert: peculiarem formam vivendi, testimonii dandi, apostolatus exercendi, fideliter quidem servata missione Instituti vestri, eius identitate, eius hereditate spirituali. Universalis missio Populi Dei posita est atque infixa in missione messianica ipsius Christi — Prophetae, Sacerdotis, Regis — quam omnes *diversimode participant.* Participandi ratio propria eorum qui sunt Deo consecrati, congruit cum forma insertionis vestrae in Christum. Altitudinis et vigoris huius insertionis momentum facit ipsa professio religiosa.

Haec novum nexum hominis cum Deo Uno et Trino efficit in Iesu Christo. Qui nexus invalescit e fundamento illius *vinculi originarii,* quod in *sacramento* inest *Baptismi.* Professio religiosa « in baptismatis consecratione intime radicatur eamque plenius exprimit i).[25] Hoc modo ea, quod attinet ad rem constitutivam, nova evadit consecratio : id est consecratio"ac' donatio personae humanae Deo facta, qui super omnia amatur. Oificio per vota suscepto, eo pertinente ut consilia evangelica

[24] *1 Io* 4, io.

[25] CONC. OEO. VAT. II, Decr. *Perfectae Caritatis,* 5; cfr. etiam Documentum Sacrae Congregationis pro Religiosis et Institutis Saecularibus, quod ita inscribitur: «Elementi essenziali dell'insegnamento della Chiesa sulla vita religiosa» (21 Maii 1983), nn. 5ss.

castitatis, paupertatis et oboedientiae, secundum praecepta propria vestrarum Familiarum religiosarum, in constitutionibus statuta ac definita, ad effectum adducantur, *exprimitur* plena consecratio Deo exhibita simulque illud est subsidium ad eam exsequendam. Exinde etiam testimonium et apostolatus, personarum Deo consecratarum propria, formantur. Verumtamen illa veluti radix huius *consecrationis,* consciae et liberae, et, quae inde consequitur, *donationis, sui ipsius, qua quis Deo mancipatur,* in baptismo est quaerenda, quod sacramentum nos ad mysterium paschale perducit ut ad culmen et centrum Redemptionis a Christo peractae.

Itaque incitata verba sancti Pauli, in *epistula ad Romanos* exstantia, oportet revocentur ut professio religiosa, prout ex veritate aestimatur, in pleno lumine ponatur: « An ignoratis quia, quicumque *baptizati* sumus in Christum Iesum, in mortem ipsius *baptizati* sumus] Consepulti ergo sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quemadmodum... Christus... ita et nos in novitate vitae ambulemus ... »;[26] « vetus homo noster simul crucifixus est... ut ultra non serviamus peccato...»;[27] « Ita et vos existímate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Iesu H.[28]

Professio religiosa — vi illa sacramentali baptismi, in quo radicatur — est « nova sepultura in mortem Christi » : est nova ob animum conscium et optionem; nova ob amorem et vocationem; nova ob indesinentern « conversionem ». Haec « sepultura in mortem » efficit ut homo, « sepultus cum Christo », « *sicut Christus ambulet in vita nova* ». In Christo crucifixo ut in fundamento altissimo sive consecratio baptismalis sive professio consiliorum evangelicorum nituntur, quae — secundum verba Concilii Vaticani II — « constituit peculiarem quamdam consecrationem ». Ea est et *mors et liberatio.* Ait sanctus

[26] *Rom* 6, 3-4.
[27] *Ibid.* 6, 6.
[28] *Ibid.* 6, 11.

Paulus : ((existímate vos mortuos quidem esse peccato » ; simul vero hanc mortem « liberationem a servitute peccati » appellat. Potissimum vero consecratio religiosa, in fundamento sacramentali sancti baptismi posita, efficit vitam novam « pro Deo in Iesu Christo ».

Ita profecto, una cum professione consiliorum evangelicorum, modo multo maiorem maturitatem praeferente et interius operante, « *deponitur vetus homo* » eademque ratione *« induitur novus homo,* qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis », ut iterum verbis utamur de *epistula ad Ephesios* depromptis.[29]

8. Sic ergo, dilecti Fratres et Sorores, omnes vos, qui in universa Ecclesia ex foedere in professione consiliorum evangelicorum inito vivitis, hoc Anno Sacro Redemptionis *renovate conscientiam* peculiaris vestrae *participationis mortis* Redemptoris in Cruce; participationis dicimus, cuius virtute *resurrexistis* cum eo et continenter resurgitis ad vitam novam agendam. Dominus ad unumquemque et unamquamque vestrum loquitur, sicut olim per Isaiam prophetam dixit:

> **« Noli timere, quia *redemi* te**
> **et vocavi te nomine tuo; meus es tu».**[30]

Invitamentum evangelicum : « Si vis perfectus esse ... sequere me »,[31] **nos deducit ac dirigit lumine radiante verborum Magistri divini. Ex altitudine Redemptionis vocatio Christi provenit ex eademque altitudine animam hominis contingit; haec vocatio salvifica *vi gratiae Redemptionis* induit in anima eius, qui est vocatus, formam concretam professionis consiliorum evangelicorum. Qua in forma continetur responsio vestra vocanti caritati redemptrici data; et haec etiam est**

» Cfr. *Eph* 4, 22-24.
[30] *Is* 43, 1.
[31] *Mt* 19, 21.

responsio amoris plena : *amoris* videlicet *donationis,* qui est *intimum robur consecrationis,* id est consecrationis personae. Verba Isaiae : *redemi te - meus es tu* hunc amorem videntur confirmare atque sancire, qui est amor consecrationis plenae et exclusoriae Deo factae.

Hoc modo peculiare *foedus amoris sponsalis* efficitur, in quo indesinenter repercussa resonare videntur verba de Israele dicta, quem « elegit sibi Dominus... in peculium ».[32] In omni enim homine Deo consecrato eligitur «Israel» novi et a eterni Testamenti. Totus Populus messianicus, universa Ecclesia *in omni homine eligitur,* quem Deus ex hoc Populo sibi eligit; in omni homine dicimus, qui *pro cunctis* Deo consecratur ut ei soli mancipetur. Etenim si nemo, ne sanctissimus quidem homo, verba Christi potest iterare : « pro eis ego sanctifico meipsum »,[33] ratione habita virtutis redemptricis horum verborum, tamen unusquisque, amore donationis, Deo se offerens ut ei soli mancipetur, per fidem intra fines horum verborum potest consistere.

Nonne ad hoc agendum alia verba eiusdem Apostoli Pauli, quae in *epistula ad Romanos* continentur, nos incitant, quae saepe repetimus atque meditamur : « Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum »?[34] Quibus in vocibus quasi e longinquo resonant verba eius qui, in mundum ingressus factusque homo, ad Patrem dixit : « *corpus ... aptasti mihi...* Ecce venio ... ut faciam, Deus, voluntatem tuam».[35]

In his ergo peculiaribus adiunctis Anni Iubilaei Redemptionis ad mysterium corporis et animae Christi revocamur ut ad subiectum integrum caritatis sponsalis et redemptricis; est

[32] *Ps* 135 [134], 4.
[33] *Io* 17, 19.
[34] *Rom* 12, 1.
[35] *Heb* 10, 5. 7.

autem sponsalis quia redemptrix. *Amore actus se ipsum obtulit,* amore ductus corpus suum tradidit « pro peccato mundi ». Totos vos collocantes in mysterio paschali Redemptoris per consecrationem votorum religiosorum, vos ob amorem, in plena donatione insitum, animas vestras et corpora replere vultis spiritu proprio studii se devovendi, quemadmodum sanctus Paulus verbis *epistulae ad Romanos,* modo allatis, hortatur: « exhibeatis corpora vestra hostiam w.[36] Hoc sane modo in professione religiosa *similitudo illius caritatis* infigitur, quae *in Corde Christi* est redemptrix simul et sponsalis. Qui quidem amor in unoquoque vestrum, dilecti Fratres et Sorores, erumpat oportet ex ipso fonte illius *peculiaris consecrationis,* quae — in fundamento sacramentalis baptismi posita — *initium* est *novae vitae* vestrae in Christo et in Ecclesia : est initium *novae creaturae.*

Utinam, ab unoquoque et unaquaque vestrum, una cum hoc amore, altius percipiatur *gaudium quod solius Dei estis,* quod peculiaris estis hereditas sanctissimae Trinitatis, Patris, Filii et Spiritus Sancti. Iterate interdum haec verba Psalmistae, divino afflatu prolata:

> « Quid enim mihi est in caelo?
> Et apud te nihil volui super terram.
> Defecit caro mea et cor meum;
> Deus cordis mei,
>
> et pars mea Deus in aeternum ».[37]

Vel haec :

> « Dixi Domino : "Dominus meus es tu,
> *bonum mihi non est sine te"* ...
> Dominus pars hereditatis meae et calicis mei :
> tu es qui detines sortem meam ».[38]

[36] *Rom* 12, 1.
[37] *Ps* 73 (72), 25-26.
[38] *Ibid.* 16 (15), 2. 5.

Conscientia vos esse Dei ipsius in Iesu Christo, Redemptore mundi et Ecclesiae Sponso, *ponatur ut signaculum super corda vestra,*[39] super cogitationes vestras, verba et opera, ut signum videlicet sponsae biblicae. Haec scientia Christi ardens et alta, ut nostis, efficitur et altius percipitur singulis diebus ope vitae orationi personali, communitariae et liturgicae deditae, quae propria est singularum Familiarum vestrarum religiosarum. Hoc etiam re ac quidem potissimum religiosi et religiosae contemplationi praecipuae vacantes fratribus suis et sororibus, in operibus apostolatus versantibus, adiumentum validum praebent eosque concitando sustentant. Haec conscientia vos esse Christi faciat ut animi, cogitationes, opera vestra, veluti clave mysterii Redemptionis reserata, *patescant* omnibus doloribus, omnibus necessitatibus, omni spei hominum et mundi, in quae consecratio vestra evangelica inserta est ut peculiare signum praesentiae Dei, « cui omnes vivunt »,[40] quos invisibilis ambitus eius Regni amplectitur.

In verbis « sequere me », quae Christus protulit cum unumquemque et unamquamque vestrum, dilecti Fratres et Sorores, « intuitus est et dilexit », haec etiam inest significatio: partem habe, modo quam pienissimo et efficacissimo, *in formanda illa « nova creatura »*,[41] quae e redemptione mundi appareat oportet virtute Spiritus Veritatis, operantis ex mysterii paschalis Christi abundantia.

IV

9. Per professionem recluditur ante unumquemque et unamquamque vestrum via consiliorum evangelicorum. In Evangelio enim plures reperiuntur hortationes, quae praecepti fines excedunt, non modo « necessarium » indicantes sed etiam id quod est « melius ». Cuius modi sunt hortatoria verba ne quis

[39] Cfr. *Ct* 8, 6.
[40] Cfr. *Lc* 20, 38.
[41] *2 Cor* 5, 17.

iudicet,[42] ut quis mutuum det « nihil desperans »,[43] ut omnibus proximi optatis ac petitionibus satis fiat,[44] ut ad convivium pauperes vocentur,[45] ut semper hominibus dimittatur[45] aliaque multa his similia. Si secundum Traditionem professio consiliorum evangelicorum *intenditur in tria capita castitatis, paupertatis et oboedientiae,* videtur haec consuetudo satis dilucide illuminare pondus eorum uti elementorum praecipuorum •et certa quadam ratione « compendiariorum » oeconomiae salutis. Omne, quod in Evangelio est consilium, obliquo tramite ingreditur illius viae propositum, ad quam Christus vocat cum dicit: « sequere me ». At huic viae castitas, paupertas et oboedientia *indolem christocentricam* tribuunt eique proprium imprimunt signum totius oeconomiae Redemptionis.

Ad hanc vero « oeconomiam » suapte natura pertinet *transformatio* rerum universitatis *per cor hominis,* ex intimo animo : « exspectatio creaturae revelationem filiorum Dei exspectat... in spem, quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei ».[47] Quae transformado una cum illo amore procedit, quem Christi vocatio in hominis animum infundit, cum illo dicimus amore, qui ipsam consecrationis essentiam efficit : qua vir aut mulier Deo se in religiosa professione devovet supra fundamentum sacramentalis consecrationis baptismi innixus. Fundamentum ipsius oeconomiae Redemptionis detegere possumus, si verba *primae epistulae sancti Ioannis* legimus : « Nolite diligere mundum neque ea quae in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas Patris in eo ; quoniam omne quod est in mundo, «oncupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum et.superbia vitae; quae non est ex Patre, sed ex mundo est. Et mundus

[42] Cfr. *Mt* 7, 1.
[43] Cfr. *Lc* 6, 35.
[44] Cfr. *Mt* 5, 40-42.
« Cfr. *Lc* 14, 13-14.
« Cfr. *Mt* 6, 14-15.
[47] *Rom* 8, 19-21.

transit et concupiscentia eius; qui autem facit voluntatem Dei, manet in aeternum ».[48]

In corde cuiusque vestrum, dilecti Fratres et Sorores, professio religiosa reponit *Patris amorem,* amorem illum, qui in corde est Iesu Christi, mundi Redemptoris. Amor hic mundum amplectitur et omne, *quod* in illo *venit a Patre,* idemque amor eo contendit ut in mundo vincat omne, quod « non est ex Patre ». Contendit igitur ut triplicem debellet concupiscentiam. « Concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum ac superbia vitae » haerent in homine intimo quasi *hereditas peccati originalis,* ex quo necessitudo cum mundo, a Deo condito hominisque dominationi tradito,[49] in corde hominis multipliciter est deformata. Secundum Redemptionis oeconomiam evangelica consilia castitatis, paupertatis et oboedientiae constituunt instrumenta efficacissima ad transformandam in corde hominis illam necessitudinem cum « mundo »: cum mundo exteriore necnon cum proprio illo « ego », quod aliquo modo pars praecipua est « mundi » biblico sensu accepti, si in eo id oritur, quod « non est ex Patre ».

Inter locutiones iam allatas *primae epistulae sancti Ioannis* facile denotatur momentum maximum trium consiliorum evangelicorum in universa Redemptionis oeconomia. Etenim *castitas evangelica* nos adiuvat ut in vita interiore nostra transformemus omnia, quae ex concupiscentia carnis emanant; *paupertas evangelica,* ea omnia, quae ex concupiscentia oculorum nascuntur; *oboedientia* evangelica denique efficit ut penitus ea corrigamus, quae in hominis corde profluunt e superbia vitae. Consulto hic loquimur de victoria tamquam de transformatione, quoniam tota oeconomia Redemptionis finibus illorum verborum, quae Christus in sacerdotali precatione

[48] *1 Io* 2, 15-17, secundum textum Veteris Vulgatae Editionis, quibus e verbis diuturna traditio apud Patres Ecclesiae et rei asceticae auctores manavit.

[49] Cfr. *Gn* 1, 28.

Patri fecit, circumscribitur : « Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos ex Malo».[50] Evangelica *consilia* secundum id quod iis est essentialiter propositum, « renovationi creaturae » deserviunt : « mundus » debet per ea subici homini ita ut homo ipse perfecte Deo donetur.

10. **Interior consiliorum evangelicorum finis nos adducit ut alios etiam reperiamus aspectus, qui arctam eorum coniunctionem cum Redemptionis oeconomia in lumine ponunt. Compertum vero est hanc quasi culmen attingere suum in paschali mysterio Iesu Christi, in quo *exinanitio* per mortem et ortus vitae novae per *resurrectionem* inter se consociantur. In consiliorum evangelicorum exercitatione alte veluti repercutitur haec dualitas paschalis :[51] necessaria exstinctio eorum omnium, quae in nobis singulis peccatum eiusque effectus sunt, necnon facultas *renascendi cotidie ad praeclarius bonum* in anima hominum absconditum. Quod quidem bonum operatione gratiae declaratur, qua ut hominis anima vehementius moveatur, facit ipsa exercitatio castitatis, paupertatis et oboedientiae. Tota Redemptionis oeconomia impletur eo ipso quod anima trahitur duciturque arcana *actione Spiritus Sancti,* qui omnis sanctitatis est proximus artifex. Professio hac in via consiliorum evangelicorum in unoquoque et unaquaque vestrum, dilecti Fratres et Sorores, amplum spatium aperit « novae creaturae »,[52] quae in vestro « ego » humano ex Redemptionis oeconomia apparet ac per *ipsum « ego » humanum* etiam in ceteris rationibus inter personas intercedentibus atque socialibus. Simul ergo in humanitate apparet ut in parte mundi a Deo creati : illius mundi, quem Pater « iterum » dilexit in Filio aeterno, mundi Redemptore.**

[50] *Io* 17, 15.

[51] Cfr. CONC. OEC. VAT. II, Decr. *Perfectae Caritatis,* 5.

[52] Cfr. *2 Cor* 5, 17.

De hoc autem Filio dicit sanctus Paulus: « cum in forma Dei esset..., *semetipsum exinanivit* formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus ».[53] Proprietas ergo exinanitionis, quam consiliorum evangelicorum exercitatio secum fert, proprietas est omnino christocentrica. Qua de causa Magister Nazarethanus expressis verbis significat *Crucem veluti condicionem ut quis sua sequatur vestigia.* Qui aliquando unicuique vestrum dixit: « sequere me », etiam dixit: « Si quis vult post me sequi, deneget seipsum et tollat crucem suam et sequatur me » (scilicet ingrediatur vestigiis).[54] Quod cunctis auditoribus suis est elocutus, non solum discipulis suis. Itaque *lex abnegationis* pertinet ad ipsam vocationis christianae essentiam. Insigniter tamen ad essentiam pertinet vocationis, quae cum consiliorum evangelicorum professione coniungitur. Iis porro, qui in huius vocationis via incedunt, pianae fient etiam difficiles illae voces, quas in *epistula ad Philippenses* legimus: propter eum « omnia detrimentum feci et arbitror ut stercora, ut Christum lucri faciam et inveniar in illo ».[55]

Abnegatio ergo — Calvariae mysterium referens — requiritur ut quis « inveniatur » plenius in Christo, cruci affixo et resuscitato; abnegationem dicimus ut quis in ipso funditus cognoscat mysterium suae humanitatis idque comprobet in via mirabilis illius progressionis, de qua alibi idem Apostolus scribit: « licet is, qui foris est, noster homo corrumpitur, tamen is, qui intus est, noster renovatur de die in diem w.[56] Hoc quidem pacto oeconomia Redemptionis transfert paschalis mysterii virtutem in campum humanitatis, obsecutae Christi invitationi ad vitam in castitate, paupertate, oboedientia agendam, id est ad vitam secundum evangelica consilia.

[53] *Philp* 2, 6-7.
[54] *Me* 8, 34; *Mt* 16, 24.
[55] *Philp* 3, 8-9.
[56] *2 Cor* 4, 16.

V

11. Paschalis forma huius vocationis, variis inductis considerandi rationibus, innotescit, prout ad singula refertur consilia.

Etenim secundum normam oeconomiae Redemptionis illa *castitas* aestimetur oportet et exerceatur, quam unusquisque et unaquaeque vestrum voto una cum paupertate et oboedientia promisistis: In hoc responsio continetur Christi verbis, quae simul sunt invitamentum: « et sunt *eunuchi,* qui seipsos castraverunt *propter Regnum caelorum.* Qui potest capere, capiat *n.*[57] Antea vero explicate dixerat Christus: « Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est ».[58] Qua in re etiam Paulus apostolus est dedita opera versatus ac quidem *in epistula ad Corinthios.*[59] Hoc vero consilium insigniter ad cordis humani amorem dirigitur. Dum paupertas maximeque oboedientia videntur ante omnia in lumine ponere rationem amoris redimentis, qui in religiosa consecratione invenitur, castitate magis extollitur *indoles sponsalis* eiusdem amoris. Uti patet, agitur hic de castitate, qua nonnulli « seipsos castraverunt propter Regnum caelorum », agitur nempe de virginitate ut testificatione amoris sponsalis erga Redemptorem ipsum. Hoc quidem sentiens docet Apostolus : « qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit, et qui non iungit, melius facit».[60] « Qui sine uxore est, *sollicitus est, quae Domini sunt,* quomodo placeat Domino»,[61] et «... mulier innupta et virgo cogitat, quae Domini sunt, ut sit sancta et corpore et spiritu ».[62]

Non reperitur, nec in Christi nec in Pauli verbis, ulla matrimonii contemptio. Consilium evangelicum castitatis in-

[57] *Mt* 19, 12.
[58] *Ibid.* 19, 11.
[59] Cfr. *1 Cor* 7, 28-40.
[60] *Ibid.* 7, 38.
[61] *Ibid.* 7, 32.
[62] *Ibid.* 7, 34.

dicat tantummodo peculiarem illam facultatem, quae cordi humano, tum viri tum mulieris, obvenit ex *amore sponsali* Christi ipsius, Iesu « Domini ». Quod quis « se castrat propter Regnum caelorum », non tantum libera est renuntiatio matrimonii vitaeque familiaris, verum *charismatica electio* Christi ut Sponsi solius atque unius. Huiusmodi autem electione non tantum peculiariter fit ut quis « sollicitus sit » de iis « quae Domini sunt », sed ea — facta « propter Regnum caelorum » — adducit hoc *Regnum eschatologicum Dei* ad omnium hominum vitam secundum temporalitatis condiciones et quodammodo id praesens reddit in mundo.

Ex hoc personae Deo consecratae intimum propositum totius oeconomiae Redemptionis assequuntur. Qui finis ea exprimitur quod Regnum Dei pro natura sua ultima et eschatologica propius adducitur. Per castitatis votum personae Deo consecratae communicant oeconomiam Redemptionis *per liberam renuntiationem* gaudiorum temporalium vitae matrimonialis ac familiaris; aliunde vero, eo quod « seipsos castraverunt propter Regnum caelorum », in transeuntem mundum inferunt *nuntium venturae resurrectionis*® et vitae aeternae: vitae cum ipso Deo coniunctae per visionem beatificam et amorem, qui in se complectitur penitusque permeat ceteros cordis humani amores.

12. Ad paupertatem quod attinet, quam significantia sunt verba *secundae epistulae ad Corinthios,* quae accuratam praebent eorum omnium summam, quae de hoc argumento in Evangelio audimus! « Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos *egenus factus est, cum esset dives,* ut illius *inopia* vos *divites essetis* ».[M] Secundum hasce voces paupertas interiorem ingreditur quasi structuram ipsius gratiae redemptricis Iesu Christi. Sine paupertate comprehendi non

« Cfr. *Lc* 20, 34-36; *Mt* 22, 30; *Me* 12, 25.

[M] *2 Cor* 8, 9.

potest mysterium *doni* divinitatis homini facti; quae *donatio* in Iesu Christo est perfecta. Hanc etiam ob rem *in ipso centro Evangelii* est recondita, in initio nempe nuntii octo beatitudinum; «Beati pauperes spiritu».[65] Evangelica paupertas ante humanae animae oculos reserat visionem totius mysterii, « absconditi a saeculis in Deo Ii quidem soli, qui hoc modo ((pauperes » sunt, interius etiam valent eius intellegere inopiam, qui infinitum in modum est dives. *Inopia* Christi in se abditas continet *infinitas hasce Dei divitias;* quin etiam earum est falli nescia testificatio. Divitiae enim, ipsa videlicet divinitas, in nullo bono creato aeque congruenterque declarari potuerunt. Una in paupertate divitiae illae exprimi possunt ideoque *intellegi* apta ratione *tantum a pauperibus,* id est a pauperibus spiritu. Eorum autem Christus, homo-Deus, est primus: ille, qui « cum esset dives, factus est egenus », non solum magister verum etiam nuntius et sponsor illius *paupertatis salvificae,* quae infinitis convenit Dei divitiis et virtuti inexhaustae gratiae ipsius.

Itaque verum etiam hoc est, quod ait Apostolus : « illius inopia nos divites sumus ». *Magister* enim est *et nuntius paupertatis, quae locupletat.* Hac ipsa de causa ille adulescenti in Evangeliis synopticis dicit: «vende quae habes... da... et habebis thesaurum in caelo ».[67] Quibus in verbis invitatio inest ut propria paupertate alii ditentur; sed in intima hac invitatione absconditur testimonium infinitarum Dei divitiarum, quae, in gratiae mysterio ad animam humanam translatae, in ipso homine efficiunt, per eam quidem paupertatem, fontem, unde ceteri locupletentur; qui fons comparari non potest cum alia ulla copia bonorum materialium; fons, unde aliis bene fiat ad Dei ipsius similitudinem. Haec largitio intra ipsum Christi mysterium contingit, qui « inopia sua nos divites fecit ».

[65] *Mt* 5, 3.
[66] *Eph* 3, 9.
[67] *Mt* 19, 21; cfr. *Me* 10, 21; *Lc* 18, 22.

Videri licet quomodo hoc locupletarci opus in paginis Evangelii progrediatur ac denique perficiatur, tamquam in culmine, in eventu paschali: Christus enim, pauperrimus in morte, quam in Cruce obiit, simul is est qui vitae novae plenitudine in immensum per resurrectionem nos ditat.

Dilecti Fratres et Sorores, spiritu pauperes per evangelicam professionem, suscipite in tota vita vestra hanc *salvificam formam paupertatis Christi.* In singulos dies maiorem quaerite eius maturitatem! « Quaerite autem primum regnum Dei et iustitiam eius », ... et reliqua « adicientur vobis ».[68] Utinam in vobis ac per vos evangelica compleatur beatitudo pauperibus destinata,[69] pauperibus spiritu![70]

13. **Christus, « cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinani vit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus; et habitu inventus ut homo, humiliavit semetipsum *factus oboediens* usque ad mortem, mortem autem crucis ».[71]**

Hisce in dictis *epistulae Pauli ad Philippenses* ipsam essentiam Redemptionis attingimus. In hac videlicet veritate oboedientia Iesu Christi praecipuo quodam et constitutivo modo est inserta. Hoc porro confirmatur aliis etiam Apostoli verbis, hic vero de *epistula ad Romanos* depromptis : « sicut enim *per inoboedientiam unius hominis* peccatores constituti sunt multi, ita et *per unius oboeditionem* iusti constituentur multi ».[72]

Consilium evangelicum oboedientiae est invitamentum, proficiscens ex hac Christi oboedientia «usque ad mortem». Qui huic obsequuntur invitamento, verbis enuntiato « sequere me », statuunt — uti Concilium docet — *Christum sequi,* qui

[68] ***Mt* 6, 33.**
[69] **Cfr. *Lc* 6, 20.**
[70] **Cfr. *Mt* 5, 3.**
[71] ***Philp* 2, 6-8.**
[72] ***Rom* 5, 19.**

« per oboedientiam usque ad mortem Crucis homines redemi t et sanctificavit ».[73] Evangelicum implentes oboedientiae consilium, ad intimam essentiam totius oeconomiae Redemptionis perveniunt. Hoc consilium exsequentes, impetrare cupiunt peculiarem participationem oboedientiae illius « solius et unius », cuius oboedientia « iusti constituentur multi ».

Affirmari licet eos qui vitam secundum oboedientiae consilium ducere decernant, sese singulariter collocare inter *mysterium iniquitatis*[74] ac *mysterium iustificationis gratiaeque salvificae.* In hoc « loco » versantur cum omnibus vitiosis suae naturae humanae radicibus, cum omnibus effectibus « superbiae vitae », tota illa prodi vitate — e nimio sui amore manante — ad dominandum ac servitium detrectandum, sed per ipsum oboedientiae votum constituunt *se ipsos transformare* ad Christi similitudinem, qui « per oboedientiam homines redemit et sanctificavit ». In oboedientiae consilio proprias partes in Christi Redemptione propriamque sanctificationis viam student reperire.

Haec via est, quam in Evangelio Christus descripsit, saepius quidem locutus *de voluntate Dei facienda* eaque perpetuo *quaerenda.* « Meus cibus est, ut faciam voluntatem eius, qui misit me, et ut perficiam opus eius ».[75] « Quia non quaero voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me ».[76] « Qui me misit, mecum est; non reliquit me solum, quia ego, quae placita sunt ei, facio semper w.[77] « Descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius, qui misit me ».[78] Constans haec voluntatis Patris impletio in memoriam quoque redigit confessionem messianicam Psalmistae Veteris Testa-

[73] CON. OEC. YAT. II, Decr. *Perfectae Caritatis,* 1.

[74] « Mysterium iniquitatis » ; cfr. *2 Thess* 2, 7.

[75] *Io* 4. 34.

[76] *IUd.* 5, 30.

[77] *IUd.* 8, 29.

[78] *Ibid.* 6, 38.

menti: « In volumine libri scriptum est de me. *Facere voluntatem tuam,* Deus meus, volui; et lex tua in praecordiis meis ».[79]

Talis Filii oboedientia —• laetitiae plena — ad summum evadit in Passione et Cruce: « Pater, si vis, transfer calicem istum a me! Verumtamen non mea voluntas sed tua fiat».[80] Iam inde a precatione in horto Gethsemani prompta Christi alacritas peragendae Patris voluntatis *repletur usque ad summum dolore* fitque oboedientia illa « usque ad mortem, mortem autem crucis », de qua sanctus Paulus loquitur.

Personae Deo consecratae per oboedientiae votum in animos inducunt cum humilitate praesertim oboedientiam Redemptoris imitari. Licet enim subiectio voluntati Dei atque oboeditio eius legi sit quolibet in statu *condicio christianae vitae,* nihilominus tamen in « statu religioso », in « statu perfectionis », votum oboedientiae confirmat in animo uniuscuiusque vestrum, dilecti Fratres et Sorores, *officium peculiaris cuiusdam coniunctionis* cum Christo « oboediente usque ad mortem ». Quoniam vero haec oboedientia Christi partem intimam et essentialem operis efficit Redemptionis, prout ex supra allatis Apostoli verbis colligitur, idcirco etiam, dum evangelicum oboedientiae consilium impletur, dispici inibi debet *peculiare aliquod temporis* momentum in illa « oeconomia Redemptionis », quae totam vestram permeat vocationem in Ecclesia.

Hinc fit ut quis possit « penitus obsequi Spiritui Sancto », qui praesertim in Ecclesia agit, sicut Decessor noster Paulus VI in Adhortatione Apostolica a verbis « Evangelica Testificatio » incipiente scripsit,[81] sed qui item in Institutorum vestrorum constitutionibus manifestatur. Profluit hinc illud *religiosum obsequium,* quod personae Deo consecratae in spiritu fidei su-

[79] *Ps* 40 [39], 8-9; cfr *Heb* 10, 7.

[80] *Lc* 22, 42; cfr. *Me* 14, 36; *Mt* 26, 42.

[81] Cfr. *Evangelica Testificatio,* 6: *AAS* 63 (1971), 500.

perioribus suis legitimis praestant, qui Dei obtinent locum.[82] In *epistula ad Hebraeos* admodum significantem hae de re monitionem invenimus : « Oboedite praepositis vestris et subiacete eis, ipsi enim pervigilant pro animabus vestris quasi rationem reddituri». Epistulae auctor subiungit: «... ut cum gaudio hoc faciant et non gementes, hoc enim non expedit vobis ».[83]

Ceteroqui superiores, memores in spiritu servitii sibi exercendam esse potestatem, per Ecclesiae ministerium sibi delatam, parati sint oportet fratres suos audire, quo melius dignoscant quid Deus ab unoquoque eorum postulet, firma tamen auctoritate ipsorum decernendi et praecipiendi, quae sibi visa fuerint opportuna.

Una autem cum obsequio et oboedientia ita intellectis procedit *animus serviendi,* qui totam vestram vitam conformat *ad exemplum Filii hominis,* qui « non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret et daret animam suam redemptionem pro multis J) .[84] Porro eius Mater, decretorio illo tempore Annuntiationis, inde a principio ingressa totam Redemptionis salvificam oeconomiam, dixit: « Ecce ancilla Domini ; fiat mihi secundum verbum tuum ».[85]

Reminiscimini praeterea, dilecti Fratres ac Sorores, oboedientiam, qua vos obstrinxeritis, sine condicione Deo vos consecrantes per consiliorum evangelicorum professionem, singularem esse *significationem interioris libertatis,* haud secus ac postrema declaratio Christi libertatis fuerit ipsius oboedientia « usque ad mortem » : « ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a meipso ».[86]

[82] Cfr. CONC. OEC. VAT. II, Decr. *Perfectae Caritatis,* 14.

[83] *Heb* 13, 17.

[84] *Me* 10, 45.

[85] *Lc* 1, 38.

[86] *Io* 10, 17-18

VI

14. Vertente Redemptionis Anno Iubilaeo cuncta Ecclesia cupit *suum amorem erga Christum renovare,* hominis mundique Redemptorem, Dominum suum simulque Sponsum divinum. Quapropter hoc Anno Sacro ea peculiari cum cura vos respicit, dilecti Fratres et Sorores, qui ut consecratae personae locum singularem tenetis tam in universali Populi Dei communitate quam in unaquaque communitate locali. Ecclesia enim, si optat ut per Iubilaei extraordinarii gratiam *vester etiam amor* in Christum renovetur, pariter prorsus sibi est conscia amorem illum singulare quoddam bonum *totius Populi Dei* efficere. Ecclesia probe novit in amore, quem a personis consecratis recipiat Christus, totius Corporis amorem praecipue insigniteque in Sponsum dirigi, qui caput simul est Corporis huius. Ecclesia vobis, dilecti Fratres et Sorores, gratum suum declarat animum pro consecratione consiliorumque evangelicorum professione, quae peculiaris sunt *testificatio amoris.* Simul vero fiduciam confirmat, quam collocat in vobis, qui vitae statum elegistis, qui singulare est donum a Deo Ecclesiae pr aetatum. Ea exspectat a vobis operam adiutricem, plenam et magnanimam, ut, qua fideles dispensatores tam pretiosi doni, « sentiatis cum Ecclesia » eique semper cooperemini, secundum praeceptiones normasque directorias Magisterii Petri et Pastorum ei communione iunctorum, colatisque — sive ut singuli sive ut communitates — conscientiam ecclesialem renovatam. Ea pariter preces fundit pro vobis ne vestra testificatio amoris umquam deficiat,[87] vosque rogat ut tali animo hunc Anni Iubilaei Redemptionis nuntium suscipiatis.

Ita profecto in *epistula* sua *ad Philippenses* precabatur Apostolus : « Et hoc oro, ut caritas vestra magis ac magis abundet

[87] Cfr. *Lc* 22, 32.

in ... omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceri et sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiae ... ».[88]

Opere Christi Redemptionis « caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis ».[89] Obsecramus indesinenter *Spiritum Sanctum* ut unicuique vestrum, secundum «proprium ... donum»,[90] tribuat peculiare testimonium huius amoris perhibere. Praeponderet in vobis, ratione quidem vocatione vestra digna, « lex ... Spiritus vitae in Christo Iesu ... », quae lex nos « liberavit ... a lege ... mortis ».[91] Vivite ergo de hac vita nova secundum modum vestrae *consecrationis* atque etiam secundum modum variorum *donorum Dei,* quae singularum Familiarum religiosarum vocationi respondent. Evangelicorum consiliorum professio unicuique vestrum ostendit quo pacto possitis, adiuvante Spiritu Sancto, mortificare[92] omnia, quae vitae adversantur et ad peccatum valent ac mortem, omnia, quae vero Dei hominumque amori repugnant. Mundus illius germanae « contradictionis », quae in religiosa consecratione inest, indiget tamquam perpetui cuiusdam fermenti renovationis salvificae. « *Nolite conformari huic saeculo,* sed transformamini renovatione mentis, ut probetis quid sit voluntas Dei, quid bonum et bene placens et perfectum ».[93] Completo peculiari tempore res experiendi et ad praesentia accommodandi, quod Litterae Apostolicae *Ecclesiae Sanctae* motu proprio datae praestituerant, Instituta vestra nuper iam impetraverunt vel brevi sunt impetratura Ecclesiae approbationem novatarum constitutionum. Utinam hoc donum ab Ecclesia factum incitet vos ut eas cognoscatis et diligatis ac potissimum vivendo impleatis cum

[88] *Philp* 1, 9-11.
[89] *Rom* 5, 5.
[90] Cfr. *1 Cor* 7, 7.
[91] *Rom* 8, 2.
[92] Cfr. *ibid.* 8, 13.
[93] *Ibid.* 12, 2.

magnanimitate et fidelitate, memores oboedientiam signum indubium esse amoris.

Hac omnino testificatione amoris mundus huius temporis genusque hominum egent. Opus iis est *testimonio Redemptionis,* quemadmodum id in consiliorum evangelicorum professione est infixum. Quae consilia, suo quodque modo cunctaque simul intimo nexu coniuncta, « testificantur » Redemptionem, quae virtute Crucis ac Resurrectionis Christi mundum hominumque genus in Spiritu Sancto ad *ultimum illud complementum* deducit, quod homo ipse — ac per eum universa creatura — *in Deo* eoque solo inveniunt. Inaestimabilis ideo pretii vestra est testificatio. Proinde opera constanter est danda ut ea prorsus perluceat pleneque inter homines fructificet. Cui rei proderit etiam accurata observantia normarum Ecclesiae, quae ad externam quoque ostensionem consecrationis vestrae et officii, quo paupertate obstringimur. spectant.[94]

15. Ex huiusmodi testificatione sponsalis erga Christum amoris, unde luculenter eminet inter homines tota salvifica Evangelii veritas, enascitur pariter, dilecti Fratres et Sorores, veluti res vocationis vestrae propria, *participatio apostolatus Ecclesiae,* eius missionis universalis, quae simul inter omnes nationes exercetur tot modis variis ac tam multiplicibus donis, a Deo tributis. Propria vestra missio convenienter progreditur una *cum Apostolorum missione,* quos Dominus in « omnes gentes » misit ut eas « docerent »,[95] *coniungitur que* etiam huic *missioni ordinis hierarchici.* Etenim in apostolatu, quem personae Deo consecratae prosequuntur, sponsalis eorum in Christum amor fit ratione quadam quasi « organica » *amor in Ecclesiam* uti Corpus Christi, in Ecclesiam uti Populum Dei, in Ecclesiam, quae simul Sponsa est ac Mater.

Difficulter quidem describitur, immo etiam recensetur, quot

[94] Cfr. C.I.C., can. 669.

[95] Cfr. *Mt* 28, 19.

variis modis personae Deo consecratae *per apostolatum* impleant *suum erga Ecclesiam amorem.* Hic semper ex peculiari illo Conditorum vestrorum dono est ortus, quod, *a Deo acceptum* et ab Ecclesia approbatum, totius communitatis charisma est factum. Quod donum variis respondet Ecclesiae necessitatibus et singulis mundi historiae temporibus et vicissim continuatur firmaturque in communitatum religiosarum vita ut unum ex elementis mansuris vitae apostolatusque Ecclesiae. In singulis autem illis elementis, in singulis provinciis — tum *contemplationis apostolatum fecundantis,* tum *actionis proxime apostolicae* — benedictio Ecclesiae vobis adest perpetua atque etiam pastoralis eius ac materna sollicitudo, quod attinet ad spiritualem identitatem vitae vestrae necnon ad rectitudinem operis vestri intra magnam communitatem universalem *vocationum et charismatum* totius Populi Dei. Sive per unumquodque Institutum singillatim sive per eorum « organicam » insertionem in universam missionem Ecclesiae peculiari in lumine ponitur oeconomia illa Redemptionis, cuius signum, alte impressum, unusquisque et unaquaeque vestrum, dilecti Fratres et Sorores, *in se gerit* per consecrationem consiliorumque evangelicorum professionem.

Quocirca, etiamsi summi sunt momenti multiplicia apostolatus opera, quae exercetis, tamen *vere praecipuum* apostolatus opus permanet *semper: id quod* (ac simul *qui)* in Ecclesia estis. De unoquoque et unaquaque vestrum haec Apostoli verba potissimum iterari possunt : « Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo ».[96] Verumtamen pariter illud « absconditus esse eum Christo in Deo » facit ut Magistri ipsius verba ad vos possint referri : « Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est ».[97]

[96] *Col* 3, 3.
[97] *Mt* 5, 16.

Hanc vero ad lucem, qua debetis « lucere coram hominibus », magnum pondus habet apud vos testimonium mutuae caritatis, cum fraterno cuiusque communitatis spiritu coniunctae, cum Dominus dixerit: « In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis: si dilectionem habueritis ad invicem».[98]

Indoles intime communitaria vitae religiosae vestrae, evangelica doctrina, sacra Liturgia in primisque Eucharistia enutritae, praecellentem modum efficit exsequendae huius rationis inter personas intercedentis atque socialis; dum officio invicem praevenitis, dum alter alterius onera portat, hac animorum consensione demonstratis vos Christi gaudere praesentia.[99] Ad apostolatum vestrum in Ecclesia multum refert *animos vestros* continenter *moveri necessitatibus ac doloribus hominis,* quae in mundo huius temporis tam aperte ostenduntur tamque acerbe. Docet enim Apostolus: « Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem Christi »;[100] et haec addit: « plenitudo ergo legis est dilectio ».[101]

Aspectabilis esse debet missio vestra; *vinculum, quo ea Ecclesiae iungitur,* arctum esse debet, quin immo *arctissimum!*[102] Per ea enim omnia, quae agitis, ac praesertim per ea omnia, quae vos estis, proferatur et confirmetur haec veritas: « Christus dilexit Ecclesiam et seipsum tradidit pro ea »:[103] quae veritas subiacet toti Redemptionis oeconomiae. Utinam a Christo, mundi Redemptore, emanet inexhaustus quoque fons vestri in Ecclesiam amoris!

[98] *Io* 13, 35.

[99] Cfr. CONC. OEC. VAT. II, Decr. *Perfectae Caritatis,* 15.

[100] *Gal* 6, 2.

[101] *Rom* 13, 10.

[102] Id expresse in Codice Iuris Canonici memoratur, ubi de actione apostolica agitur: cfr. can. 675, § 3.

[103] *Eph* 5, 25.

VII

16. **Haec Adhortatio, quam in *Sollemnitate Annuntiationis* huius Anni Iubilaei Redemptionis vobis adhibemus, eo spectat ut illum amorem demonstret, quem erga Religiosos ac Religiosas colit Ecclesia. Vos, dilecti Fratres et Sorores, *peculiare quoddam bonum estis Ecclesiae.* Quod quidem bonum plenius intellegi potest per meditationem illius veritatis, quae est Redemptio; cui considerationi volvens hic Annus Sacer continuam praebet opportunitatem aptumque incitamentum. Agnoscite ergo, hac luce fulgente, identitatem vestram ac *dignitatem.* Spiritus Sanctus — Crucis Resurrectionisque Christi operante virtute — det vobis « illuminatus oculos cordis vestri, ut sciatis quae sit spes vocationis eius, quae divitiae gloriae hereditatis eius in sanctis ».[104]**

Hos « illuminatus oculos cordis » Ecclesia sine intermissione flagitat pro unoquoque vestrum, *qui iam ingressi estis* viam professionis consiliorum evangelicorum. Eosdem vero « oculos illuminatus » Ecclesia una vobiscum exposcit pro tot Christianis, potissimum pro iuvenibus utriusque sexus, ut *hanc viam valeant reperire neve timeant eam inire* ut — etiam inter adversa hodiernae vitae adiuncta —exaudiant illud : « sequere me », a Christo prolatum.[105] Vos quoque operam detis oportet huic proposito consequendo per precationes vestras necnon per illius *amoris testificationem,* quo « Deus in nobis manet, et caritas eius in nobis consummata est ».[106] Utinam hoc testimonium ubique perhiberi contingat et ubique innotescat. Utinam in eo nostri temporis homines, animis fatigatio confirmationem inveniant et spem! Itaque fratribus in laetitia servite, quae e corde erumpat, in quo habitat Christus. « Utinam mundus aetatis nostrae ... Evangelium accipiat non ob evangeli-

[104] *Eph 1,* 18.
[105] *Lc* 5, 27.
[106] *1 Io* 4, 12.

zatoribus afflictis vel spe destitutis sed ab Evangelii ministris quorum vita fervore renideat, ab iis videlicet, qui primi gaudium Christi in semet ipsis receperunt)>.[107]

Ecclesia pro suo erga vos amore « flectere » non desinit « genua ... ad Patrem »,[108] « ut det vobis corroborari ... in interiorem hominem »,[109] et sicut vobis, idem similiter det aliis multis, fratribus nostris et sororibus baptizatis, praesertim adulescentibus, ut eandem sanctitatis semitam inveniant, quam per hominum aetates tot generationes cum Christo — mundi Redemptore animarumque Sponso —- percurrerunt, relicta post se Dei fulgida luce, qua erant circumfusi quaeque adhuc in vitae humanae nubibus ac tenebris eminet.

Ad vos universos, qui eiusmodi viam hac historiae aetate tum Ecclesiae tum mundi insistitis, haec flagrantia pertinent vota Anni Iubilaei Redemptionis, « in caritate radicati et fundati, ut valeatis comprehendere cum omnibus sanctis quae sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum, scire etiam supereminentem scientiae caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei ».[110]

17. Festo hoc die Annuntiationis, Anno Sacro Redemptionis vertente, Adhortationem hanc reponimus in *Corde Virginis Immaculatae.* Omnium enim personarum Deo sine ulla condicione consecratarum ipsa est prima. Ea — Virgo Nazarethana — etiam *plenissime Deo est consecrata,* consecrata quam perfectissimo modo. Amor enim sponsalis eius maternitate divina, Spiritus Sancti operante virtute, ad fastigium est perductus. Ea, quae uti Mater Christum ulnis suis gestat, simul quidem absolutissima ratione ipsius *implet invitamentum:* « sequere me ». Eum quidem sequitur — ipsa, Mater — veluti suum in castitate, paupertate, oboedientia Magistrum.

[107] PAULUS PP. VI, Adh. Ap. *Evangelii Nuntiandi,* 80: *AAS* 68 (1976), 75.

[108] Cfr. *Eph* 3, 14.

[109] Cfr. *ibid.* 3, 16.

[110] *IUd.* 3, 17-19.

Quam fuit *pauper* nocte illa apud Bethlehem, quam in loco Calvariae pauper! Quam *oboediens* in Annuntiatione ac deinde — stans iuxta Crucem — quam *oboediens* ut de morte Filii consentiret, qui factus est oboediens « usque ad mortem » ! Quam *dedita,* per totius vitae suae terrenae cursum, causae Eegni caelorum *ex amore castissimo!*

Si Ecclesia universa Mariam habet *primum* suum *exemplar,* tanto potius id habetis vos, personae communitatesque Deo consecratae in sinu Ecclesiae! Hoc ipso die, qui in memoriam redigit initium Anni Iubilaei Redemptionis, superiore anno factum, ad vos convertimur hoc nuntio ut vos invitemus ad excitandam *consecrationem vestram religiosam secundum exemplum consecrationis ipsius Dei Genetricis.*

Dilecti Fratres et Sorores ! « Fidelis Deus, per quem vocati estis in communionem Filii eius Iesu Christi Domini nostri ».[m] Perseverantes fideles esse ei qui est fidelis, *in Maria* singulare prorsus *firmamentum* habere nitimini ! Ipsa enim a Deo vocata est ad perfectissimam cum Filio suo communionem. Ea, Virgo fidelis, etiam Mater vobis adsit in via vestra evangelica: adiuvet vos ut gustetis coramque mundo commonstretis *quam infinitum in modum sit Deus ipse fidelis!*

Haec ominati, Benedictionem Apostolicam vobis ex animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxv mensis Martii, Anno Iubilaeo Redemptionis, MCMLXXXIV, Pontificatus nostri sexto.

IOANNES PAULUS PP. II

[m] *1 Cor* 1, 9.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

OSTIEN.

In Ostiensi dioecesi cathedrale collegium restituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Si quis in naturam collegiorum Canonicorum, seu Capitulorum cathedralium inspiciat, is sane deprehendet ob id fuisse potissimum condita talia collegia, ut non solum Canonici sacris Praesulibus singularum dioecesium consilio et opera assisterent, sed etiam ut cultum summo Deo caelitibusque publice reddendum curarent : nempe per sacrorum celebrationem, per caeremoniarum splendorem, perque religiosae institutionis promotionem : quae omnia, si recte agantur, iusto honori immortali Deo cedere possunt. Qua re, cum Venerabilis Frater Noster Hugo S. R. E. Cardinalis Poletti, Administrator Apostolicus dioecesis Ostiensis, iam ab Nobis petierit ut restituta sacra aede S. Aureae etiam cathedrale collegium restitueremus, Nos explorato quid de re Sacra Congregatio pro Clericis sentiret, bene fieri censuimus, si tanti Viri expostulationem admitteremus : semper enim sollemne Nobis quidquid in Dei honorem et gloriam initur. Quae cum ita sint, re bene reputata, eorum omnium consensum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris habeant vel se habere putent, apostolica potestate sequentia decernimus. Cathedrale collegium Canonicorum Ostiense qui vario casu perierat, in pristinum restituimus; quod Archipresbytero constabit atque undecim Canonicis. Accèdent sex Mansionarii. His omnibus autem respondent duo de viginti officia ecclesiastica congruis dotata bonis. Iura vero et privilegia quae Canonicis debentur iuxta leges canonicas, haec omnia et Canonicis Ostiensibus deferuntur. Statuimus praeterea ut Statuta capitularia conscribantur, quae fideliter serventur. Ceterum, haec Nostrae voluntatis documenta Venerabilis Frater Noster Hugo Cardinalis Poletti exsequenda curet, vel quem ipse legaverit, atque sincerum exemplum actae restaurationis

Sacrae Congregationi pro Clericis transmittat. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

SILVIUS Card. **ODDI**
S. Congr. pro Clericis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Iosephus Cattani, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 128287.

II

RESISTENCIAE

Dioecesis Resistentiae ad gradum archidioecesis attollitur novaque Provincia ecclesiastica conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Patet territoriorum distributionem in ecclesiasticas provincias ad fidelium salutem pertinere. Cum igitur ecclesiasticae circumscriptiones sunt constituendae et ordinandae, Summi Pontifices eam debent curam et prudentiam adhibere, ut huiusmodi distributiones vere bono animarum prosint. Qua de re, quoniam Conferentia Episcopalis nationis Argentinae Apostolicae Sedi suasit ut distractis peramplis partibus Provinciae ecclesiasticae Corrientensis, nova constitueretur Metropolitana Ecclesia intra fines civilis provinciae vulgo Chaco appellatae, cum sede in urbe Resistencia nuncupata atque eiusdem nominis Provincia Ecclesiastica conderetur, Nos, cognita sententia Venerabilis Fratris Ubaldi Calabresi, Archiepiscopi titularis Fundani, in Republica Argentina Apostolici Nuntii, et audito consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacro Consilio pro publicis negotiis praepositorum, rati eiusdem concessionem in profectum Ee-

clesiae et catholicorum illius regionis esse cessuram, adhibitas preces exaudiendas esse censuimus. Ob eam rem, suppleto, quatenus opus sit, consensu eorum quorum interest, vel qui sua interesse praesumunt, ex plena Nostra Apostolica potestate, quae sequuntur statuimus et decernimus. Sedem Resistenciae, a Metropolitana Ecclesia Corrientensi seiunctam, ad dignitatem Archiepiscopalis Metropolitanae Ecclesiae attollimus, datis iuribus et privilegiis, quae Metropolitanarum Sedium sunt ex iure communi propria. Novam Ecclesiasticam Provinciam efficimus Metropolitana Ecclesia eiusdem nominis et dioecesibus Sancti Rochi et Formosae, a Metropolitana Ecclesia Corrientensi detrahendis, eiusque Antistitem pro tempore Archiepiscopum Metropolitam creamus, iuribus et privilegiis ornatum et obligationibus adstrictum, quibus ceteri orbis catholici Metropolitae ex sacrorum canonum normis ornantur et obstringuntur ; simul autem Praelatos ordinarios locorum suffraganearum Ecclesiarum Sancti Rochi et Formosae metropolitico iuri Archiepiscopi pro tempore Resistenciae subicimus. Haec omnia perficienda damus Venerabili Fratri Ubaldo Calabresi, necessariis et opportunis eidem factis facultatibus etiam alteri delegandis, ad effectum de quo agitur, dummodo sit in ecclesiastica dignitate constitutus; onere imposito sincerum actus exsecutionis peractae exemplar primo quoque tempore ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittendi. Apostolicas autem has Litteras et nunc et in perpetuum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo octavo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

& **SEBASTIANUS** Card. **RAGGIO**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s.n.*

Loco ✠ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 129026.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Servo Dei Ieremiae de Valachia, Religioso professo Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Filius Hominis non venit ministrari, sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis » *(Mt* 20, 28). Haec verba, quae totam Christi missionem hoc in mundo complectuntur, efficienda sibi proposuit humilis Frater Minor Capuccinus Ieremias de Valachia, qui Deo gratias agebat quod indesinenter inservire ac subici omnibus poterat, et magno afficiebatur gaudio cum, actus oboedientiae et caritatis erga proximum exsequens, animam suam Domino tradebat. Is die XXIX mensis Iunii anno MDLVI ortus in pago Valachiae Minoris, nunc vero Moldaviae in Romania, ex quattuor fratribus duabusque sororibus primogenitus, in baptismate est Ioannes appellatus. Eius parentes, vera fide catholica praediti, ruricolae de rebus domesticis bene constituti, congruam proprietatem agrariam colebant. Ab ultima iuventute vocationem divinam ad vitam Religiosam corde percepit. Genetrix eius, forsitan ex colloquiis cum missionariis Franciscanis Italis habitis, candida veneratione loqui solebat illi de Italico populo, ubi Vicarii Christi sedes exstaret, necnon de Religiosis ibi degentibus. His mirandis rebus allectus, et potius ineluctabili permotus gratiae divinae afflatu, duodeviginti annos natus familiam terramque patriam reliquit iterque in Italiam confecit. Longum est hic tot tantasque diuturni itineris narrare vicissitudines, quae tam arduae fuerunt, ut incommodorum aerumnarumque specimina essent iis, quos frater Ieremias hortabatur ad crucem amoris Dei causa portandam. De natali terra egrediens, montes pertransiit Carpates et in principem urbem Transilvaniae Albam Iuliani advenit, ubi sistere et duos annos commorari est coactus ; quod tempus ad victum quaerendum insumpsit, lapides lateresque transferens ad muros urbis solidandos. Divina tandem Providentia factum est ut clarissimus medicus Petrus Lo Iacono obviam ei veniret et eum tamquam famulum in itinere ad urbem Barium assumeret. Quocum Ioannes, imperviis transitis viis, post tres menses Ragusium in Dalmatia attigit; unde navi oneraria Barium vectus est.

Cum ibi annum fere permansisset ut minister apud pharmacopolarum denique anno MDLXXVIII tempore quadragesimali Neapolim se contulit. Hac in urbe postulavit et obtinuit ut tamquam frater laicus apud Fratres Minores Capucemos, quos antea cognoverat, admitteretur; atque die VIII mensis Maii anno MDLXXVIII in novitiatu Suessae Auruncae, apud Casertam, habitum religiosum induit, nomen capiens sibi fratrem Ieremiam a Valachia. Post annum religiosa nuncupavit vota, Domino promittens Regulam Fratrum Minorum per totum vitae decursum se esse observaturum. Primis sex annis vitae religiosae nonnullis in domibus Ordinis actis, ab anno MDLXXXV usque ad supremum vitae diem, id est per quadraginta annos absque intermissione Neapoli, apud « S. Eframo Nuovo », valetudinario domus Immaculatae Conceptionis addictus est. Assidue contemplationi vacans, pietatem erga caelestem Patrem magis in dies excolebat; cuius filium peculiarem in modum se esse sentiebat in recitanda Oratione Dominica, quam singulariter diligebat. Eadem ferme verba Sancti Francisci crebro repetebat, dicens : (C Summum Deum diligamus, qui tam dignus est ut diligatur ; diligamus eum, quoniam summe bonus est, et tot pro nobis operatus est ». Perennes interioris vitae fontes ei erant Passio Domini, quam continenter meditabatur, et Eucharistia, quam flagrantissimo ardore et sumebat et adorabat. Deiparam Virginem filii more colebat, simul alios adhortans ut ad eam maxima fidentia confugerent. Obsequentissimum se praebebat non tantum Moderatoribus, verum etiam ceteris Fratribus, exsequens sine ulla exceptione omnia quae iubebantur. In paupertatis et paenitentiae via Sancti Francisci vestigia persequebatur, blandam tum in rerum inopia cum in austeritate laetitiam ostendens. Humilis et strenuus, serenus et officiosus, evangelica spiritus libertate omnes conciliabat : adultos et parvulos, divites et pauperes, suadens ut Deum proximosque diligerent. Divino Spiritu ductus, peculiaribus fruebatur charismatibus, velut sanationum gratia et prophetiae cordiumque perscrutandorum dono ; sed potissimum fülsit charismate, omnium maximo, divini amoris, quem pauperibus et afflictis serviendo ostendit. Ceterum omnibus modis totum pauperibus se dedidit, ac maximopere studuit eosdem a misera allevare condicione saepe ipsemet solvens expensas. Quidquid in conventu et in horto colligere poterat, pauperibus dabat. Exoptabat etiam non solum ut ianua conventus, sed et aditus ad hortum pateret pauperibus, ut sumerent necessaria : scilicet largitate Patris caelestis afflabatur ad gratis praestandum, quod gratis acceperat. Cum autem in magno Fratrum valetudinario infirmorum ministerio desti-

natus esset, ea quidem opportunitas fuit ut omnes divitiae tum liberalitatis tum mirae eius abnegationis innotescerent. Qui profecto assidue infirmis aderat, sibi reservans uti optabile privilegium ea officia, quae humiliora et graviora videbantur, iisque infirmis subvenire studebat, quibus difficilius et durius erat assidere. Minime sibi parcens, virtutibus patientiae et hilaritatis omnibus erat exemplo. Tam inconsueta caritas intra parietes conventus circumscribi non poterat; adeo ut viri ecclesiastici et optimates et humiles morbis vexati fratris Valachiani praesentiam optarent. Praepositi alioquin facere non poterant, quin sanctam oboedientiam concédèrent tam evangelico servitio. Nec equidem frater Ieremias aut periculis aut detrimentis parcebat ad solamen patientibus paterna lenitate ferendum. Et hac ipsa causa, cum quondam infirmum visitatum iret, hieme gelidissima, exeunte mense Februario anno MDCXXV est violenta pleuritide-peripneumonia correptus, quae vires eius validissimas extenuavit. Ille vero, gaudens quod in actu oboedientiae et amoris Domino Iesu similis esset, anno maximi Iubilaei MDCXXV, die v mensis Martii, cum undeseptuagesimum aetatis atque septimum et quadragesimum vitae religiosae annum ageret, ad aeterni gaudii mansionem pientissime transiit. Diffusa obitus notitia, postero die tanta populi multitudo in ecclesiam Immaculatae Conceptionis convenit, ut Servi Dei corpus clam nocte sequenti humaretur. Sanctitatis fama sic in dies percrebrescebat, ut Neapoli die xx mensis Septembris eodem anno MDCXXV processus ordinarius apertus sit. Duos post annos, id est anno MDCXXVII, die xxvi mensis Septembris, Urbanus PP. VIII introductionem Causae indixit et Commissionem processui apostolico instruendo constituit. Anno MDCLXXXVII, die xxvi mensis Septembris, Innocentius PP. XI indulsit ut in sola sessione plenaria Sacrae Rituum Congregationis disceptaretur utrum virtutes gradu heroico exercitae essent necne. Haec tamen inquisitio, nescimus quanam de causa, non facta fuit. Cumque beatificatio Servi Dei proxima et certa videretur, totum huiusmodi iter, rationibus ab ipsa Causa alienis, ad nostram usque aetatem intermissum fuit. Tandem die xii mensis Februarii anno MCMLII sessio antepraeparatoria; die xin mensis Novembris anno MCMLVI sessio praeparatoria, et die xv mensis Decembris anno MCMLIX sessio plenaria habita est; resque quidem optime cesserunt. Praeterea, die xvni mensis Decembris anno MCMLIX Summus Pontifex Ioannes XXIII decretum promulgavit super Servi Dei virtutibus in gradu heroico; ac, postquam de uno miraculo, quod a Deo effectum, eo deprecante, dicebatur, inquisitum est, Sacra Congre-

gatio pro Causis Sanctorum miraculum verum esse asseveravit, atque die XIII mensis Ianuarii hoc anno Nos comprobationis decretum fecimus et veniam hanc dedimus, ut, attenta aliorum signorum solida fama, ab alterius mir acuii probandi lege actores Causae eximerentur. Quibus omnibus actis dies est statutus ad celebrandam sollemnem beatificationem tum Ieremiae de Valachia, tum Iacobi Cusmano et Dominici a SS.mo Sacramento. Hoc igitur mane, in area ante Petrianam Basilicam patente, hanc sumus inter sacra formulam elocuti : <(Nos, vota fratrum Nostrorum Salvatoris Pappalardo, Archiepiscopi Panormitani, Aloisii de Larrea y Legarreta, Episcopi Flaviobrigensis, et Conradi Ursi, Archiepiscopi Neapolitani, necnon plurium aliorum Fratrum in Episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Iacobus Cusmano, Dominicus a SS.mo Sacramento et Ieremias de Valachia, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Iacobi Cusmano die decima quarta Martii, Beati Dominici a SS.mo Sacramento die septima Aprilis, Beati Ieremiae de Valachia die quinta Martii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possint. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae vero per has Litteras statuimus firma sint in perpetuum, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Octobris, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £B Sigilli
In Secret. Status tab., n. 122819.

II

Sacra aedes B. Mariae Virginis a Visitatione in vertice « Marianska Hora » supra urbem Levocam, dioecesis Scepusiensis, Basilicarum Minorum numero accensetur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Cultum et venerationem beatae Mariae Virginis usque augeri, eius gloriam propagari, reddi illi honorem cum dignitate parem : id profecto semper et sollemne Nobis et sanctum fuit, cum sit beatissima illa Virgo Christi Mater caelorumque

Regina, atque filiorum suorum, quotquot hic in terrestri plaga degimus, Patrona fidissima custosque sollicita. Quare, cum dilectus Filius Stephanus Garaj, auctoritate qua pollet uti Ordinarius ad interim dioecesis Scepusiensis, in Slovachia, datis Litteris die **VII** mensis Maii, anno superiore, a Nobis magna prece petierit sive suo, sive cleri atque Christifidelium nomine, ut sacra aedes beatae Mariae Virginis a Visitatione intra fines eius sita dioecesis, in vertice nempe « Marianska Hora» supra urbem Levocam, in ordinem Basilicarum Minorum referretur; Nos ratione habita tum sacrae illius aedis antiquitatis, tum singularis eius historiae, tum eius momenti ad fidem religionemque Slovachi populi alendam (quae sane causa est omnium potior), libenti quidem animo admotae expostulationi cedendum putamus. Placet ergo templum seu Sanctuarium Visitationis beatae Mariae Virginis, de quo sermonem instituimus, Levocae surgens, in finibus dioecesis Scepusiensis, Basilicarum Minorum numero accenseri, cum iuribus et concessionibus liturgicis talium templorum propriis, servatis nempe quae decretum « De titulo Basilicae Minoris » iubet, die vi mensis Iunii factum, anno MDCCCCLXVIII. Contrariis nihil obstantibus. Quod profecto sive in sacrorum Pastorum, sive in populi utilitatem, precamur, cedat.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Ianuarii, anno MDCCCCLXXXIIII, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 125678.

III

Templum B. M. V. a Visitatione, quod surgit in urbe Petrovöe, in dioecesi Mariborensi, ad dignitatem Basilicae Minoris «vehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quanta veneratione Slovenus populus, historia nobilis, fide nobilior, Beatissimam Virginem Mariam, christianorumque decus, sit usquequaque prosecutus, cum multa alia docent, tum etiam tempia in eius honorem constructa, solum eius nationis fere stellantia. Quae sane, non modo saepenumero splendent, summa arte condita, sed etiam supellectile abundant, miro caelata artifìcio. Accedit profecto, quod maius est, alita tum precibus, tum

caerimoniis, tum doctrina pietas, ut sint vere talia templa sedes ac domicilia colendae religionis. In quorum templorum numero est omnino sacra aedes Beatae Mariae Virginis a Visitatione in urbe Petrovce accensenda. Est autem in ea tantae Matris signum pulcherrimum lignea materia sculptum, sceptrum in dextera habentis, laeva vero manu Filium sustinentis, quem amabiliter intuetur, ut matres consueverunt. Nimirum Matris illius benignitas, quae tot in discriminibus filiis adfuit praesidium ac tegimen, id effecit, ut Slovenus populus semper templum illud augustum frequentaverit et frequentet, filiorum more. Qua re, cum Venerabilis Frater Franciscus Kramberger, Episcopus Mariborensis, id a Nobis petierit, ut templum illud Basilicis Minoribus annumeraretur, Nos, volentes sive petenti Venerabili Fratri benigne facere, sive caelesti Matri obsequium praestare eiusque cultum augere, aequo animo admotis precibus concedimus. Iis ergo probatis, quae de negotio Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis a Nobis facultatibus, statuerit, placet templum Petrovcense Visitationi B. M. V. sacrum Basilicis Minoribus accenseri, cum iuribus atque facultatibus talium templorum, modo servata sint, quae Decretum « De titulo Basilicae Minoris » mandat servanda, die vi Iunii, anno MDCCCCLXVIII, factum. Contrariis nihil obstantibus. Quod vero egimus felix, faustum, fortunatumque sit, cum Venerabili Fratri Episcopo Mariborensi, tum cuncto gregi fidelium.

Datum Romae, apud S. Petrum, die VII mensis Februarii, anno MDCCCCLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tal., n. 125868.

IV

Sanctus Ioannes de Capestrano Cappellanorum Militarium totius terrarum orbis apud Deum Patronus confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Servandus quidem et confirmandus ac fovendus est certus venerationis cultus, quo Sanctum Ioannem de Capestrano omnes variarum Nationum Cappellani Militares peculiarem in modum prosequi consueverunt. Non solum enim constat

hunc presbyterum praeclaris virtutibus in vita sua praeditum fuisse ob Dei amorem et proximi, sed hac etiam aetate eum plerumque dominico gregi, imprimisque praesulibus ac presbyteris ubicumque pastoralem militum curam agentibus, tamquam mirum proponi sanctitatis exemplum. Hoc autem maxime expedire videtur, ut quivis ordo fidelium suum in caelis habeat Patronum, qui sua ipse intercessione ei semper assit a Deoque opportuna impetret auxilia. Quibus perpensis, venerabiles Fratres Vicarii Castrenses orientalium et occidentalium regionum, consultis recteque auditis singularum istarum Nationum Conferentiis Episcopalibus rationeque habita communium omnium votorum, sua auctoritate electionem memorati Sancti uti universalis caelici Patroni omnium Cappellanorum Militarium totius mundi rite approbaverunt atque iidem ab Apostolica Sede ut eiusmodi electionem et approbationem ratas haberet petiverunt. Quare Nos ipsi, quo maior christiana pietas omnium ad cuiusque Nationis exercitum quoquo modo pertinentium dehinc excitetur et efficacior fiat in dies, ex prudenti probata sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, quam plane probamus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae, cum enotescat propositas electionem et approbationem ad statutum ius peractas esse, *Sanctum Ioannem de Capestrano,* presbyterum, *Curionum seu Cappellanorum Militarium* totius orbis apud Deum *Patronum* confirmamus una cum adiectis iuribus ac liturgicis privilegiis per commemoratam Sacram Congregationem definitis in Instructione « de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis » sub n. 30. Contrariis quibuslibet haud obstantibus. Ceterum omnino volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque nunc et in posterum tempus habeant effectus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Februarii, anno **MCMLXXXIV**, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 122911.

V

Imago Sacrae Familiae, in basilica Assumptionis intra fines dioecesis Vladislaviensis sita, pretioso diademate coronatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Surreptis misere nuper impieque pretiosis corollis, quibus videlicet Sacrae Familiae Nazarethanae enitebat simulacrum in Basilica ipsa Assumptionis Beatae Mariae Virginis apud locum « Kalisz » vulgo nuncupatum intra dioecesis Vladislaviensis fines, nihil sibi citius agendum censuit Venerabilis Frater Ioannes Zareba loci eiusdem Praesul sacer nihilve certius providendum quam ut, impetrata Sedis Apostolicae facultate, rursus impositis illius modi novis sertis eadem denuo renideret imago. Quandoquidem ipsi Nos probissime quidem novimus quo in honore habita semper illa sit effigies quoque cultu celebrata, dum pari acerbitate sacrilegum deflemus furtum, rem studiose petitam concedendam prompte item esse arbitramur. Collatis igitur rite consiliis cum Sacra Congregatione pro Sacramentis et Cultu Divino, precibus ita admotis ab Episcopo Vladislaviensi obsecuti libenter hisce litteris atque auctoritate Nostra apostolica committimus partes eidem quem memoravimus Fratri Venerabili ut imagini Sacrae Familiae, quam venerantur in Basilica Assumptionis Beatae Virginis Mariae dioecesis Vladislaviensis, pretiosum diadema Nostro nomine imponat secundum ritus formulasque praescriptas. Hoc scilicet pacto et decus liturgicum reddetur loco illi ac simulacro et novum etiam fideli populo addetur incitamentum unde aucta pietate eandem Familiam Sacram excolant suumque in commodum spiritale invocent.

Datum Romae, apud S. Petrum, die **II** mensis Martii, anno **MCMLXXXIV**, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI,** *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco SB Sigilli

In Secret. Status tab., n. 1282U.

HOMILIAE

I

In Petriana basilica habita ob decretos Ven. Guillelmo Repin et XCVIII Sociis eius Andegavensibus martyribus, et Ven. Ioanni Mazzucconi, Beatorum caelitum honores.*

Chers Frères et Sœurs,

1. « Qui pourra nous séparer de l'amour du Christ? » -[1]

Telle est la question que posait autrefois l'Apôtre Paul dans sa lettre aux Romains. Il avait alors devant les yeux les souffrances et les persécutions de la première génération des disciples, témoins du Christ. Les mots de détresse, d'angoisse, de faim, de dénuement, de danger, de persécution, de supplice, de massacre «comme des moutons d'abattoir » décrivaient des réalités très précises, qui étaient — ou allaient être — l'expérience de beaucoup de ceux qui s'étaient attachés au Christ, ou plutôt qui avaient accueilli dans la foi l'amour du Christ. Lui-même aurait pu énumérer les épreuves qu'il avait déjà subies,[2] en attendant son propre martyre ici, à Rome. Et l'Eglise aujourd'hui, avec les martyrs du xvnème et du xixème siècles, se demande à son tour « qui pourra nous séparer de l'amour du Christ? ».

Saint Paul s'empresse de donner une réponse certaine à cette question : « Rien ne pourra nous séparer de l'amour de Dieu qui est en Jésus-Christ Notre Seigneur», rien, ni la mort, ni les forces mystérieuses du monde, ni l'avenir, ni aucune créature.[3]

Puisque Dieu a livré son Fils unique pour le monde, puisque ce Fils a donné sa vie pour nous, un tel amour ne se démentira pas. Il est plus fort que tout. Il garde dans la vie éternelle ceux qui ont aimé Dieu au point de donner leur vie pour lui. Les régimes qui persécutent passent. Mais cette gloire des martyrs demeure. « Nous sommes les grands vainqueurs grâce à celui qui nous a aimés » .[4]

* Die 19 m. Februarii a. 1984.

[1] *Rm 8,* 35.

[2] *2 Co* 6, 4-10.

[3] Cfr. *Rm* 8, 38-39.

[4] *Ibid.* 8, 37.

2. C'est la victoire qu'ont remportée les martyrs élevés aujourd'hui à la gloire des autels par la béatification.

a) Ce sont d'abord les très nombreux martyrs qui au diocèse d'Angers, au temps de la Révolution française, ont accepté la mort parce qu'ils voulaient, selon le mot de Guillaume Repin, « conserver leur foi *iit* leur religion », fermement attachés à l'Eglise catholique et romaine ; prêtres, ils refusaient de prêter un serment jugé schismatique, ils ne voulaient pas abandonner leur charge pastorale; laïcs, ils restaient fidèles à ces prêtres, à la messe célébrée par eux, aux signes de leur culte pour Marie et les saints. Sans doute, dans un contexte de grandes tensions idéologiques, politiques et militaires, on a pu faire peser sur eux des soupçons d'infidélité à la patrie, on les a, dans les « attendus » des sentences, accusés de compromissions avec « les forces anti-révolutionnaires » ; il en est d'ailleurs ainsi dans presque toutes les persécutions, d'hier et d'aujourd'hui. Mais pour les hommes et les femmes dont les noms ont été retenus — parmi beaucoup d'autres sans doute également méritants —, ce qu'ils ont réellement vécu, ce qu'ils ont répondu aux interrogatoires des tribunaux, ne laisse aucun doute sur leur détermination à rester fidèles — au péril de leur vie — à ce que leur foi exigeait, ni sur le motif profond de leur condamnation, la haine de cette foi que leurs juges méprisaient comme « dévotion insoutenable » et « fanatisme ». Nous demeurons en admiration devant les réponses décisives, calmes, brèves, franches, humbles, qui n'ont rien de provocateur, mais qui sont nettes et fermes sur l'essentiel : la fidélité à l'Eglise. Ainsi parlent les prêtres, tous guillotinés comme leur vénérable doyen Guillaume Repin, les religieuses qui refusent même de laisser croire qu'elles ont prêté serment, les quatre hommes laïcs : il suffit de citer le témoignage de l'un d'eux (Antoine Fournier) : « Vous souffririez donc la mort pour la défense de votre religion? - Oui ». Ainsi parlent ces quatre-vingts femmes, qu'on ne peut accuser de rébellion armée ! Certaines avaient déjà exprimé auparavant le désir de mourir pour le nom de Jésus plutôt que de renoncer à la religion (Renée Feillatreau).

Véritables chrétiens, ils témoignent aussi par leur refus de haïr leurs bourreaux, par leur pardon, leur désir de paix pour tous : « Je n'ai prié le Bon Dieu que pour la paix et l'union de tout le monde» (Marie Cassin). Enfin, leurs derniers moments manifestent la profondeur de leur foi. Certains chantent des hymnes et des psaumes

jusqu'au lieu du supplice ; « ils demandent quelques minutes pour faire à Dieu le sacrifice de leur vie, qu'ils faisaient avec tant de ferveur que leurs bourreaux eux-mêmes en étaient étonnés ». Sœur Marie-Anne, Fille de la Charité, réconforte ainsi sa Sœur : « Nous allons avoir le bonheur de voir Dieu, et de le posséder pour toute l'éternité... et nous en serons possédées sans crainte d'en être séparées » (témoignage de l'Abbé Gruget).

Aujourd'hui ces quatre-vingt-dix-neuf martyrs d'Angers sont associés, dans la gloire de la béatification, au premier des leurs, l'Abbé Noël Pinot, béatifié depuis presque soixante ans.

Oui, les paroles de l'Apôtre Paul se vérifient ici avec éclat : « Nous sommes les grands vainqueurs grâce à celui qui nous a aimés ».

b) Analoga testimonianza di fede adamantina e di carità ardente è stata data alla Chiesa ed al mondo dal Padre Giovanni Mazzucconi, che consumò nel martirio la sua giovane esistenza di sacerdote e di missionario. Membro, tra i primi, del Pontifìcio Istituto per le Missioni Estere di Milano, sentiva che le missioni erano « il segreto desiderio » del suo cuore. All'orizzonte della sua vita egli intravvedeva una unione ancora più profonda con il Cristo, unione che lo avrebbe accomunato alle sofferenze ed alla croce del suo Signore e Maestro, proprio a motivo del suo impegno instancabile per l'evangelizzazione : « Beato quel giorno in cui mi sarà dato di soffrire molto per una causa sì santa e sì pietosa, ma più beato quello in cui fossi trovato degno di spargere per essa il mio sangue e incontrare fra i tormenti la morte ».

Senonché, il messaggio cristiano, che il Mazzucconi proclamava agli indigeni di Woodlark era una aperta condanna della loro condotta che giungeva fino agli orrori dell'infanticidio. E nonostante l'immensa carità e la indefessa dedizione del Beato, la sua predicazione provocava irritazione ed odio. Ma egli era soprannaturalmente sereno, in mezzo ai disagi, alle febbri, alle opposizioni, perché viveva intimamente unito a Dio. Parafrasando le parole di San Paolo, poteva scrivere: « So che Dio è buono e-mi ama immensamente. Tutto il resto : la calma e la tempesta, il pericolo e la sicurezza, la vita e la morte, non sono che espressioni mutevoli e momentanee del caro Amore immutabile, eterno ».

3. Per tutti questi martiri, di epoche diverse, si sono adempiute le parole del Cristo agli apostoli : ((Guardatevi dagli uomini, perché vi consegneranno ai loro tribunali... Sarete condotti davanti ai gover-

nanti... per causa mia... Il fratello darà a morte il fratello... E sarete odiati da tutti a causa del mio nome ».[5] Difatti molti tra i martiri d'Angers sono stati arrestati nella loro casa o nel loro nascondiglio, perché altri li avevano denunciati. Ci si **è** accaniti contro di loro, uomini e donne senza difesa, con un disprezzo difficilmente comprensibile. Hanno conosciuto l'umiliazione della rappresaglia e delle prigioni insalubri; hanno affrontato tribunali ed esecuzioni sommarie.

Il Padre Mazzucconi, poi, ricevette il colpo mortale di scure da un indigeno, che, salito sulla nave e avvicinatosi, facendo fìnta di salutarlo amichevolmente gli porgeva la mano da stringere.

Tutto questo avverrà — diceva Gesù — «per dare una testimonianza a loro e ai pagani». Sì, i nostri martiri hanno potuto render testimonianza di fronte ai loro giudici, ai loro carnefici, e davanti a coloro che assistevano come spettatori al loro supplizio, al punto che costoro « non potevano trattenersi dall'essere stupiti e dal dire, allontanandosi, che c'era in quelle morti qualcosa di straordinario, che solo la religione può ispirare negli ultimi istanti » (Diario del Sac. Simon Gruget). Gesù aveva annunciato tale mistero : « Chi persevererà sino alla fine sarà salvato ».[6] E come persevererà? « Non preoccupatevi di come o di che cosa dovrete dire, perché vi sarà suggerito in quel momento ciò che dovrete dire ... È lo Spirito del Padre vostro che parla in voi ».[7] Sì, quelli che restano fedeli allo Spirito Santo sono sicuri di poter contare sulla sua forza, nel momento di render testimonianza in una maniera che sconcerta gli uomini.

4. È mediante la potenza di Dio che i martiri hanno riportato vittoria. Essi hanno contemplato la forza dell'amore di Dio : « Se Dio è per noi, chi sarà contro di noi?)).[8] Essi hanno fissato il loro sguardo sul sacrificio del Cristo : « Dio ... ha dato il proprio Figlio per tutti noi ; come non ci donerà ogni cosa insieme con lui? ».[9]

In una parola, essi hanno partecipato al mistero della Redenzione, che, consumato dal Cristo sul Calvario, si prolunga nel cuore degli uomini lungo il corso della loro storia. Ho recentemente invitato tutti i fedeli della Chiesa a meditare su questa sofferenza redentrice. Per i

[5] *Mt 10,* 17-22.
[6] *IUd. 10,* 22.
[7] *IUd. 10,* 19-20.
[8] *Rm* 8, 31.
[9] *IUd.* 8, 32.

martiri, la Croce di Cristo **è** stata, nello stesso tempo, la sorgente misteriosa del loro coraggio, il senso della loro prova, il modello per render testimonianza all'amore del Padre, mediante il loro sacrificio, unito a quello del Cristo, e per giungere con lui alla risurrezione.

5. La sicurezza dei martiri era così espressa dall'Autore ispirato del Libro della Sapienza: «Le anime dei giusti... sono nelle mani di Dio ... la loro fine fu ritenuta una sciagura, la loro dipartita da noi una rovina, ma essi sono nella pace. Anche se agli occhi degli uomini subiscono castighi, la loro speranza è piena di immortalità ... Dio li ha provati e li ha trovati degni di sé)).[10] Nel 1793 e 1794, per i Beati compagni di Guglielmo Repin ; nel 1855, per il Beato Giovanni Mazzucconi, coloro che li facevano morire, e un certo numero dei loro compatrioti, pensavano ad un castigo e ad un annientamento ; si credeva che le fosse in cui erano stati ammucchiati alla rinfusa sarebbero state dimenticate per sempre. Ma essi « sono nelle mani di Dio ». « Li ha graditi come un olocausto. Nel giorno del loro giudizio risplenderanno; come scintille nella stoppia correranno qua e là. Governeranno le nazioni... e il Signore regnerà per sempre su di loro».[11] La memoria della Chiesa non li ha dimenticati : molto presto sono stati venerati, si è ascoltato il loro messaggio, sono stati invocati, si **è** avuta fiducia nella loro intercessione presso Dio. Ed oggi essi risplendono, scintillano ai nostri occhi, perché la Chiesa sa che essi sono Beati, e che «vivranno presso Dio nell'amore » .[12]

6. Cette béatification sera une étape nouvelle pour nous tous, pour l'Eglise et en particulier pour les evêques, les prêtres, les religieuses et les fidèles des diocèses de l'ouest de la France auxquels ont appartenu ces bienheureux, comme pour l'Institut pontifical des Missions Etrangères, pour la cité de Lecco et tout l'archidiocèse de Milan, sans oublier la Papouasie-Nouvelle-Guinée. C'est pour tous une joie profonde de savoir auprès de Dieu ceux qui leur sont proches par le sang ou le pays, de pouvoir admirer la foi et le courage de leurs compatriotes et de leurs confrères. Mais ces martyrs nous invitent aussi à penser à la multitude dès croyants qui souffrent la persécution aujourd'hui même, à travers le monde, d'une façon cachée, lancinante, tout aussi grave, car elle comporte le manque de liberté religieuse, la discrimination, l'impossibilité

[10] **Cfr.** ***Sap*** **3, 1-9.**
[11] ***IUd.*** **3, 6-8.**
[12] **Cfr.** ***ibid.*** **3, 9.**

de se défendre, l'internement, la mort civile, comme je le disais à Lourdes au mois d'août dernier : leur épreuve a bien des points communs avec celle de nos bienheureux. Enfin, nous devons demander pour nous-mêmes le courage de la foi, de la fidélité sans faille à Jésus-Christ, à son Eglise, au temps de l'épreuve comme dans la vie quotidienne. Notre monde trop souvent indifférent ou ignorant attend des disciples du Christ un témoignage sans équivoque, qui équivaut à lui dire, comme les martyrs célébrés aujourd'hui : Jésus-Christ est vivant; la prière et l'Eucharistie nous sont essentiels pour vivre de sa vie, la dévotion à Marie nous maintient ses disciples ; notre attachement à l'Eglise ne fait qu'un avec notre foi; l'unité fraternelle est le signe par excellence des chrétiens ; la véritable justice, la pureté, l'amour, le pardon et la paix sont les fruits de l'Esprit de Jésus ; l'ardeur missionnaire fait partie de ce témoignage ; nous ne pouvons garder cachée notre lampe allumée.

7. Cette béatification a lieu au cœur de l'année jubilaire de la Rédemption. Ces martyrs illustrent la grâce de la Rédemption qu'ils ont eux-même reçue. Que toute la gloire en soit à Dieu, Père, Fils et Saint-Esprit! «Dieu nous te louons ... C'est Toi dont témoigne la lignée des martyrs ».

Loué soit Dieu de raviver ainsi l'élan de notre foi, de notre action de grâce, de notre vie ! Aujourd'hui, c'est avec le sang de nos bienheureux que sont écrites pour nous les paroles inspirées de saint Paul : «Qui nous séparera de l'amour du Christ? Ni la vie, ni la mort... ni le présent, ni l'avenir ... ni aucune autre créature, rien ne pourra nous séparer de l'amour de Dieu qui est en Jésus-Christ Notre Seigneur ! ».

Amen.

II

In Vaticana basilica habita, V ineunte saeculo ab obitu S. Casimiri, Lituaniae Patroni.*

1. « Siate santi, perché io, il Signore, Dio Vostro, sono santo » .[1]

Con queste parole della prima lettura dell'odierna liturgia, mi porto col pensiero e col cuore, insieme con voi, fratelli e sorelle, presso la tomba di San Casimiro a Vilna.

* Die 4 m. Martii a. 1984.

[1] *Lv* 19, 2.

Quest'anno si compiono cinque secoli da quando quelle reliquie, care a tutta la Chiesa, sono state deposte tra il Popolo di Dio della terra natia. Da cinque secoli San Casimiro, Patrono della Lituania, rimane in mezzo a quel Popolo, con tutta l'eredità della sua santità, rimane come testimone del mistero della Redenzione e come segno di quella speranza nella quale siamo stati salvati.[2]

Da cinque secoli egli parla ai suoi Connazionali e, insieme, fratelli e sorelle nella grazia della fede e del santo Battesimo : « Siate santi, perché io, il Signore, Dio vostro, sono santo ».

2. Ieri la Chiesa in Lituania ha dato inizio al giubileo per il 500° anniversario della morte di San Casimiro, mediante una solenne concelebrazione a Vilna dell'Episcopato lituano sulla tomba del Santo.

Desideriamo inaugurare questo giubileo anche qui, nella Basilica di San Pietro, che è il centro visibile dell'unità della Chiesa. In questo modo tutta la Chiesa universale manifesta la sua unità cattolica con la Chiesa, che in Lituania si raccoglie attorno alla tradizione cinque volte secolare di San Casimiro. Si può pure dire che tutta la Chiesa universale insieme col Vescovo di Roma, Successore di Pietro, si dirige in pellegrinaggio spirituale verso il santuario di Vilna, dove riposa il Santo Patrono della Lituània. È un pellegrinaggio di fede e di amore, che ci congiunge e unisce in Gesù Cristo, Figlio di Dio e Figlio di Maria, come figli adottivi del Padre, come testimoni della stessa Verità — la Verità che libera l'uomo nella potenza dello Spirito Consolatore.

3. Il ricordo di San Casimiro è caro ai figli e alle figlie di quella terra, che un tempo si è sviluppata sotto i Granduchi della stirpe Gediminas e sotto lo scettro degli Jaghelloni. Io stesso non posso pensare senza intima commozione del cuore al fatto che questo Santo è nato nel castello reale di Cracovia nell'anno 1458 ed è figlio del grande Casimiro Jaghellone, re di Polonia ed insieme Granduca della Lituania, e sua madre fu Elisabetta (della famiglia degli Asburgo), chiamata «madre di re».

Casimiro ereditò il nome dal padre. E fu discendente di quella grande stirpe, alla quale la Lituania deve il Battesimo nel 138$ (quindi quasi 600 anni fa).

[2] *Rm* 8, 24.

Quanto è eloquente che dall'eredità di quel Battesimo sia cresciuto in breve tempo un frutto di santità così maturo !

Quanto è eloquente che nel luogo stesso in cui gli Antenati ricevettero quello storico Battesimo — a Vilna — sia stato sepolto quasi un secolo dopo un Santo !

In lui si è riconfermata quella vocazione alla santità, che viene partecipata a tutto il Popolo di Dio, e, attraverso le generazioni, si irradia su tutti i connazionali di San Casimiro. Non mancano pure in Lituania, in Polonia ed anche tra le altre Nazioni cristiane coloro che ricevono nel santo Battesimo il nome di Casimiro, affinché sia per loro guida ed esempio sulla via della vita cristiana.

4. La vita terrena di Casimiro fu breve : 26 anni. Al tempo stesso si può dire con le parole della Scrittura che questa vita di poca durata è « giunta in breve alla perfezione » .[3]

Il metro della vita umana è infatti la maturità morale, e soprattutto il grado dell'amore di Dio e del prossimo, col quale essa riesce a colmare tutti i giorni della sua esistenza.

Ci parlano di questo le letture della Liturgia odierna : sia il Salmista, sia San Paolo nella Lettera ai Filippesi, sia infine San Giovanni nel suo vangelo.

Con certezza si può ripetere di Casimiro, della stirpe degli Jagheloni : ecco ((colui che cammina senza colpa, agisce con giustizia e parla lealmente » ,[4] indicando in questo modo la grande lealtà della sua vita. Nello spirito di questa lealtà egli non esitava nemmeno ad influire sul re suo padre come ne attestano le cronache, quando lo richiedevano le ragioni della giustizia nei confronti dei sudditi.

Casimiro fu soprattutto il discepolo e il seguace di Gesù Cristo, che potrebbe ripetere di se stesso le parole dell'Apostolo : ((Ho lasciato tutte queste cose e le considero come spazzatura, al fine di guadagnare Cristo e di essere trovato in lui » .[5] Questo grande desiderio consumava la sua anima come una fiamma interiore.

Fu come quell'« atleta » evangelico che « proteso verso il futuro, corre verso la mèta ... » .[6] Casimiro è infatti rimasto nella memoria

[3] *Sap* 4, 13.
[4] *Sal* 14 (15), 2.
[5] Fil 3. 8.9.
* Cfr. *ibid.* 3, 13-14.

dei posteri come un asceta zelante, che si accontenta di poco, ma è esigente con sé.

5. La via della Santità, con cui quell'anima giovane si avvicinò a Dio in Gesù Cristo, ebbe la sua sorgente principale nell'amore. Casimiro visse il comandamento dell'amore di Cristo come un nutrimento sostanzioso dei suoi pensieri, sentimenti ed opere. Questo ((rimanere nell'amore » lo apprese quotidianamente dal Divino Maestro, che dice : ((Come il Padre ha amato me, così anch'io ho amato voi. Rimanete nel mio amore. Se osserverete i miei comandamenti, rimarrete nel mio amore, come io ho osservato i comandamenti del Padre mio e rimango nel suo amore » .[7]

Casimiro dunque rimaneva nell'amore di Cristo, Figlio di Dio, diventando « amico)) sempre più perfetto del suo Maestro. Si consolidava pure sempre di più in quella scelta e in quella struttura consistente, di cui parla lo stesso Maestro agli apostoli : « Io ho scelto voi e vi ho costituiti perché andiate e portiate frutto e il vostro frutto rimanga; perché tutto quello che chiederete al Padre, nel mio nome, ve lo conceda » .[8]

Così, dunque, appare dinanzi a noi — in base alle letture liturgiche — Casimiro : uomo di preghiera, uomo delle opere nate dall'amore, un vero testimone del vangelo di Cristo !

6. « . . . Che vi amiate gli uni gli altri » ,[9] dice il Maestro ; e il discepolo e seguace cerca di manifestare questo amore in tutta la sua vita. Dato che è figlio del re, trova una particolare manifestazione di questo amore reciproco nel servizio umile degli altri, specialmente dei poveri, dei malati, dei bisognosi.

Ecco che cosa leggiamo a questo proposito nella descrizione della sua vita, che proviene da un autore a lui quasi contemporaneo : « Difendeva e abbracciava come sue le cause dei poveri e dei miserabili, per cui dal popolo veniva chiamato difensore dei poveri. È benché fosse figlio del re e nobile per la dignità della nascita, mai si mostrava superiore nel tratto e nella conversazione con qualsiasi persona, per quanto umile e di bassa condizione » .[10]

Sempre aveva davanti gli occhi l'immagine di Cristo, che lava i

[7] ***Gv* 15, 9-11.**
[8] ***Ibid* 15, 16.**
[9] ***Ibid.* 15, 12. 17.**
[10] ***Liturgia Horarum.***

piedi ai discepoli, e le parole : « Se dunque io, il Signore e il Maestro, ho lavato i vostri piedi, anche voi dovete lavarvi i piedi gli uni gli altri».[11]

7. E con una tale eredità della santità Casimiro, figlio del re, è rimasto tra il Popolo di Dio della sua terra, Patrono della Lituania.

E oggi dunque i nostri cuori e la nostra preghiera si rivolgono in modo particolare a quella terra e a quel Popolo. Abbracciamo con amore tutti i figli e le figlie della Lituania che — geograficamente avanzata verso Oriente — da sei secoli è legata col vincolo della fede e dell'unità cattolica, alla sede di San Pietro a Roma.

Col pensiero e con la preghiera desidero raggiungere ciascuno dei Figli e delle Figlie di quella Nazione :

Voi, carissimi Fratelli nell'episcopato che, con la sollecitudine del Buon Pastore, dovete guidare, in mezzo a tanti ostacoli, il popolo lituano sulla via della salvezza, confortati dalla luminosa, e talvolta eroica, testimonianza di fedeltà e di amore a Cristo e alla Chiesa, resa da tanti pastori d'anime della vostra patria.

Voi, sacerdoti, zelanti e fedeli « ministri di Cristo e amministratori dei misteri di Dio)) : [12] la luce della vostra fede, temprata con il fuoco di tante prove Condivise con i vostri fedeli, risplenda sempre davanti agli uomini. Ricordo con particolare affetto i sacerdoti anziani ed infermi, che lavorano instancabilmente, fino all'ultimo respiro, nella vigna del Signore.

Voi, persone consacrate a Dio mediante la professione dei consigli evangelici : con la testimonianza della vostra donazione totale a Dio e con la vita silenziosa, spesso nascosta, ma feconda di opere di carità, voi edificate il Corpo di Cristo.

Voi seminaristi : con generosità, con coraggio e con perseveranza, superando ogni difficoltà, sappiate corrispondere alla chiamata del Signore.

Abbraccio tutte le famiglie cristiane, perché in un mondo che ignora i valori religiosi, sappiano trasmettere ai figli i beni preziosi, la fede ricevuta nel battesimo, le virtù che fondano la vera dignità dell'uomo, le belle tradizioni cristiane che da secoli impregnano la cultura della nazione lituana.

» *Gv* 13, 14.

[12] *1 Cor* 4, 1.

Ricordo in particolare voi giovani, affinché seguiate l'esempio di San Casimiro nella fedeltà a Dio e nella santità di vita.

La mia e la vostra preghiera, infine, si fa implorazione per gli ammalati, per quanti sono nella prova, per tutti coloro che vivono lo spirito delle beatitudini: « Beati voi quando vi insulteranno, vi perseguiteranno e, mentendo, diranno ogni sorta di male contro di voi per causa mia. Rallegratevi ed esultate, perché grande è la vostra ricompensa nei Cieli ».[13]

8. « In tutte le nazioni della terra è radicato un solo Popolo di Dio, poiché di mezzo a tutte le stirpi egli prende i cittadini del suo Regno, non terreno ma celeste ...

In virtù di questa cattolicità, le singole parti portano i propri doni alle altri parti e a tutta la Chiesa, e così il tutto e le singole parti sono rafforzate ... ».[14]

Chiesa in terra Lituana! Oggi la sede di San Pietro celebra con gratitudine quel dono particolare, che il Popolo di Dio della tua terra ha contribuito a dare all'unità spirituale della Chiesa. Quel dono è San Casimiro!

Chiesa in terra Lituana!

Sei presente nella unità spirituale della Chiesa cattolica mediante questo dono e mediante tutta l'eredità della fede, della speranza e dell'amore che nel corso di cinque secoli — e specialmente nell'era contemporanea — si è sviluppato attorno a San Casimiro, Patrono della Lituania.

Oh Chiesa! Così vicina, e ad un tempo così lontana, sei cara a tutte le Chiese della comunità universale dell'unica Chiesa cattolica. Ed è caro quel Popolo che conserva in sé così tenacemente le reliquie e l'eredità spirituale di San Casimiro.

Inginocchiati presso le reliquie di San Casimiro, nello spirito di affidamento ci rivolgiamo alla Madre della Misericordia nella Porta dell'Aurora di Vilna, e gridiamo a Lei uniti con la stesa sollecitudine, con la stessa speranza e con lo stesso amore, che per Lei ardeva nel cuore di San Casimiro:

« Spes nostra, salve!
Ad Te clamamus!
Sub tuum praesidium confugimus, Mater Misericordiae! ».

[13] *Mt* 5, 11.
[14] *Lumen gentium,* 13.

Brangūs broliai ir sesės lietuviai !

Baigdamas noriu prabilti Į jus, tiek čia susirinkusius, tiek Lietuvoje esančius, jūsų gimtąja kalba.

Mes, čia, katalikybės centre — Romoje, minėdami šventojo Kazimiero mirties penkių šimtų metų sukaktį, dvasioje nusikeliame prie Lietuvos Globėjo karsto Vilniuje. Prieš mūsų akis iškyla šventasis jaunuolis maldos, skaistumo, iš meilės plaukiančių darbų, Kristaus Evangelijos liudijimo ir ypatingos meilės Marijai, pavyzdys. Jis yra Dievo dovana visai Bažnyčiai, bet ypatingai tautai, su kuria jis yra suaugęs, kur gyvas jo šventas palikimas.

Į Romos Bažnyčios maldas mes įjungiame Lietuvos Bažnyčią, visą mūsų šrdžiai mylimą tautą, per amžius tikėjimo vienybe ištikima Apaštalų Sostui.

Elle prend parti pour la vie, pour que celle-ci soit accueillie, respectée, défendue, promue. Elle sait bien d'ailleurs que le monde peut apprécier ce combat, puisque la vie d'un seul innocent — lors d'un rapt par exemple — soulève, à juste titre, tant de compassion et de solidarité; elle voudrait qu'on ait la même sensibilité pour les milliers d'êtres humains qui sont éliminés par l'avortement, la famine, la guerre.

L'Eglise prend parti pour ce qu'il y a d'intime et d'inviolable dans l'homme : sa conscience, sa relation avec Dieu. Elle sait qu'un régime qui prétend extirper la foi en Dieu ne pourra sauvegarder le respect de l'homme et la fraternité des hommes. Elle ne cesse d'en appeler à la liberté religieuse, comme à un droit fondamental.

Pour son compte, surtout en cette Année sainte de la Rédemption, l'Eglise prône la réconciliation, le pardon. En demandant ce pardon à Dieu lui-même, elle invite les hommes à le pratiquer entre eux. Les peuples eux-mêmes ont besoin de se réconcilier, de regarder les autres sous un jour nouveau, de surmonter les griefs usés, d'ouvrir leur porte à 1'« adversaire» sans l'humilier, de chercher à reconstruire l'unité.

L'Eglise appelle à agir par amour, par esprit de fraternité, de service, comme elle l'a appris du Christ; elle est sûre que sans ces dispositions les grands mots de paix, de justice, de solidarité risquent d'être comme des cymbales qui retentissent sans autre effet.

Et, comme je le disais au premier jour de l'an, cette fraternité se justifie en profondeur parce que nous sommes tous fils du même Père. Comment peut-on envisager une guerre, quelle qu'elle soit, entre les fils d'un même Père?

8. A cause de tout cela, l'Eglise ose parler d'espérance. Noël nous a rappelé que la naissance d'un enfant est le commencement de quelque chose de nouveau, à plus forte raison quand c'est le Fils de Dieu qui s'insère dans l'histoire humaine, non pour condamner, mais pour sauver. Jésus apporte, à nos yeux de croyants, les prémices d'une humanité nouvelle. Il fait éclater l'histoire. Chaque homme est aimé et estimé par Dieu, quel que soit son passé personnel et collectif. Il n'existe pas de situation bloquée et sans issue. Nos peurs et nos égoïsmes peuvent être dépassés en lui, le Rédempteur. Le chrétien ne croit pas à la fatalité de l'histoire. L'homme, avec la grâce de Dieu, peut changer la trajectoire du monde. Dans cette conviction prend racine le service que le Saint-Siège prête humblement, dans les limites de sa spécificité, à la société internationale.

A vrai dire, l'Eglise est très consciente que cette transformation patiente des rapports internationaux dépasse les forces humaines, étant donné le caractère limité et pécheur de l'homme. C'est pourquoi, au sein même de son action, y compris dans son action diplomatique, elle prie, elle supplie Dieu et elle invite à prier. Cette prière ne vise pas d'abord à combler un manque. A ses yeux, prier c'est essentiellement s'accorder au plus intime de soi à la volonté de Dieu, seule juste absolument; et, pour nous, c'est plus précisément nous faire disciples du Christ dans la vérité de notre être. Si les chrétiens osent parler et formuler devant toute la communauté humaine les exigences que j'ai rappelées, c'est parce qu'ils essaient d'être fidèles à la lumière inté-

rieure qu'ils reçoivent de Dieu, par le don d'amour du Christ présent dans l'histoire. Dans cet esprit, ils peuvent oeuvrer pour que le ((cœur » change dans ses zones les plus profondes. Alors naîtra et s'affermira la paix, conformément au Message que j'ai adressé à tous les responsables politiques.

Yoilà l'idéal que le Saint-Siège, au nom de l'Eglise, propose librement et souhaite partager avec vous et avec les Gouvernements du monde entier que vous représentez. Et vous, diplomates accrédités auprès du Saint-Siège, je me permets de vous inviter spécialement à en être les témoins, personnellement et comme Corps diplomatique appelé à une représentation unique en son genre.

Excellences, Mesdames, Messieurs, c'est sur ces paroles d'espérance que je vous redis mes vœux fervents. Que le Seigneur, l'auteur de tout bien, vous comble de ses bénédictions, vous et tous ceux qui vous sont chers !

VI

Ad **eos qui plenario coetui Pontificii Consilii pro hominum cultura interfuerunt coram admissos.***

Chers Frères dans V'épiscopat, chers amis,

Je vous souhaite la plus cordiale bienvenue, heureux de vous retrouver au cours de votre réunion annuelle à Eome, pour un temps privilégié de réflexion et d'orientation, en communion avec le Pape. A travers vos personnes, ce sont les hommes de culture des différents continents que je salue avec respect. Vous savez l'importance vitale que j'attache au devenir des cultures de notre temps, et à leur rencontre féconde avec la Parole salvifique du Christ libérateur, source de grâces aussi pour les cultures.

1. Durant ces journées de travail, vous faites le point sur les activités du Conseil pontifical pour la Culture, afin de réfléchir à son action future, à partir d'un regard chrétien sur les cultures vers la fin du xxème siècle.

Je souhaite à ce Conseil, dernier né des organismes de la Curie romaine, d'assumer progressivement son rôle propre, et je vous remercie de tout ce que vous avez accompli depuis la fondation en mai

*** Die 16 m. Ianuarii a. 1984.**

1982. Je remercie notamment le Cardinal Gabriel Garrone, Président •du Comité de Présidence, le Cardinal Eugenio Sales, Mgr Paul Poupard, Président du Comité exécutif, Mgr Antonio Javierre Ortas, Conseiller, le Père Hervé Carrier, Secrétaire, et leurs collaborateurs, qui se dévouent tous à leurs premières tâches d'exploration et de réalisation, et les membres distingués du Conseil international, dont le concours qualifié est et sera très précieux.

Déjà le Saint-Siège et l'Eglise, grâce aux Universités et Académies ecclésiastiques, aux commissions spécialisées, aux bibliothèques et archives, ont toujours apporté au monde une contribution de première valeur, au plan de l'éducation, de l'enseignement et de la recherche, des sciences et des arts sacrés. Divers organismes de la Curie y collaborent et il est certainement souhaitable que leur action se développe encore, en réponse aux exigences du monde contemporain, et surtout qu'elle soit mieux harmonisée et connue. Votre Conseil a sa part originale dans cette activité et cette coopération.

2. Votre rôle est surtout de nouer des relations avec le monde de la culture, dans l'Eglise et en dehors des institutions ecclesiales, avec les evêques, les religieux, les laïcs engagés en ce domaine ou délégués des associations culturelles officielles ou privées, les universitaires, les -chercheurs et artistes, tous ceux qui sont intéressés à approfondir les problèmes culturels de notre temps. En lien avec les Eglises locales, vous contribuez à ce que ces représentants qualifiés fassent connaître *à* l'Eglise le fruit de leurs expériences, recherches et réalisations au bénéfice de la culture — que l'Eglise ne saurait ignorer dans son dialogue pastoral et qui sont une source d'enrichissement humain — et aussi qu'ils reçoivent à ce sujet le témoignage des chrétiens.

3. On pense naturellement aux Organisations internationales telles que l'UNESCO et le Conseil de l'Europe, dont les activités spécifiques veulent être au service de la culture et de l'éducation. Votre Conseil peut contribuer — comme cela s'est déjà fait — à renforcer la collaboration qui convient avec de tels organismes, qui sont déjà en relation avec le Saint-Siège.

Vous êtes également bien placés pour participer, avec d'autres représentants du Saint-Siège et de l'Eglise, aux Congrès importants qui traitent des problèmes de la culture et des sciences de l'homme. En de tels domaines, la présence de l'Eglise, dans la mesure où elle est

invitée, est particulièrement significative et source d'un grand enrichissement pour le monde comme pour elle-même, et il importe qu'elle y consacre tous ses soins.

4. L'activité habituelle du Conseil est aussi l'étude approfondie de grandes questions culturelles où la foi est interpellée et l'Eglise particulièrement impliquée. C'est là un service appréciable du Pape, du Saint-Siège et de l'Eglise. La collection « Cultures et dialogue » — dont on connaît déjà le premier et intéressant volume sur le cas Galilée — pourra utilement y contribuer, ainsi que diverses réalisations que vous prévoyez pour le dialogue entre l'Evangile et les cultures.

5. Pour la poursuite de vos projets, il est bon de vous adresser — comme vous en avez le souci — aux Conférences episcopales, afin de recueillir de leur part les initiatives qui traduisent en pratique, dans leurs milieux, les objectifs du Concile Vatican II et particulièrement de la Constitution pastorale *Gaudium et spes* sur la culture. Mieux connaître comment les Eglises locales saisissent les évolutions des mentalités et des cultures dans leurs pays aidera à mieux orienter leur action évangélisatrice. Des expériences pastorales intéressantes ont été tentées en ce domaine depuis le Concile, qui permettent aux Eglises locales d'affronter, à la lumière de l'Evangile, les problèmes complexes posés par l'émergence des nouvelles cultures, et les défis de l'inculturation, les nouveaux courants de pensée, la rencontre parfois conflictuelle des cultures et la recherche loyale du dialogue entre elles et l'Eglise.

Certains épiscopats ont déjà créé une Commission compétente pour la culture. Quelques diocèses ont nommé un responsable, parfois un évêque auxiliaire, chargé des problèmes nouveaux que pose une pastorale moderne de la culture. C'est cette solution que j'ai cru bon d'instituer moi-même, vous le savez, pour le diocèse de Rome.

Il sera précieux de faire connaître les résultats que ces initiatives ont obtenus, suscitant ainsi un utile échange d'information et une saine émulation.

6. A bon droit aussi, vous cherchez à collaborer avec les Organisations internationales catholiques. Plusieurs de ces Organisations sont particulièrement intéressées aux problèmes de la culture, et ont déjà souhaité cette coopération avec vous. Les O.I.C. sont aux avant-postes dans

l'action que mènent les catholiques pour la promotion de la culture, de l'éducation, du dialogue interculturel. C'est pourquoi je me réjouis de l'attention portée par votre Conseil à ce secteur important, en collaboration avec le Conseil pontifical pour les Laïcs qui a compétence poursuivre, en général, l'apostolat des Organisations internationales catholiques.

7. D'autre part, beaucoup de religieux et de religieuses déploient dans le domaine de la culture une action importante. Plusieurs Instituts religieux consacrés à l'œuvre de l'éducation et au progrès culturel, à la compréhension et à l'évangélisation des cultures, ont manifesté leur désir de participer activement à la mission du Conseil pontifical pour la Culture, afin de chercher ensemble, dans un esprit de fraternelle collaboration, les voies les meilleures pour promouvoir les objectifs du Concile Vatican II en ces vastes domaines. En liaison avec la Congrégation pour les Religieux et les Instituts séculiers, votre Conseil pourra contribuer à aider ces religieux et ces religieuses dans le travail spécifique d'évangélisation dont ils sont chargés pour la promotion culturelle de l'être humain.

8. A travers ces quelques paroles, on saisira facilement l'importance et l'urgence de la mission confiée au Conseil pontifical pour la Culture, mission qui s'insère à sa place — et sous un angle spécifique — dans celle des organismes du Saint-Siège et dans celle de toute l'Eglise, responsable de porter la Bonne Nouvelle à des hommes très marqués, par le progrès culturel mais aussi par ses limites. Plus que jamais, en effet, l'homme est gravement menacé par l'anti-culture, qui se révèle entre autres dans la violence croissante, les affrontements meurtriers,, l'exploitation des instincts et des intérêts égoïstes. En travaillant au progrès de la culture, l'Eglise cherche, sans relâche, à faire que la. sagesse collective l'emporte sur les intérêts qui divisent. Il faut permettre à nos générations de construire une culture de la paix. Puissent nos contemporains retrouver le goût et l'estime de la culture, véritable victoire de la raison, de la compréhension fraternelle, du respect sacré pour l'homme, qui est capable d'amour, de créativité, de contemplation, de solidarité, de transcendance !

En cette Année jubilaire de la Rédemption qui m'a déjà donné le privilège d'accueillir le pèlerinage fervent de nombreux hommes et

femmes de culture, j'implore les bénédictions du Seigneur sur votre tâche difficile et passionnante. Que le message de réconciliation, de libération et d'amour, puisé aux sources vives de l'Evangile, purifie et illumine les cultures de nos contemporains en quête d'espoir !

VII

Ad Exc.mum Virum Mauritium Ansgarium St. John, Trinitatis et Tobagi apud Sedem Apostolicam Legatum constitutum.*

Mr Ambassador,

As you présent the Letters accrediting you as the Ambassador Éxtraordinary and Plenipotentiary of the Republic of Trinidad and Tobago, it is my pleasure to welcome you to the Vatican and to thank you for the good wishes you have conveyed f rom His Excellency the President and from the Prime Minister. I ask that you kindly extend my wärmest greetings to them and assure them of my prayers for all the people of your nation.

You come as the first Ambassador of your country to the Holy See. For this reason today is a particularly happy one for us, for it marks the beginning of closer collaboration while it is a sign of the good relations which we already enjoy. You have made référence, Your Excellency, to the defence of human rights and to the promotion of justice, peace and fraternal collaboration. Common efforts taken to achieve thèse goals are indeed of great importance for peoples of every nation and for the international community as a whole. In this, diplomatie relations between countries have a special role to play, the role of fostering dialogue and of seeking to forge ever stronger bonds of understanding and trust.

I am pleased that you have referred to the significant contribution which the Church in Trinidad and Tobago has made to the educational, social and cultural development of the nation. The Church always seeks to cooperate with men and women of good will in whatever €ontributes to integrai human development and the betterment of society. Such coopération is facilitated by countries, such as yours, which provide in their Constitutions for freedom of conscience and of religious belief and observance. And I would assure you that the Oatholic Church in Trinidad and Tobago wishes to continue to col-

* Die 20 m. Ianuarii a. 1984.

labórate in these worthy endeavours while, at the same time, she pursues her primary mission of proclaiming the saving message of Jesus Christ.

Mr Ambassador, as you assume your diplomatie functions, I promise you the full coopération of the Holy See for the successful accomplishment of your mission. I ask Almighty God to grant you health and happiness in your work and to bless ali the people of your country with pròsperity and enduring peace.

VIII

Ad episcopos Orae Divitis occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.*

Queridos Hermanos en el episcopado:

1. A sólo meses de mi viaje apostólico a América Central y de mi inolvidable permanencia en Costa Rica, siento profunda alegría al acogeros hoy fraternalmente en esta Roma de Pedro y Pablo, a la que habéis venido para realizar vuestra visita *ad Limina.*

¿Cómo no recordar en este instante mi gratísimo encuentro con aquellas entusiastas multitudes costarricenses en el Parque Metropolitano de La Sabana, y con la infancia que sufre, en el Hospital Nacional de Niños? Inolvidable también mi encuentro con las almas consagradas en la Catedral Metropolitana, con los miles de jóvenes que me acogieron en el Estadio Nacional, así como con los Jueces de la Corte Interamericana de Derechos Humanos y con las Autoridades Supremas de vuestra nación. No olvido estos y otros momentos, cuyo recuerdo sigue muy vivo.

Por eso os pido desde ahora que llevéis a todos vuestros compatriotas mi cordial saludo; sed portadores también de mi bendición y decidles que el Papa no los olvida y eleva a Dios sus plegarias, para que la fe ilumine cada paso de su peregrinación terrena, para que el amor los haga ser y sentirse siempre hermanos, y para que la paz prevalezca siempre de uno a otro confín de vuestra Patria.

Reunidos en torno al Sucesor de Pedro, sobre quien Cristo edificó su Iglesia y a quien encomendó la misión de confirmar a sus Hermanos, sé que esperáis una palabra mía sobre la vida eclesial en vuestras diócesis, que en fraterna comunión conmigo apacentáis en nombre de

*** Die 26 m. Ianuarii a. 1984.**

Cristo, con la preciosa colaboración de vuestros sacerdotes, religiosos, religiosas y laicos comprometidos en el apostolado.

2. El primer tema sobre el que deseo reflexionar con vosotros es <il de las vocaciones. Compartiendo la preocupación de los Episcopados de América Latina ante la crónica escasez de vocaciones, he insistido con frecuencia en que hay que esforzarse para que toda comunidad eclesial suscite sus propias vocaciones, incluso como señal de su vitalidad y madurez.

Con vosotros, amados Obispos de Costa Eica, doy gracias a Dios por las numerosas vocaciones sacerdotales y religiosas con las que está bendiciendo la plegaria que por ellas elevan tantas almas escogidas, y debidas también a la generosa labor de quienes se dedican a la pastoral vocacional. Sé con gran alegría que el Seminario Central de San José ha estado totalmente lleno durante los últimos años y que para el nuevo curso más de cien jóvenes, debidamente seleccionados, han mostrado voluntad de ingresar en el Seminario Mayor.

Pero me duele mucho que por falta absoluta de espacio, casi la mitad de ellos no puedan ser admitidos. Os insto pues en nombre de la Iglesia a buscar soluciones apropiadas, para que no se malogren esas valiosas vocaciones. No hay que ahorrar esfuerzos, de modo que esos jóvenes, una vez preparados convenientemente al sacerdocio, puedan servir en otras diócesis del País, de Centroamérica, o del continente americano donde escaseen los obreros evangélicos. Una adecuada distribución del clero es un verdadero deber eclesial al que no podéis sustraeros, incluso dentro de vuestras fronteras.

Velad asimismo con diligencia, para que la formación sacerdotal que se imparta, tanto en el Seminario Central como en el Instituto Teológico de América Central Intercongregacional, donde se forma el clero religioso, se ajuste en todo al Magisterio de la Iglesia y a las normas emanadas de la Santa Sede y de vuestra Conferencia Episcopal. Buscad, a tal fin, la colaboración sincera de las Familias religiosas.

Quiero en este sentido expresaros mi profunda complacencia por la esmerada formación que desde hace algunos años vais dando, tanto aquí en Roma como en otros lugares, a los sacerdotes a quienes tenéis confiada la grave responsabilidad de preparar las nuevas generaciones sacerdotales. Pido a Dios que os ayude para ir siempre adelante con esta valiosa iniciativa.

Y por vuestro medio deseo hacer llegar mi aliento y gratitud a los

queridos formadores dei Seminario Central, a las religiosas y a cuantos generosamente consagran su vida a garantizar la buena marcha de tan importante institución eclesial. Dios bendiga igualmente a cuantos, con encomiable espíritu, trabajan por la promoción de las vocaciones diocesanas y religiosas, a los organismos internacionales de ayuda y a cuantos sostienen la labor de formación de los futuros ministros de la Iglesia.

3. Mi atención se dirige también al importantísimo campo de la familia. En efecto, en su designio providencial Dios quiso hacer de la familia el primer «mundo» del hombre, el ambiente más propicio para que él nazca, crezca y busque su pleno desarrollo. Tanto vale la familia que cuando el Hijo, Verbo del Padre, asume nuestra naturaleza humana, lo hace en el seno de la Sagrada Familia. El más reciente Concilio llama al núcleo familiar « Iglesia doméstica », * mientras Medellín resume el papel de la familia en ser «formadora de personas, educadora de la fe y promotora del desarrollo » . [2] Puebla, por su parte, afirma que la familia es fruto de « una alianza de personas a la que se llega por vocación amorosa del Padre » . [3] Por ello yo mismo dije que « Dios, en su misterio más íntimo, no es una soledad, sino una familia » . [4]

Sé que hasta ahora el pueblo costarricense ha tenido siempre profunda estima por la familia cimentada en el sacramento del matrimonio. Pero sé también de los graves peligros que la vienen amenazando en tiempos más recientes, como el aumento de las uniones libres o familias incompletas, el creciente número de divorcios, las sistemáticas campañas antinatalistas, los tímidos pero bien calculados intentos de adormecer las conciencias, para que acepten el aborto o proyectos de ley encaminados a justificar la esterilización en condiciones que resultan inadmisibles para la Iglesia y para la conciencia cristiana.

Corresponde a vosotros, como Pastores, hacer comprender a todos el valor inmenso que para la Iglesia y la sociedad representa la familia, y defenderla con valentía —como sé estáis haciendo— frente a cuanto debilite o amenace sus valores fundamentales.

Velad diligentemente para que por medio de la catequesis, la enseñanza religiosa, los cursos prematrimoniales, la literatura apro-

[1] *Lumen Gentium,* 11.

[2] Cfr. Medellín, Documento sobre la Familia y Demografía.

[3] Puebla, 582.

[4] Homilía en Puebla de los Angeles, 28.1.1979, 2.

piada y la acción desplegada a través de los medios de comunicación social, se mantenga o recobre la estima y aprecio por la familia cristiana.

Mucho ha de contribuir también a este importante objetivo la pastoral familiar llevada a cabo por vuestros sacerdotes y por los movimientos de apostolado familiar, a los que gustosamente expreso mi apoyo y gratitud, alentándolos a continuar sin desmayo en tan fecunda tarea.

4. La juventud, porción mayoritaria del continente latinoamericano, y que adquiere cada vez mayor importancia en la vida y misión de la Iglesia, es otro campo de opción prioritaria en la tarea apostólica.

El llamado de Puebla a la evangelización presente y futura de América Latina, continente de la esperanza del cual formáis parte, requiere la acción evangelizadora de los jóvenes, sobre todo entre los de su misma edad y condición.

Procurad, pues, que a ellos se imparta una sólida formación cristiana en las instituciones educativas —desde la escuela hasta la universidad— a donde concurren. Que sean tomados muy en cuenta a la hora de elaborar y ejecutar los planes pastorales de conjunto y en cada diócesis, y que los movimientos apostólicos juveniles cuenten con suficientes y bien cualificados asesores, imbuidos de pleno espíritu eclesial.

El compromiso por la justicia adquiere una dramática urgencia dentro de la actual coyuntura de Oentroamérica y se convierte para aquellos sufridos pueblos en signo de credibilidad de la Iglesia. Por ello es de vital importancia que a su defensa y promoción se incorporen también los jóvenes cristianos, con criterios inequívocamente evangélicos, tal como son recogidos en la Doctrina social de la Iglesia. Podrán así defenderse de la fascinación de las ideologías, a las cuales, como ya manifesté en Puebla, el cristiano no tiene necesidad de recurrir para « amar, defender y colaborar en la liberación del hombre » .[5]

Preocupados también con toda la Iglesia por el grave deterioro personal y social que para la juventud representa la pérdida de los valores morales, llamadlos insistentemente a la integridad de vida, a la moralidad en sus costumbres y a hacer de Cristo, el eternamente joven, su más perfecto modelo. El será quien les dará fuerzas y entusiasmo para « renovar las culturas que, de otra manera, envejecerían » .[6]

[5] Discurso inaugural de la Tercera Conferencia General del Episcopado Latinoamericano, 28.1.1979, III, 2.

[6] Puebla, 1169.

5. Otro punto de no poco interés en vuestro servicio eclesial es el que se refiere a la opción por los pobres. En efecto, desde el principio la Iglesia se ha preocupado por los pobres desde una doble perspectiva: la del amor y la de la justicia.

Por amor a los pobres, los apóstoles ordenaron ya a los diáconos,[7] para que atendieran solícitamente las necesidades de aquellos. Desde entonces, y siguiendo su ejemplo, millones de hijos e hijas de la Iglesia han consagrado su vida a cuidar de los huérfanos y las viudas, de los enfermos y ancianos, de los abandonados, de los encarcelados, refugiados, de los que necesitaban instrucción humana y religiosa, de cuantos son en el mundo imagen de Cristo que sufre.

Por sentido de justicia, la Iglesia ha denunciado y denuncia la explotación o atropello del hombre, imagen de Dios; y mediante su llamado universal a la conversión y la reconciliación trata de forjar, en cuanto puede, un mundo más justo, fraterno y humano para todos. Ella es consciente de que la preocupación por los pobres es un aspecto esencial de la misión de la Iglesia, por lo que nadie puede eximirse de tal responsabilidad sin faltar a su deber.

¿Por qué, pues, la solicitud por los pobres provoca a veces tensiones entre cristianos, lesionando hasta gravemente la unidad y comunión eclesial? Motivaciones diversas para actuar en favor del pobre son las que explican ese lamentable y peligroso fenómeno. Porque mientras unos quieren hacerlo movidos a veces por razones de equívoca implicación política y hasta ideológica, otros lo hacen partiendo del ejemplo y la enseñanza de Jesús, iluminados por la Doctrina social de la Iglesia, para dar soluciones concretas a los problemas y necesidades de las personas, grupos y sectores menos favorecidos.

Por parte vuestra, instad a vuestros sacerdotes, religiosos y laicos a comprometerse de esta manera evangélica y eclesial con los pobres. Será así como el amor de Cristo se hará vivo y operante entre ellos; y la común solicitud por los desprotegidos, lejos de debilitar la unidad eclesial, la fortalecerá cada vez más.

No es superfluo insistir nuevamente en que la opción por los pobres es una opción preferencial, no exclusiva ni excluyente, ya que la Iglesia, consciente de que Dios « quiere que todos los hombres se salven y lleguen a conocimiento de la verdad »,[8] no puede excluir de su solicitud a ninguno de sus hijos ni a ninguno de los hombres.

[7] Cfr. *Act* 6, 1-7.
[8] *1 Tim 2, 4.*

6. En esa perspectiva queda abierto un amplio campo a la acción de vuestros mejores laicos. Os aliento, por ello, a incorporarlos cada vez más a la estimulante tarea de la evangelización integral. A ellos principalmente corresponde transformar las estructuras temporales según el plan de Dios, imbuir de espíritu evangélico la conducción política global de la sociedad e inyectar en las venas del mundo la savia vital del Evangelio.

Vuestros sacerdotes han de suscitar esa colaboración de los fieles, formando esmeradamente sus conciencias, alentando sus esfuerzos y nutriéndolos con el Pan de Vida, la Eucaristía. La vitalidad nueva que ello comunicará a sus parroquias, irradiándose a toda la diócesis, será la mejor recompensa a sus esfuerzos.

Que todos los movimientos apostólicos laicales de vuestras diócesis, —en particular los delegados de la palabra y catequistas en algunas de ellas— cuya entrega conozco y bendigo, encuentren siempre en los ministros sagrados aliento y orientación. Será la mejor manera de agradecer al Señor los diversos carismas que, por la acción de su Espíritu y para edificación del Pueblo de Dios, concede hoy y siempre a; su Iglesia.

7. Queridos Hermanos : Antes de concluir, deseo poner de relieve, con verdadera satisfacción, el amor a la paz tan arraigado en vuestro pueblo, y que lo ha llevado a privarse constitucionalmente de la existencia del ejército como institución permanente en el País. Muy significativa es también la decisión de Costa Rica de mantenerse neutral frente a los graves conflictos existentes en el área centroamericana.

Quiera Dios que el hermoso ejemplo de vuestra pacífica nación contribuya a que la paz, supremo anhelo de los queridos pueblos centroamericanos, llegue a hacer realidad las profundas aspiraciones de tantos que hoy sufren, como víctimas inocentes, los horrores de la guerra, del odio y de la violencia.

A la Virgen María Reina de los Angeles, Patrona de vuestra Patria, encomiendo esta intención junto con todos vuestros desvelos y esperanzas pastorales, mientras a vosotros, a las Autoridades y a todos vuestros diocesanos imparto con afecto mi Bendición Apostólica.

ACTA SS. CONGREGATIONUM
SS.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 9 Aprilis 1984- — Titulari episcopali Ecclesiae Cissitanae Exc.mum P. D. Salvatorem Di Salvo, hactenus Episcopum Nicosiensem.

die 11 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Iacksonensi, Exc.mum P. D. Villelmum Houck, hactenus Episcopum tit. Alexanensem.

— Cathedrali Ecclesiae Scrantonensi, Exc.mum P. D. Iacobum Timlin, hactenus Episcopum tit. Gunugitanum.

die 20 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Francisci de Macoris Exc.mum P. D. Salvatorem Mariam de Iesu Moya, hactenus Episcopum titularem Maxitensem et Auxiliarem dioecesis Sancti Iacobi Equitum.

die 25 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Catulensi, R. D. *J.* Kendrick Williams, e clero archidioecesis Ludovicopolitanae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Villelmi Hughes, Episcopi Covingtonensis.

— Cathedrali Ecclesiae Ianuariensi R. P. Anselmum Müller, Congregationis Missionariorum a Sacra Familia sodalem.

—-CathedraliEccTesiae Macapensi R. D. Aloisium Soares Vieira, Vicarium Generalem Apucaranensis dioecesis.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

ANDEGAVEN.

Canonizationis Servorum Dei Guillelmi Repin et XCVIII Sociorum, in odium Fidei, uti fertur, annis 1793-1794 interfectorum.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Sicut Magister ita et Apostoli auctoritatem legitimam civilem agnoverunt: "Non est enim potestas nisi a Deo", docet Apostolus, qui exinde iubet : "Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit... qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit" *(Rom* 13, 1-2). Simul autem non timuerunt contradicere potestati publicae se sanctae Dei voluntati opponenti : "Oboedire oportet Deo magis quam hominibus" *(Act* 5, 29). Hanc viam secuti sunt innumeri martyres et fideles per saecula et per orbem » (Conc. Vat. II, Decl. de Libertate religiosa *Dignitatis humanae,* n. 11).

Porro, in huiusmodi numerum Fidei testium referendi sunt ingens illorum multitudo, qui in Gallia sub finem decimi octavi saeculi supplicio affecti sunt, cum noluissent improbatum a Pio Papa VI iusiurandum dare et a Catholicae religionis institutis desciscere. Eorum plurimis Beatorum Caelitum honores a Romanis Pontificibus iam, servatis de iure servandis, decreti sunt. Etenim, « . . . martyres Christi, qui sui sanguinis effusione supremum fidei et caritatis testimonium dederunt, in Christo arctius nobis coniunctos esse Ecclesia semper credidit, eos simul cum Beata Virgine Maria et sanctis Angelis peculiari affectu venerata est, eorumque intercessionis auxilium pie implorat » (Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* n. 50).

Agitur nunc de nonaginta et novem Christi athletis qui, ex amplius duabus milibus victimis illius tempestatis a *Terrore* appellatae Andegavi, in urbe capite Vandeae in Gallia, sive Guillotiniana machina sive plumbeis glandibus annis 1793-1794 necati fuerunt. Quos inter

duodecim erant sacerdotes, tres religiosae, quattuor viri laici atque octoginta mulieres; quorum nomina sunt haec, quae sequuntur. *Sacerdotes:* 1. Repin Guillelmus; 2. Bâtard Laurentius; 3. Chartier Franciscus Ludovicus; 4. Fardeau Andrea; 5. Laigneau de Langellerie Iacobus; 6. Langevin Ioannes Michael; 7. Ledoyen Iacobus; 8. Lego Ioannes Baptista; 9. Lego Renatus; 10. Moreau Iosephus; 11. Peltier Franciscus; 12. Tessier Petrus. *Religiosae:* 13. Baumgarten Odilia; 14. du Verdier de la Sorinière Rosalia; 15. Vaillot Maria Anna. *Tiri laici:* 16. Delépine Petrus; 17. Fournier Antonius; 18. Frémond Petrus; 19. Ménard Ioannes. *Mulieres:* 20. Androuin Gabriela; 21. Androuin Petrina; 22. Androuin Susanna; 23. Bauduceau Victoria nupta Réveillère ; 24. Bellanger Francisca ; 25. Bessay de la Voûte Ludovica ; 26. Besson Petrina; 27. Blond Magdalena; 28. Bonneau Francisca; 29. Bourgeais Renata vidua Juret : 30. Bourigault Ioanna ; 31. Bourigault Petrina ; 32. Cady Magdalena ; 33. Cailleau Renata nupta Girault; 34. Cassin Maria; 35. Chauvigné Maria Ioanna nupta Rorteau; 36. Chauvigné Simona nupta Charbonneau ; 37. Cottenceau Catharina ; 38. Davy Carola; 39. Dean de Luigné Ludovica Amata; 40. de la Dive Maria vidua du Verdier; 41. de Villeneuve Anna Francisca; 42. du Verdier de la Sorinière Catharina ; 43. du Verdier de la Sorinière Maria Ludovica ; 44. Fasseuse Maria ; 45. Feillatreau Renata Maria vidua Dumont ; 46. Forestier Maria ; 47. Fouchard Ioanna vidua Chalonneau ; 48. Gallard Maria nupta Qiieson ; 49. Gasnier Maria nupta Mercier ; 50. Gingueneau Maria vidua Couffard ; 51. Gourdon Ioanna vidua Moreau; 52. Grillard Maria; 53. Grillard Renata; 54. Grille Petrina; 55. Gruget Ioanna vidua Doly; 56. Gusteau Victoria; 57. Hacher du Bois Maria Anna; 58. Hmard Anna; 59. Lardeux Maria; 60. Laurent Petrina ; 61. Ledoyen Petrina ; 62. Leduc Ioanna Maria nupta Paquier ; 63. Lenée Maria nupta Lepage Varancé ; 64. Leroy Maria nupta Brevet ; 65. Leroy Maria ; 66. Lucas Carola ; 67. Martin Renata nupta L. Martin ; 68. Maugrain Anna; 69. Michau Francisca; 70. Micheneau Francisca vidua Gillot ; 71. Monnier lacobina ; 72. Onillon Ioanna vidua L. Onillon ; 73. Pagis Francisca nupta Roulleau ; 74. Perrotin Magdalena vidua Rousseau ; 75. Phélyppeaux Petrina nupta Sailland ; 76. Pichery Maria vidua Delahaye; 77. Pichery Monica; 78. Piou Maria nupta Supiot; 79. Poirier Ludovica nupta Barré; 80. Potier Petrina Renata vidua Turpault ; 81. Poulain de la Forestrie Maria Genovefa ; 82. Poulain de la Forestrie Martha; 83. Pricet Felicitas; 84. Quenion Rosa; 85. Rallier de la Tertinière Ludovica vidua Dean de Luigné; 86. Ri-

gault Renata nupta Papin ; 87. Rivière Margarita nupta Huau ; 88. Robin Margarita; 89. Rochard Maria; 90. Roger Maria vidua Chartier; 91. Rouault Maria vidua Bouju ; 92. Sailland d'Epinatz Ioanna Maria ; 93. Sailland d'Epinatz Magdalena; 94. Sailland d'Epinatz Petrina Ioanna; 95. Sallé Magdalena; 96. Seichet Renata vidua Dacy; 97. Suhard Francisca vidua Ménard ; 98. Thomas Ioanna vidua Delaunay ; et 99. Valin Renata.

Cunctos istos, viros ac mulieres, ex Andegavensi dioecesi oriundos, statim post violentam mortem cives coaevi, et deinde posteri quoque, tamquam *martyres* habuerunt et appellaverunt atque apud Deum intercessores invocaverunt. Hinc in dies percrebrescente martyrii fama, quam Deus supernis signis confirmare visus est, Causa de Beatorum Caelitum honoribus ipsis decernendis est inchoata. Instructae sunt igitur, aa. 1910-1919, canonicae inquisitiones in Curia episcopali Andegavensi super fama martyrii eiusque causa eorumdem Servorum Dei; et anno 1921 adornatus est ibidem processus super cultu publico iisdem non praestito. Quae inquisitiones absolutae ad Sacram tunc Rituum Congregationem transmissae sunt; quae Congregatio, attenta non reperitione scriptorum Famulis Dei tributorum, edixit die 25 mensis Iulii a. 1951 nihil obstare Causae progressioni.

Cum vero in processu dioecesano probationes collectae fuissent per solos testes traditionis et per scripta documenta, Causa ipsa fuit commissa studio Sectionis, quae vocabatur, historicae praedictae Sacrae Rituum Congregationis. Quae, documentis et monumentis historicis undique collectis criticeque excussis, amplam *Positionem* super introductione Causae et super martyrio Servorum Dei Guillelmi Repin et XCVIII Sociorum ex officio concinnavit et in vulgus anno 1969 edidit, quae quidem favorabilia nacta est Consultorum historiae peritorum suffragia. Quibus omnibus peractis, aliisque de iure servandis servatis, Causa ipsa introducta est apud S. Congregationem pro Causis Sanctorum interea instauratam, Paulo Papa VI probante, die 13 Novembris anno 1976.

Agitata postmodum est apud hanc Sacram Congregationem quaestio de eorundem Servorum Dei martyrio atque martyrii causa, deque signis seu miraculis, et quidem primum, die 6 mensis Aprilis anni 1982, in Congressu, qui dicitur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum ; dein, die 22 Martii a. 1983, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Exc.mo ac Rev.mo

Domino Antonio Mauro, Archiepiscopo tit. Thagasten. Porro, in utroque Coetu dubio *An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur* affirmativae sunt responsiones prolatae.

De hisce omnibus facta est per subscriptum Cardinalem Praefectum Summo Pontifici Ioanni Paulo II fideli relatione; qui, attentis suffragiis Sacrae Congregationis, mandavit ut Decretum appararetur super martyrio Servorum Dei.

Quod cum rite esset factum, hodierno die, accitis Cardinali infrascripto Praefecto atque Exc.mo Domino Antonio Mauro, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter edixit : *Ita constare de martyrio et de causa martyrii Servorum Dei Guillelmi Repin et XCVIII Sociorum ut, concessa a signis seu miraculis ad normam can. 2116 § 2 Codicis Iuris Canonici omnique alia opportuna dispensatione, procedi possit ad ulteriora in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgum edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Iunii, anno Iubileo Redemptionis 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. & S.

& Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

TREVIREN.

Canonizationis Servi Dei Petri Friedhofen, Fundatoris Congregationis Fratrum Misericordiae a Maria Auxiliatrice.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis » *{Mt* 11,

."25). Divina haec et suavissima verba Domini Iesu, Magistri «mitis et humilis corde» *(Mt* 11, 29), laetum spei nuntium afferunt iis omnibus, qui iter angustum conficiunt humilitatis, paupertatis, simplicitatis evangelicae; eadem homines nostrae aetatis admonent, qui non Taro dominium et prosperos rerum eventus aventes, et divitiarum, scientiae, artis nimio amore illecti, obliti sunt quae stulta sunt Deum elegisse, ut confundat sapientes, et infirma mundi elegisse Deum ut confundat fortia, et ignobilia mundi et contemptibilia elegisse Deum, quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu Dei (cfr. *1 Cor* 1, 27-29).

Re vera mira et duo fere milia annorum longa Ecclesiae historia ostendit permultos, qui divina gratia impulsi, libere et laetanti animo statuerunt Christum sequi pauperem et humilem, agnoscentes eum esse « Stellam splendidam matutinam » *(Ap* 22, 16), margaritam pretiosissimam, thesaurum absconditum, panem vitae, fontem, semper salientem, mirificae et summae sapientiae. Hi, cum Regnum Dei recepissent velut parvuli (cfr. *Me* 10, 15) et simplicitate columbarum (cfr. *Mt* 10, 16), cumque coram hominibus bonum testimonium Christi Salvatoris dedissent, per omnia saecula « cantabunt vias Domini, quoniam magna est gloria Domini» *(Ps* 137, 5). Non aliter locuta est initio redemptionis nostrae Virgo Maria, Mater Dei et Ecclesiae imago atque primitiae, quae cecinit: « Magnificat anima mea Dominum et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo, quia respexit humilitatem ancillae suae» *(Lc* 1, 46-49).

Hae meditationes utiles nobis esse videntur et peropportunae ad describendam et intellegendam terrenam sortem et spiritualem vicem Servi Dei Petri Friedhofen, qui primum purgator caminorum fuit in regione Germanica Rhenaniae, deinde institutor Congregationis Fratrum Misericordiae a Maria Auxiliatrice.

Is virum simplicem repraesentat, non solum quia humili loco natus est humileque exercuit artificium atque altioris doctrinae fuit expers; sed simplex fuit pro evangelica significatione; verus pauper spiritu, studiosus ante omnia, quin etiam solummodo Regni Dei et iustitiae eius, fidens cetera omnia sibi adiectum iri. Apertus et obsequens verbo Dei, hoc ad litteram acceptum nisus est in vita sua perficere, sine intermissione postulans caelestem sapientiam; intus ductus a Spiritu, inde ab initio Operis sui ostendit se spiritu Beatitudinum esse imbutum. Stella, qua illuminante iter perfectionis confecit, fuit dilectissima Mater Maria, ad quam in qualibet necessitate

confugiebat, certus se exauditum iri. Sed persuasum sibi habuit nonnisi auctoritatis ecclesiasticae obsequio se posse tutum esse a periculo deerrandi; quam ob rem ea oboedientia praeceptis superiorum semper obtemperavit, quae una fuit ex eius virtutibus distinctissimis. Hac tamen absoluta oboedientia non est in sua navitate impeditus : summa cum simplicitate et libertate ad superiores sua deferebat consulta, vel intimos animi motus detegens, ut iis omnia daret indicia, quibus recte iudicarent. In laboribus, in iis ad quae contendebat, ad summam, in tota vita sua hoc sibi proposuit, ut sanctitatem consequeretur, quae in caritate Dei et proximorum consistit.

Servus Dei Petrus Friedhofen, in pago *Weitersburg* apud *Vallendar* intra fines regionis Confluentinae die 25 mensis Februarii anno 1819 natus, sextus ex septem filiis Petri et Annae Mariae Klug, in familia crevit bonis egena, quae tamen in honore probitatem et christianam caritatem habebat. Iam a puero, parentibus orbatus, expertus est paupertatis et indigentiae asperitatem. Primum Eucharistiam accepit mense Aprili anno 1832, et die 10 mensis Maii insequenti anno Confirmationem. Ludo litterario peracto, ab anno 1934 ad annum 1837 tiro purgator caminorum fuit apud fratrem maximum natu Iacob in oppido *Ahrweiler*, ubi hoc exercuit artificium usque ad annum 1842, quo anno factus est magister purgatorum caminorum in pago *Vallendar* ubi natus erat. Iam illis annis, quamquam adulescentulus erat, vitae suae religiosae colendae et maiori christianae perfectioni adipiscendae studebat; omnibus manifestum erat illum potissimum cavere ut in virtutibus proficeret precationibus, meditatione, amore Dei, et de proximorum bono spirituali adhibere curam. Semper in suis christianis officiis permanens, peculiariter amans erat Divinarum Litterarum, et tenera pietate colebat Matrem Dei, cuius canebat laudes etiam cum caminos purgabat, simul pueros adhortans ut secum cantarent. Artifìcio non desito, quod in precationem quodam modo mutaverat, omnes nanciscebatur occasiones ut coniuncte cum sacerdotibus viveret utque frequentiorum proveheret sacramentorum assiduitatem, praesertim iuvenum. Postquam frater Iacob est vita defunctus, caritate motus eius viduam et multos filios sumpsit sustentandos, quibus a Municipio ipse est tutor datus; qua re idem Municipium eum constituit in munere purgatoris caminorum, quod frater eius gesserat in pago *Ahrweiler*. Quamvis überaus esset et ad incommoda paratus, opus tamen susceperat maius quam ferre posset tum viribus tum re nummaria, et religione inductus anno 1847 munus deposuit et suum

purgatoris caminorum laborem ita minuit, ut vix suppeditaret quod ad vivendum esset necessarium.

Propositum, quod ab adolescentia excoluit, apostolatui operam dandi eum adduxit ut in pluribus paroeciis consociationem a Sancto Aloisio Gonzaga constitueret, pro qua severam conscripsit regulam, ab Episcopo Trivirensi adprobatam. Post aliquod temporis spatium, quo est difficultatibus et laboribus etiam spiritus exercitatus, ab ea consociatione decessit et prudenter, adiuvante et monente pio sacerdote Antonio Iosepho Liehs, domum seu conventum coepit aedificare in oppido *Weitersburg ;* unde non paucas est passus poenas et angustias, irrisiones et molestias, quas is, Divinae Providentiae auxilio confisus, placide et aequo animo tulit, cum pro certo haberet opus suum esse ad voluntatem Dei. Ita velut semina iacta sunt futurae Congregationis Fratrum Misericordiae a Maria Auxiliatrice; quae post longas et perplexas vicissitudines, diffidentias, difficultates internas et externas, est legitime Confluentibus constituta ab episcopo Villelmo Arnoldi die 28 mensis Februarii anno 1852; cuius finis erat infirmis ministrare. Tandem Servus Dei, die 14 mensis Martii eodem anno, religiosam professionem fecit, qua optata sua impetravit et multiplices absolvit labores. Inde ad mortem superior fuit novae Congregationis sapiens et prudens, qui plane aegrotis assidebat, suam persequebatur sanctificationem, diligentissime regulam servabat, studiosisime suos religionis fratres curabat et, deinceps, domos quae subinde ad domum Confluentinam accesserunt.

Brevis vitae cursus Servi Dei Petri Friedhofen, si bene consideramus, progressus fuit constans in perfectionis itinere sine obscuritate et sine erroribus, ne parte quidem. Eius enim fides splendida duravit, perspicua, firma in adiunctis omne genus, tum etiam, cum, Deo silente, is intus aliquando frigebat, vel res adversae eius charisma institutoris vehementer exercebant. Eius spes, simplex et spectata, tota erat in caeli exspectatione, nec ob impedimenta vacillabat, quae perficiendum opus eius continebant, nec ob malum quo in circumdabatur; certus namque erat Dei voluntatem de humana fragilitate et infirmitate victoriam esse laturam. Dei caritatem tanto animi impetu, tanto ardore et studio tantaque constantia est exsecutus, ut mysticam amoris coniunctionem animae suae cum Deo experiretur : et hanc equidem nuptiali ratione, tum praesertim, cum eam est adeptus candefacta eucharistica pietate et sua ipsius donatione Iesu crucifixo facta. Sed spectabilissima Servi Dei nota fuit germana proximi

caritas, unde sedulo et vehementissime contendit se, quam maxime poterat, ceteris totum tradere ; praeter omnes tamen peculiari et tenerrimo amore diligebat dolentes, quibus, similiter ac bonus samaritanus quem Evangelium commemorat, reverenter et gratuita cum sedulitate assidebat, ut corporum et animorum vulnera curaret idemque cum iis paterni Dei amoris dulcedinem participaret. Admiratione afficit et animum movet perfecta eius et incredibilis humilitas ; ipse enim fortiter et sincere affirmabat se indoctum esse et non aptum, qui opus sibi caelitus permissum ad effectum adduceret; sed cum certum se nihil esse, inde miram animi fidentiam hauriebat, adeo ut anno 1851 scriberet: «Sed quoniam inscientes sumus et tenues, ideo iter tutum conficimus ». Cum usque submisse se gereret et nihilominus Deo confiderei, auxilium accepit necessarium ad perficiendum egregium illud opus, quod ei superest quodque pergit Ecclesiae esse ornamento: quae idem suprema sua auctoritate die 29 mensis Aprilis anno 1926 probavit.

Aliis etiam virtutibus enituit Servus Dei; ex quibus sunt in primis memorabiles prudentia, fortitudo, iustitia, temperantia, benevolentia filiorum spiritualium, paupertas, moderatio, sinceritas, castitas : quas omnes maximopere est secutus, sibi vivo acquirens famam viri Deo carissimi ob eximiam christianam et religiosam perfectionem.

Cum Petrus Friedhofen, qui semper valetudine minus prospera usus erat, pie a vita discessit Confinentibus, sanctis reiectum sacramentis, die 21 mensis Decembris anno 1860, annos natus unum et quadraginta, summam habuit a loci gente venerationem, singularium virtutum in omnibus nomine relicto. Post id tempus eius fama sanctitatis semper recens mansit sive apud fideles sive in Congregatione quam condiderat.

Beatificationis autem Causa, propter adiuncta ab ea extranea, agi non est coepta nisi anno 1927 apud Curiam Trevirensem per celebrationem Processus Ordinarii, qui anno 1938 est peractus. Accuratis confectis inquisitionibus et diuturnis scrutationibus, *Positio super vita et virtutibus*, curata ab Officio Historico-hagiographico • Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, est ad Consultores Históricos relata die 6 Maii anno 1981 et inde ad Consultores Theologos qui, in Congressu Speciali die 3 mensis Maii anno 1983 collecto, communi sententia fassi sunt Servum Dei Petrum Friedhofen heroum modo coluisse virtutes théologales, cardinales iisque adnexas; et simul est in lucem prolatum Causam hanc esse ad nostram aetatem aptissimam,

maxime quod ad operariorum et ministrorum aegrorum ordines pertinet. Idem asseruere Rev.mi Patres Cardinales, die **5** Iulii eodem anno, in Congregatione Ordinaria coadunati, ponente seu relatore Cardinali Mario Aloisio Ciappi.

De hisce omnibus certior est factus Summus Pontifex Ioannes Paulus II per infrascriptum Cardinalem Praefectum in Audientia eidem concessa die 9 Iulii insequentis mensis; et Sanctitas Sua vota Sacrae Congregationis libenter excipiens, iussit ut Decretum super Servi Dei heroicis virtutibus conscriberetur.

Hodierno demum die, accitis Cardinalibus subscripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis Servi Dei Petri Friedhofen, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 24 mensis Septembris, Anno Iubilaeo Redemptionis 1983.

PETRUS Card. **PALAZZINI**, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

BRÜGEN.

Canonizationis Ven. Servi Dei Isidori a S. Ioseph (in saeculo: Isidori De Loor), fratris coadiutoris Congregationis PassionisIesu Christi.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Dei Servus Isidor us a S. Ioseph (in saeculo : Isidorus De Loor), Congregationis Passionis Iesu Christi frater coadiutor, die 18 mensis Aprilis anno. 1881 natus est in loco vulgo *Vrasene* appel-

lato, intra fines dioecesis Gandavensis, ex agresti familia. Institutione puerili peracta, opera rustica fecit, vitam simul agens studiosa pietate et fecundo apostolatu paroeciali ardentem, maxime christianam doctrinam tradendo. Omni familiae vinculo solutus, anno 1907 Patrum Congregationis Passionis novitiatum est ingressus uti frater coadiutor, et ei nomen inditum est frater Isidor us a **S.** Ioseph.

Facta die 13 mensis Septembris anno 1908 professione religiosa, a superioribus est missus ad varias domus provinciae Belgicae eiusdem Congregationis, in quibus muniis functus est fratrum coadiutorum propriis, imprimis coqui, olitoris et ostiarii. Ferventissimae pietatis semper fuit, praesertim Christi passionem communicando, assidue hoc mysterium meditando, pro domibus religiosis suae Congregationis laborando, omnia Deo offerendo pro animarum conversione.

Adeo humilitas et oboedientia notae eius propriae fuerunt, ut ((frater voluntatis Dei» diceretur.

Correptus cancro primum alterum oculum, deinde totum corpus, post aliquot menses aegrotationis, per quos mirandae patientiae et aequi animi documenta dedit, in oppido *Kortrijk,* sito in finibus dioe^ cesi s Brugensis, die 6 mensis Octobris anno 1916 animam edidit.

Post mortem, fama eius sanctitatis magis crevit in dies eiusque sepulcrum, quod erat in ecclesia Congregationis Passionis Sancto Antonio in loco *Kortrijk* dicata, continenter Christifideles sacris susceptis peregrinationibus ex omnibus Belgicae partibus et finitimis obierunt.

Plurimis collectis testimoniis ad eius virtutes pertinentibus in Processibus Ordinariis et Apostolicis, omnibus servatis praescriptis, die 12 mensis Iulii anno 1982 Summus Pontifex Ioannes Paulus II sollemniter pronuntiavit Servum Dei Isidorum a S. Ioseph heroum modo omnes virtutes theologicas et cardinales hisque adnexas exercuisse.

Ii multi qui pietatem erga Venerabilem Servum Dei coluerunt, manifesto deprehenderunt quam sit vera doctrina Concilii Oecumenici Vaticani II, quod asserit: « caeli tes... in patriam recepti et praesentes ad Dominum (cfr. *2 Cor* 5, 8), per Ipsum, cum Ipso et in Ipso non desinunt apud Patrem pro nobis intercedere ... Eorum proinde fraterna sollicitudine infirmitas nostra plurimum adiuvatur)) *(Lumen Gentium,* 49).

Gratiarum et sanationum multae relationes, Venerabilis Servi Dei intercessioni tributarum, ad Causae Postulatorem volventibus

annis pervenerunt, et ex his complurium Acta sunt Processibus Apostolicis inserta.

Ex iis placuit Actoribus deligere et exhibere, ad beatificationem obtinendam, sanationem Irenae Ottevaere, matrimonio coniunctae cum domino De Zaeytyd, oppidi *Melden* (in Belgica) incolae.

Irena Ottevaere, anno 1917 nata, quinque filiorum mater, semper bona usa valetudine labores exantlaverat, magnae et rusticae familiae proprios. Die autem 4 mensis Aprilis a. 1953, Sabbato Sancto, improviso male se habere coepit. Postea, die Paschatis a medico familiae visa, gravius die Lunae aegrotavit, simul bile vomita et signis datis arquatis. Cum eam animus reliquisset, die Mercurii, 8 mensis Aprilis, est ad valetudinarium oppidi *Audenarde*, delata, ubi unctionem infirmorum accepit, quandoquidem in periculo mortis versari existimata est. Plures dies comatosa fuit, et causa morbi inventa est atrophia gilva iecoris acuta, vel <(hepatopathia necrobiotica Dominici », id est, hépatites fulminans cum alto veterno.

Prognosis a multis curantibus valetudinarii denuntiata est infausta cum exitu lethali. Apta equidem fuit aegrotae curatio, sed non satis fuit, cum aegrota iam esset desperata.

Tunc fervidae Deo adhibitae sunt precationes, intercedente Venerabili Servo Dei Isidoro a S. Ioseph, a familiaribus et a multis religiosis sodaliciis, praesertim a Sororibus Sancti Vincentii de Paulo, in oppido *Anzegem* habitantibus, ubi aegrotae amita vitam degebat. Imago cum reliquia est posita sub aegrotantis cervical.

Sabbato, die 11 mensis Aprilis, vesperi, infirma meliuscula esse coepit, et insequenti die magis etiam est morbo levata, cum personas agnoscere videbatur. Die Lunae, 13 mensis Aprilis, animum recepit, mirantibus iis, qui putabant mortem eius imminere; namque iam dictae erant preces pro moribundis et paratae erant vestes quibus et sepeliretur.

Gradatim sed satis celeriter salubris mutatio perseveravit usque &d sanitatem, ictero morbo sublato, ciborum appetentia recuperata et viribus refotis.

Testes et medici uno ore affirmaverunt sanationem esse humanitus inexplicabilem.

Dum Processus Apostolicus super virtutibus Venerabilis Servi Dei in Curia episcopali Brugensi agebatur, argumenta allata sunt «etiam de sanatione dominae Irenae Ottevaere, a die 22 mensis Maii

ad diem 14 mensis Decembris anno 1962, decem post annos, quam sanatio facta erat.

Huius Processus validitas pronuntiata est ab Apostolica Sede die 26 mensis Maii anno 1969.

Die 29 mensis Aprilis anno 1983 Consilium Medicorum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum convenit ut de hac sanatione disceptaret et omnes Consilii viri una voce eam censuerunt fuisse rapidam, perfectam et stabilem, ex viribus naturae inexplicabilem.

De eadem sanatione disceptanda deinde se collegit Congressus peculiaris Consultorum theologorum die 25 mensis Octobris eodem anno, ac postea die 10 Ianuarii a. 1984, Congregatio ordinaria Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Domino Mario Ciappi. De utriusque autem Coetus favorabili exitu circa praeternaturalem eiusdem sanationis indolem certior est factus Summus Pontifex Ioannes Paulus II qui, vota excipiens S. Congregationis pro Causis Sanctorum, Decretum apparari mandavit.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Mario Ciappi, ponente seu relatore Causae, meque Antistite a Secretis ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Summus idem Pontifex declaravit : *Constare de uno miraculo a Dei patrato, intercedente Venerabili Isidoro a 8. Ioseph, scilicet de sanatione rapida, perfecta ac stabili dominae Irenae Ottevaere De Zaeytyd, a hepatidite fulminanti cum alto veterno.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 12 mensis Ianuarii, Anno Iubilaeo Redemptionis 1984.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

it. ÊB S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

AUSTRIA

DECRETUM

De Facultatibus Theologicis Catholicis in studiorum Universitatibus civilibus in ambitu Conferentiae Episcoporum Austriae sitis, quo praescripta Constitutionis Apostolicae « Sapientia Christiana » atque adnexarum « Ordinationum » eisdem rite accommodantur et applicantur.

Prooemium

Apostolica Constitutione Ioannis Pauli Pp. II « Sapientia Christiana » inscripta, die xv mensis Aprilis anno MCMLXXIX edita *(AAS* 71 [1979], 469-499) cum adnexis Ordinationibus Sacrae huius Congregationis, die XXIX eiusdem mensis et anni latis *(AAS* 71 [1979], 500-521), nova de studiorum Universitatibus et Facultatibus Ecclesiasticis lex universalis condita est pro omnibus et singulis Institutis studiorum ecclesiasticorum ab Apostolica Sede canonice erectis vel approbatis, sacram doctrinam et scientias, quae cum ipsa conectuntur, explentibus et tradentibus cum iure gradus academicos auctoritate Apostolicae Sedis conferendi (Const. art. 2, Ord. art. 1). Quibus normis abrogatae sunt Apostolica Constitutio Pii Pp. XI « Deus scientiarum Dominus », die XXIV mensis Maii anno MCMXXXI *(AAS* 23 [1931], 241-262) lata, cum adnexis « Ordinationibus » a Sacra Congregatione de Seminariis et studiorum Universitatibus die xn mensis Iunii eiusdem anni *(AAS* 23 [1931], 263-284) editis necnon ((Normae quaedam» ab hac Sacra Congregatione pro Institutione Catholica die xx mensis Maii anno MCMLXVIII manatae.

Facultates Theologicae in Universitatibus civilibus in ambitu Conferentiae Episcoporum Austriae vigentes, cum inter Facultates Ecclesiasticas ab Apostolica Sede approbatas adnumerentur et iure gradus academicos valorem canonicum habentes conferendi auctoritate Apostolicae Sedis cum sint praeditae (Const. art. 6), praescripta Constitutionis Apostolicae ((Sapientia Christiana » adnexarumque « Ordinatio-

num)) servare debent, ratione habita Concordati, quod ab Apostolica Sede cum Civili Auctoritate Austriaca initum est (Const. art. 8).

Quibus attentis, id consequitur ut relationes inter praedictas Facultates et Ecclesiae Auctoritates regantur tum peculiaribus praeceptis concordatariis tum — sine earum status praeiudicio, utpote ad civiles Universitates pertinentium — normis quae ab Apostolica Sede de Facultatibus Ecclesiasticis editae sunt, quaeque et vi propria et vi ipsius iuris conventi ad effectum deduci debent (cfr. Concordatum cum Republica Austriaca diei v m. Iunii a. D. MCMXXXIII, art. V, in primis § 1, alineam 3, et respectivum Protocollum finale). Praescripta autem concordataria, secundum iuris principium generale, cum aliis Ecclesiae legibus ita coalescunt ut has non abrogent, nec iisdem derogent, nisi quatenus cum ipsis componi nequeant.

Hisce rationibus innixa, Sacra haec Congregatio pro Institutione Catholica ad manatas normas Constitutionis Apostolicae « Sapientia Christiana » et adnexarum « Ordinationum)) ad easdem Facultates Theologicas aptius accommodandas — ut novus in Ecclesiam inductus ordo superiorum studiorum in illis quoque Facultatibus uberiores fructus sortiatur — re diligenter cum Episcopali Austriae Conferentia perpensa, et audito Consilio pro Publicis Ecclesiae Negotiis, praesens Decretum edit, cuius mandata rite servanda praecipit.

I. *De Magno Cancellario*

1. *a)* Munus Magni Cancellarii (etiamsi hoc nomen adhiberi nequeat) ab Ordinario loci expletur, nisi aliud in fundatione Facultatis provisum sit et a S. Sede approbatum.

b) Ei competit vitam, activitatem atque unitatem Facultatis promovere (cfr. art. 8 « Ordinationum))) eiusque communionem cum Ecclesia particulari et universali fovere (cfr. art. 12 Const. « Sapientia Christiana))).

c) Eius praesertim est :

I° declarationem ((Nihil obstat », seu missionem canonicam, conferre vel auferre, quae ad professoris vel ad quodvis docendi munus exercendum requiratur, ad normam iuris concordatarii ;

2° providere omnibus rebus, quae attinent ad servandas normas ecclesiasticas, imprimis quae spectant doctrinam moresque atque ecclesiasticam disciplinam, necnon rationes studiorum, organizationem disciplinarum et docendi discendique methodos ;

3° consensum praebere ad ordines studiorum et examinum, ad normam nn. 12 et 13;

4° Apostolicam Sedem de rebus gravioribus Facultatis certiorem facere eique singulis trienniis accuratam relationem de Facultatis «tatù mittere (cfr. art. 8, n. 6 «Ordinationum))).

II. *De Conferentia Episcopali*

2. Cum Conferentiarum Episcopalium munus sit vitam ac progressum Facultatum Ecclesiasticarum sedulo prosequi ob peculiare «earum momentum Ecclesiae (cfr. art. 4 Const. ((Sapientia Christiana))), Conferentia Episcopalis Austriaca, una cum Ordinario loci et S. Sede, sollicita sit oportet imprimis de Facultatum Austriae condicione ecclesiali, de earum fidelitate erga Ecclesiae doctrinam, necnon de ceteris art. 5 ((Ordinationum)) praescriptis.

III. *De Facultatum natura et regimine*

3. *a)* Salvis semper natura et finibus Facultatis Const. « Sapientia Christiana)) praescriptis, regimen Facultatis Theologicae, in eo quod spectat ad eius administrationem necnon ad statum docentium •et studentium, secundum normas civiles et Statuta Universitatis ordinatur, nisi ius concordatarium aliud statuat. Decani, una cum Consilio Facultatis, erit navitatem Facultatis, praesertim circa studia, promovere et coordinare (cfr. art. 15 ((Ordinationum))).

b) Docentes vitae probitate, doctrinae integritate ac muneris diligentia semper praefulgeant ; ipsi conscii sint oportet proprium munus explendum esse in plena communione cum authentico Ecclesiae Magisterio, imprimis Romani Pontificis (cfr. art. 26 Const. « Sapientia •Christiana ») .

4. Unaquaeque Facultas mittere debet, per Ordinarium loci, documentum ad S. Sedem, ex quo pateat quomodo ipsa ad actum normas deducat in Const. « Sapientia Christiana » adnexisque ((Ordinationibus)) edictas, iis servatis quae in hoc Decreto statuuntur.

IV. *De Docentibus*

5. Professores aliique quovis munere docendi fungentes ad normam legum ab Auctoritate Civili editarum necnon Statutorum Universitatis nominantur. Qui omnes missione canonica indigent et professionem ifidei facere debent (Const. art. 27, § 1). Missionem canonicam, seu

declarationem « Nihil obstat », confert vel aufert Ordinarius loci (cfr. 1, c, I°) ad normam iuris concordatarii.

6. Declaratio «Nihil obstat» Ordinarii loci simul est declaratio professorem vel quemlibet munere docendi fungentem membrum fieri posse Facultatis. Quare revocatio missionis canonicae, seu declarationis «Nihil obstat», significat professorem vel quemlibet munere docendi fungentem membrum eiusdem Facultatis ultra manere non posse.

7. Ordinarius loci declarationem « Nihil obstat », de qua supra in n. 5, pro professoribus ad vitam nominandis non confert, nisi obtenta declaratione in art. 27, § 2 Const. « Sapientia Christiana » praescripta.

8. Ad munus professoris vel cuiuslibet in disciplinis theologicis munere docendi fungentis in Facultate Theologica exercendum, oportet ut nominandus saltem studiorum theologiae catholicae curriculum primi cycli, examine finali ab Auctoritate Ecclesiastica agnito superato, in omnibus theologiae disciplinis necessariis seu principalibus absolverit (cfr. Const. art. 41, § 1 et art. 72, a ; « Ordinationes » art. 51 n. 1), salvo doctoratu congruente, requisito secundum Const. art. 25 § 1, n. 2°, et art. 17 « Ordinationum ».

9. Ad docentes laicos quod attinet, serventur normae a Conferentia Episcopali Austriaca manatae.

V. *De studentibus*

10. Quoad studentes, normae ab Auctoritatibus Civilibus et universitariis latae valent, non neglectis normis ecclesiasticis. Facultatibus competit, in ordinibus studiorum et examinum, praeter cognitionem linguae latinae, de qua in art. 24, § 3 « Ordinationum », etiam cognitionem linguarum graecae et hebraicae requirere (Const. art. 32, § 2) ; quae erit probanda, antequam curriculum studiorum, si fieri potest, incipiatur vel antequam in quartum semestre ingressus fiat. Qua de causa studiorum theologiae curriculum in primo cyclo, quod per quinquennium seu decem semestria protrahitur (Const. art. 72, a), longius fieri potest.

11. Curet Ordinarius loci, una cum Decano et docentibus, ut navitas Facultatis respondeat necessitatibus eorum, qui ad statum clericalem contendunt.

VI. *De ratione studiorum*

12. Ad rationes studiorum quod attinet, praeter normas Constitutione Apostolica « Sapientia Christiana» adnexisque ((Ordinationibus» atque praesenti Decreto latas, valent etiam normae a Conferentia Episcoporum Austriae statutae et ab Apostolica Sede approbatae, praesertim Ratio Institutionis Sacerdotalis Nationalis, necnon lata ab Ordinario loci lex dioecesana de institutione clericorum. Ordo Facultatis de studiorum curriculo ordinando consensu indiget Ordinarii loci vel Conferentiae Episcopalis.

13. Ordo Facultatis de examinibus finalibus in theologia superandis consensu indiget Ordinarii loci vel Conferentiae Episcopalis.

14. Ordinarius loci vel Conferentia Episcopalis consensum de quo in nn. 12 et 13 ne concedat, nisi praehabita sententia Apostolicae Sedis.

15. Si studentes per aliquot semestria aliam Facultatem frequentaverint diversum praelectionum ordinem habentem, providendum erit ut eorum examen finale universam studiorum materiam comprehendat a ratione studiorum propriae Facultatis postulatam.

VII. *De gradibus academicis*

16. Facultates gradus academicos valorem canonicum habentes conferre nequeunt, nisi sint ab Apostolica Sede approbatae (Const. « Sapientia Christiana » art. 6).

17. Studiorum curriculum, quo per quinquennium formatio generalis et cohaerens de philosophia systematica et de universa theologia praebetur, concluditur gradu academico ((Magister der Theologie » nuncupato.

18. Nemo ad doctoratum in theologia admittatur antequam examen finale de omnibus disciplinis theologicis obligatoriis (cfr. « Ordinationes » art. 51) superaverit —... quod examen requisita impleat de... quibus in Ratione Institutionis Sacerdotalis Nationalis a Conferentia Episcoporum Austriae lata, nisi examen rigorosum ad doctoratum requisitum ad omnes disciplinas obligatorias se extendat — necnon, institutione generali de universa theologia iam persoluta, cursus specializationis frequentaverit.

19. Quoad clericos et sacrorum alumnos necnon religiosos ad gradum academicum promovendos, requiruntur, attenta eorum relatione ad

Ordinarios suos, litterae testimoniales seu praesentatio Ordinarii sui proprii (cfr. «Ordinationes» art. 24, § 1, n. I°).

Praesens Decretum valere incipiet a die 1 mensis Novembris a. D. **MCMLXXXIII.**

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Institutione Catholica, die 1 m. Novembris a. D. **MCMLXXXIII.**

VILLELMUS Card. **BAUM,** *Praefectus*

L. © S.

£B Antonius Javierre Ortas, Archiep. tit. Metensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Visita di Stato:

Lunedì, 21 Maggio 1984, S. E. il Signor SANDRO PERTINI, Presidente della Repubblica Italiana.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Giovedì, 17 Maggio 1984, S. E. il Signor IGNAZ KIECHLE, Ministro della Repubblica Federale di Germania per l'agricoltura.

Sabato, 19 Maggio 1984, S. E. il Prof. HENRYK JABLOÑSKI, Presidente del Consiglio di Stato della Repubblica Popolare di Polonia.

Sabato, 19 Maggio 1984, l'On. DONALD REGAN, Segretario del Tesoro degli Stati Uniti d'America.

Giovedì, 24 Maggio 1984, il Generale DON JORGE ARCINIEGAS, Ministro della Difesa Nazionale dell'Ecuador.

Giovedì, 24 maggio 1984, nel Palazzo Apostolico Vaticano, il Santo Padre ha presieduto una riunione dei Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

22 febbraio 1984. S. E. Mons. Monsengwo Pasinya, Vesc. tit. di Acque nuove di Proconsolare; — Mons. Josef Schreiner; — i Sacerdoti: John Francis McHugh; Domingo Muñoz León; Gianfranco Ravasi; Giuseppe Segalla; — i Padri: Marcel Dumas, O. M. I.; Joseph Fitzmyer, S. J.; Jan Lam

brecht, S. J.; Joäo Evangelista Martins Terra,. S. J.; J. Pathrapankal, O. M. I.; Albert Vanhoye, S. J., *Membri della Pontificia Commissione Biblica.*

22 febbraio 1984. I Sacerdoti: Joachim Gnilka; Pierre Grelot; Antonio' Moreno Casamitjana; — i Padri: Jean-Dominique Barthélémy, O. P.; Pierre Benoit, O. P.;. Henri Oazelles, P. S. S.; Jacques Dupont, O. S. B.; Augustyn Jankowski, O. S. B., *Membri della Pontificia Commissione Biblica din aliud quinquennium)).*

15 aprile » Gli E.mi Signori Cardinali: Paul Gouyon; Joseph Ratzinger; Opilio Rossi, *Membri della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

» » » Gli Ecc.mi Monsignori: Bakole wa Ilunga, Arcivescovo di Kananga; Peter M. Carretto, Vescovo di Surat Thani; Severin Pernek, Vescovo di Dubrovnik, *Membri Vescovi diocesani della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi a norma del «Pro comperto sane)).*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Francesco Carpino; Laurean. Rugambwa; Agnelo Rossi; Silvio Oddi; Giuseppe Paupini; Avelar Brandâo Vilela; Luis Aponte Martínez; Pio Taofino'u; Bernardin Gantin; Mario Ciappi, *Membri della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi «in aliud quinquennium ».*

18 » » L'E.mo Signor Cardinale Sebastiano Raggio, *Consigliere delia Pontificia Commissione per l'America Latina.*

Cappellani di Sua Santità:

30	aprile	1983.	II sac. Leonel Alzate Gómez (Pereira).
6	maggio	»	II sac. Gerhard Gunzemhauser (Rottenburg-Stuttgart).
11	»		II sac. Johann Baptist Demel (Eisenstadt).
14	giugno	»	II sac. Ernst Michel (Graz-Seckau).
»	»	»	II sac. Joseph Jamnig (Graz-Seckau).
4	luglio		II sac. Georg Erber (Linz).
	»	»	II sac. Alois Kran winkler (Linz).
	»	»	II sac. Alois Schneebauer (Linz).
	»		II sac. Rudolf Zinnhobler (Linz).
24	»		II sac. Giovanni Barbieri (Vicenza).
5	agosto	»	II sac. Enzo Serenelli (Ancona).
3	settembre	»	II sac. Karl Heinz Vogt (Köln).
»	»	»	II sac. Robert Kumpel (Köln).
»	»		II sac. Josef Anselm Adelman (Rottenburg-Stuttgart).
4	ottobre	»	II sac. Eleuterius Richter (Eisenstadt).
28		»	II sac. Francesco Milito (Rossano).

28 ottobre 1983. II sac. Eberhard Droste (Essen).
» » » II sac. Franz Hartmann (Essen).
» » » II sac. Josef Möhln (Essen).
» » » II sac. Martin Pischel (Essen).
8 novembre » II sac. Karl Woschitz (Gurk).
» » » II sac. Ambros Pozewaunig (Gurk).
» II sac. Andreas Kajznig (Gurk).
» » » II sac. Karl Heinz Krankl (Gurk).
» » » II sac. Valentin Stückler (Gurk).
12 II sac. Heinrich Linkholt (Essen).
22 » » II sac. Filippo Agostini (Velletri).
9 dicembre » II sac. Giuseppe Pesci (Fiesole).
16 » » II sac. Giovanni Montano (Gastellammare di Stabia)
» II sac. Antonio Mariasciuolo (Trani).
» » II sac. Andrea Roselli (Trani).
» » II sac. Osvaldo Plotegher (Bolzano-Bressanone).
» » » II sac. Antonio Feltrinelli (Bolzano-Bressanone).
23 II sac. Angelo D'Ascani (Ferentino).
28 gennaio 1984. II sac. Giuseppe Montalti (Cesena).
» » » II sac. Dino Orsini (Sarsina).
1 febbraio II sac. Luigi Caselli (Lucca).
» » II sac. Pierluigi D'Antraccoli (Lucca).
» » II sac. Graziano Davini (Lucca).
» » » II sac. Pietro Gianneschi (Lucca).
II sac. Pino Nardi (Lucca).
» » » II sac. Raffaello Picchi (Lucca).
22 » II sac. Nikola Eterovié (Hvar).
5 marzo » II sac. Enea Marchionetti (Pesaro).
22 » » II sac. Jerzy Zieba (Chelmno).
» » » II sac. Henryk Muszyiiski (Chelmno).
» » II sac. Zbigniew Czubek (Chelmno).

NECROLOGIO

3 maggio 1984. Mons. Joäo Batista Przyklenk, Vescovo emerito di Januária *(Brasile).*
14 » » Mons. José Rincón Bonilla, Vescovo tit. di Tamaso.
17 » » Mons. Raymond Larose, Vescovo tit. di Tisdro.
19 » » Mons. Giuseppe Zabkar, Arcivescovo tit. di Virano.
23 » » Mons. Milton Correa Pereira, Arcivescovo di Manaus *(Brasile).*
28 » » Mons. Thomas J. Mardaga, Vescovo di Wilmington *(Stati Uniti d'America).*
31 » » Mons. Bruno Wüstenberg, Arcivescovo tit. di Tiro.

Recens nuntiatum est Garabed Amadouni, Episcopum tit. Amathusium in Cypro, die 14 m. Ianuarii a. 1984 de vita decessisse.

An. et voli LXXVI (2 Iulii 1984 —Jj^* N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

EPISTULA APOSTOLICA

Ad totius Ecclesiae Catholicae Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sacerdotes, Religiosas Familias et Christifideles: de urbe Ierusalem quae est omnibus in Deum credentibus bonum sacrum atque optatus concursionis locus ad pacem conciliandam pro populis regionis Mediae Orientalis.

IOANNES PAULUS PP. II

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Redemptionis Anno Iubilaeo exeunte, animum convertimus ad singularem illam terram, quae ibi est posita, quo Europa, Asia et Arica confluunt, in qua generis humani Redemptio ((semel » consummata est.[1]

Terra est, quam sanctam appellamus, quippe quae terrestris patria fuerit Christi, qui eam circumiit «praedicans Evangelium Regni et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem » .[2]

Hoc praesertim anno Nobis dulce erat eodem animi motu eodemque anici gaudio, quo Decessor Noster Paulus PP. VI, cum anno MCMLXIV in Terram Sanctam et Ierusalem se contulit.

Si corpore ibi esse nequivimus, spiritu tamen Nos sentimus in ea terra "peregrinantes, in qua nostra est acta cum Deo reconciliatio, ut a Principe Pacis imploremus pretiosum redemptionis donum et pacis,

[1] Cfr. *Rom* 6, 10; *Hebr* 7, 27; 9, 12; 10, 10.

[2] *Mt* 4, 23.

quam hominum corda, familiae, populi et imprimis gentes vehementer exoptant, quae eam ipsam incolunt regionem.

De urbe Ierusalem potissimum cogitamus, ubi Iesus, suam offerens vitam ((fecit utraque unum et medium parietem maceriae solvit... interficiens inimicitiam in semetipso)).[3]

Ierusalem, ante quam civitas Iesu Redemptoris, locus historicus fuit biblicae Dei revelationis, quasi locus occursus caeli et terrae, in quo magis quam in quovis alio loco est sermo Dei cum hominibus collatus.

Eam Christiani religioso et sollicito studio respiciunt, quia ibi verbum Christi multotiens resonavit, ibi magni Redemptionis eventus peracti sunt, nempe passio, mors et resurrectio Domini. In urbe Ierusalem orta est prima christiana communitas, et per saecula mansit, etsi difficultatibus affecta, ecclesialis praesentia continua.

Eam, multis vestigiis et monumentis copiosam inde a temporibus David, qui eam caput elegit, et Salomonis, qui ibi Templum aedificavit, Hebraei ardenter amant et in omne tempus eius recolunt memoriam. Exinde ad eandem animos dirigunt, licet affirmare, cotidie, et eam tamquam nationis suae indicant signum.

Etiam Muslimi ((sanctam» vocant Ierusalem, acri cum amore, qui ab origine macometanae doctrinae repetitur et ex hoc gignitur, quod multa illic habent peculiaria loca sacris peregrinationibus destinata, et plus iam mille anni intercesserunt, ex quo fere continenter ibidem habitant.

Praeter haec eximia et praestantia munumenta, Ierusalem vivas credentium communitates continet, quarum praesentiam totius orbis terrarum gentes pro signo habent et fonte spei, eae quidem quae Civitatem Sanctam animadvertunt esse suum quodammodo patrimonium spirituale ac pacis et concordiae figuram.

Namque, utpote patria cordium omnium ex spiritu filiorum Abrahae, qui eam carissimam habent, et locus quo coëunt, secundum fidem infinita Dei transcendentia et res creatae, Ierusalem exstat symbolum conventus, coniunctionis et pacis universae humanae familiae.

Civitas Sancta igitur toti humano generi firme pacem suadet, praesertim adoratoribus unius et magni Dei, populorum Patris misericordis. At profitendum est Ierusalem pergere esse diuturnae contentionis, violentiae et propriarum cuiusque vindicationum causam.

Eiusmodi condicio et cogitationes faciunt, ut ex ore haec prophetae exeant verba: « Propter Sion non tacebo, et propter Ierusalem non

[3] *Eph* 2, 14, 16.

quiescam, donec egrediatur ut splendor iustitia eius, et salus eius ut lampas accendatur ».[4]

Diem cogitamus et expetimus, quo vere omnes simus ita « docibiles Dei)),[5] ut eius reconciliationis et pacis nuntium audiamus. Diem cogitamus, quo Hebraei, Christiani et Muslimi inter se consalutent in urbe Ierusalem, ea pacis salutatione, qua Christus post resurrectionem discipulos salutavit: « Pax vobis ».[6]

Romani Pontifices, maxime hoc saeculo, trepidanti semper cum sollicitudine acerbos eventus observaverunt, qui Ierusalem multa per decennia illigarunt, et attenta cura prosecuti sunt Institutorum internationalium declarationes, quae de Sanctae Civitatis sorte egerunt.

Multis in occasionibus Sancta Sedes ad considerationem provocavit et hortata est ut huic implicatae et difficili quaestioni dirimendae apte prospiceretur. Quae quidem fecit, quia de populorum pace sollicita erat, non minus quam de causis spiritualibus, historicis et doctrinae propriis, ad religionem pertinentibus.

Universum genus humanum, et imprimis populi et nationes quibus in urbe Ierusalem sunt fratres in fide, Christiani, Hebraei et Muslimi, habent cur se sentiant hac causa implicatos et pro viribus operam dent, ut huius Civitatis indolem sacram, unicam et irrepetibilem, servent. Non sola monumenta vel loca sancta, sed tota Ierusalem historica et communitatum religiosarum exsistentia earumque condicio et futura non possunt omnes non tangere atque cordi esse omnibus.

Re vera, inveniatur oportet, voluntate bona atque in longitudinem consulenti, ratio solida et aequa, qua dissimilia studia atque appetitiones congruenter firmiterque componantur atque in tuto collocentur modo consentaneo et efficaci, per peculiare Statutum cui iure internationali ac gentium consortione caveatur, ita ut nulla pars valeat eam ad discrimen adducere.

Nostrum etiam putamus, et quidem non differendum munus commemorandi, coram Christianis communitatibus atque iis qui fidem in unum Deum profitentur quique in se recipiunt praecipuarum hominis dignitatum tutelam, Hierosolymae quaestionem primas agere partes ad pacem constabiliendam iustam in Media regione Orientali.

Nobis persuasum habemus Civitatis religiosam identitatem atque praesertim communis fidei monotheisticae consuetudinem componere

[4] *Is* 62, 1.

[5] *Io* 6, 45.

[6] *Io* 20, 19.

posse viam ita ut concordia promoveatur inter eos quicumque varia ex ratione Sanctam Civitatem ut suam habent.

Probe novimus neglectam inquisitionem dignae compositionis problematis Hierosolymitani, sic ut eiusdem desidem dilationem, acrius in discrimen adducere exoptatam quietam aequamque pactionem contentionis totius regionis Mediae Orientalis.

Eecolimus nunc, sicut sane sermo fert, eadem in regione duos populos, Palaestinum et Israeliticum intra proxima decennia oppositos esse simultate quae videtur redigi non posse.

Ecclesia, in Christum Redemptorem oculos convertens eiusque imaginem in unoquoque homine dignoscens, pacem invocat atque reconciliationem pro populis illius terrae, quae Ipsius fuit.

Pro populo Hebraico qui vitam degit in Natione Israelitica quique eadem in regione custodit tam pretiosa testimonia suae historiae suaeque fidei, imploramus optatam securitatem atque iustam tranquillitatem quae est praecipua uniuscuiusque nationis atque vitae proiectisque condicio pro quacumque societate.

Palaestinus populus, qui illa in regione invenit historicam suam originem et intra decennia vivit vagus, ius habet naturale, ex iustitia, inveniendi patriam atque aetatem agendi concorditer et aequo animo cum ceteris populis eiusdem regionis.

Omnes regionis Mediae Orientalis gentes, virtutum spiritualium patrimonium suum custodientes, vices tragicas quibus implicantur superare non valebunt — de Libano excruciato dicimus — nisi historiae suae rationem veram detegerint, quae per fidem in unum Deum eas provocat ad consociationem in concordia et mutua cooperatione.

Cupimus, praeterea, admonere viros politicos, quotquot ad populorum gubernacula sedent vel praesunt Institutionibus internationalibus, de urbis Ierusalem condicione deque communitatibus in ea aetatem agentibus. Neminem fugit enim multiplices fidei cultusque humani significationes, quae in Sancta Civitate inveniuntur, ad concordiae pacisque causam admodum conferre posse.

Hac in hebdomadis sanctae feria sexta, qua sollemniter recolimus Salvatoris nostri passionem et mortem, vos omnes invitamus, Venerabiles Fratres in Episcopatu, omnes Presbyteros, Viros ac Mulieres religiosas, Christifideles omnes per orbem terrarum dispersos, ut inter preces peculiarem teneat locum imploratio pro iusta compositione quaestionis Hierosolymitanae et totius Regionis Sanctae, et ut pax reddatur regioni illi Mediae Orientali.

Redemptionis Anno Iubilaeo exeunte, quem magno cum spirituali gaudio sive Romae celebravimus sive omnibus in catholicae Ecclesiae dioecesibus, Ierusalem exstitit meta optima ac vera, in quam prospiciebat cogitationes nostrae amoris et animi grati ob grande donum Redemptionis, quam in Sancta Civitate Filius Hominis operatus est pro omnibus hominibus.

Quoniam vero redemptionis fructus est hominis cum Deo reconciliatio atque uniuscuiusque hominis cum fratribus suis, hac de causa nobis implorandum est, ut etiam Hierosolymae, in Regione Sancta Iesu, credentes in Deum, post tam tristes dissipationes et dissentiones, reconciliationem inveniant et pacem.

Haec pax a Christo Iesu declarata, in nomine Patris qui in Caelis sedet, constituat Ierusalem signum vivum magnae spei unitatis, amicitiae atque concursionis inter populos, iuxta perspicua verba libri Isaiae : « Ibunt populi multi et dicent : venite et ascendamus ad montem Domini, ad domum Dei Iacob, et doceat nos vias suas et ambulemus in semitis eius ».[7]

Apostolicam denique Benedictionem Nostram libenti animo impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xx mensis Aprilis, feria sexta hebdomadis sanctae, anno MCMLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

IOANNES PAULUS PP. II

COSTITUTTONES APOSTOLICAE

I

AGANIEN.

In Insulis Oceani Pacifici nova conditur provincia ecclesiastica nomine Aganiensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Compertum quidem habentes in Insulis Oceani Pacifici primam missionalem dioecesim ex variis Micronesiae portionibus nomine Aganiensem per Litteras Apostolicas « Centenario anno ter », die xiv

[7] *Is* 2, 3.

mensis Octobris anno MCMLXV a Paulo VI Decessore Nostro ve. me. datas, conditam esse, Nos ipsi, illuc mense Februario anno MCMLXXXI peregrinati pastoralis visitationis causa, quot etiam incrementis aucta iam esset satis didicimus. Considerata autem illius Ecclesiae particularis certa maturitate, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, consilio audito tum venerabilis Fratris Pii Laghi, Archiepiscopi titulo Maurianensis atque in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus Delegati Apostolici, tum eorum, quorum interest, rationeque etiam habita provinciarum ecclesiasticarum illic iam optimo sane iure in quibusdam Melanesiae et Polynesiae regionibus constitutarum, merito censuit a provincia ecclesiastica Sancti Francisci in California dioecesim Aganiensem seiungendam et ad honorem Ecclesiae Metropolitanae provehendam esse, unoque tempore suasit ut nova ibi provincia ecclesiastica crearetur eademque constans sive Aganiensi Ecclesia, quae Metropolitana esset, sive ipsa Ecclesia Carolinensium-Marshallensium, quae posthac ei suffraganea esset ac distracta a provincia ecclesiastica nomine Suvana, cui eam die in mensis Maii anno MCMLXXix per Literas Nostras « Tametsi Ecclesiae Sanctae » Nos ipsi adiunximus. Eidem simul, quam memoravimus, Sacrae Congregationi visum est peropportunum ut venerabilis Frater Filibertus Camacho Flores, hactenus dioecesis Aganiensis Episcopus, ad dignitatem Archiepiscopi Metropolitae eveheretur eiusdem Aganiensis archidioecesis Metropolitanae. Quibus igitur reputatis, de sententia Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, quam a Venerabili eius Praefecto ad Nos relatam confirmamus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae hisce Litteris haec statuimus quae sequuntur atque iubemus. Novam provinciam ecclesiasticam, secundum ea omnia ipsa quae supra particulatim descripta sunt, condimus *Aganiensem* appellandam, quae eidem, quam diximus, Sacrae Congregationi obnoxia quidem erit, et Aganiensem hucusque dioecesim nunc archidioecesis Metropolitanae dignitate insignimus, cuius primum pastorem eundem confirmamus venerabilem Fratrem Filibertum Camacho Flores, quem et honore Archiepiscopi Metropolitae decoramus. Ipsi praeterea statuimus ut novae provinciae ecclesiasticae praesules ad Conferentiam Internationalem seu Coetum Episcoporum Oceani Pacifici iure pertineant, utque nova archidioecesis Aganiensis non Nuntiaturae Apostolicae Foederatarum Americae Septemtrionalis Civitatum sed Delegationis Apostolicae in Insulis Oceani Pacifici iurisdictioni subsit,

ad quam et dioecesis Carolinensium-Marshallensium pertinere perget. Simul autem iubemus ac decernimus ut, vi ipsius Decreti «Viso et mature», quod die xxvn mensis Novembris anno MCMLXXX a Supremo Signaturae Apostolicae Tribunali est editum, causae nullitatis matrimonii ad archidioecesim Aganiensem et ad suffraganeam eius dioecesim pertinentes in secundo iurisdictionis gradu apud regionale pertractentur Tribunal Suvanum a Praesulibus Conferentiae Episcopalis Oceani Pacifici, data apostolica licentia, institutum, integro tamen semper iure, sicut lege canonica sancitur, provocandi ad Sacram Romanam Rotam. Deinde novae archidioecesis ut stabilitati ac firmitati plane prospiciatur, sacrorum alumni apte in Regionali Sancti Petri Chanel Seminario Maiore instituantur, quod, moderante ipsa Sacra Congregatione de Propaganda Fide, in archidioecesi Suvana exstat omnibusque Insularum Oceani Pacifici Missionibus patet. Quae hic sunt statuta, omnia exequatur venerabilis Frater Antonius Magnoni, Archiepiscopus titulo Bosetanus et in Insulis Oceani Pacifici Delegatus Apostolicus, aut alius ecclesiasticus vir ad id ab eo designatus, necessariis factis facultatibus. Re vero acta, certa veraque singulorum documentorum exempla ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda fide transmittantur. Has denique Literas Apostolicas volumus nunc et in posterum tempus ratas esse, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evang. Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Iosephus Cattani, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. .129020.

II

COATZACOALSENSIS

Quibusdam locis a dioecesi Sancti Andreae de Túxtla distractis nova conditur dioecesis nomine Coatzacoalsensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Plane conscii omnium officiorum, quae a gravissimo munere Nostro, quod in pascendo universo dominico grege quidem consistit, seiungi omnino non possunt, quam maxime imprimisque consilia necnon incepta persequenda curamus, per quae Populo Dei qualibet in regione orbis terrarum vitam agenti tota doctrina christiana facilius aut efficacius tradatur. Cum igitur venerabilis Frater Villelmus Ranzahuer Gonzales, Episcopus Sancti Andreae de Tuxtla, audita etiam Conferentia Episcopali mexicana, ab Apostolica hac Sede nuper postulaverit, ut nova illic Ecclesia particularis constitueretur quibusdam ex locis hucusque suae dioecesis propriis, Nos, cum id et in votis sit venerabilis Fratris Hieronymi Prigione, Archiepiscopi titulo Lauriacensis atque Delegati Apostolici in Republica Mexicana, suppleto eorum consensu quorum interest vel quorum id interesse censetur, de sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis pro Episcopis negotiis praepositorum, quam confirmamus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae nunc a dioecesi Sancti Andreae de Tuxtla loca distrahimus, quibus municipia continentur vulgo nuncupata: *Coatzacoalcos, Cosoleacaque, Ixhuatlan del Sureste, Hidalgotitlan, Minatitlan, Moloacan, Las Choapas, Pajapan* et *Zaragoza*, ex iisque simul sumptis legeque civili circumscriptis ac definitis novam dioecesim condimus *Coatzacoalsensem* appellandam. Haec praeterea dioecesis, cuius sedem in urbe « Coatzacoalcos » Ipsi statuimus et esse volumus, cuiusque paroeciale templum Sancto Ioseph Sponso B. M. V. dicatum honore Ecclesiae Cathedralis insignimus una cum privilegiis ceterorum id genus templorum propriis, suffraganea erit archidioecesi Ialapensi, cuius proinde Archiepiscopi metropolitano iuri Episcopum pro tempore Coatzacoalsensem subicimus, qui simul non modo iuribus nunc exornatur sed officiis etiam et oneribus obstringitur, quae ad Episcopos pertinent dioecesanos. In nova interea dioecesi instituatur oportet Collegium Consultorum iure praescriptum, et quidem quam

primum, ut novo Pastori praesens feratur auxilium. Quod porro ad episcopalem novae Ecclesiae mensam attinet, mandamus ut ei provideatur emolumentis Curiae fideliumque stipibus necnon iusta, ad normam can. 122 C.I.C., portione bonorum (vulgo «Mitra»), quae hactenus omnia ad episcopalem mensam Sancti Andreae de Tuxtla pertinebant. Tum iuris communis praescripta tum normae a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica statutae serventur in exstructione Seminarii dioecesani et in formatione sacrorum alumnorum apte comparanda; at selecti alumni philosophicis et theologicis disciplinis instruendi, aut sacerdotes ut sua compleant studia, ad Pontificium Collegium Mexicanum in Urbe situm mittantur. Mandamus etiam ut de regimine Ecclesiae hodie conditae de eiusque bonorum administratione, de Administratore dioecesano eligendo sede vacante atque de iuribus et oneribus fidelium, necnon de aliis id genus, sacri canones -plane ac perfecte serventur. Unoque tempore lege sancimus ut, constitutione dioecesis Coatzacoalsensis ad effectum deducta, sacerdotes ei censeantur Ecclesiae adscripti intra cuius fines ecclesiasticum habent officium, ceteri vero sacerdotes aut clerici ipsique seminarii tirones ei addicantur Ecclesiae, in qua legitimum habent domicilium. Omnia denique actorum documenta, quae aut ad novam dioecesim eiusve clerum aut ad fideles vel ad temporalia bona attinent, a Curia Sancti Andreae de Tuxtla ad Curiam Coatzacoalsensem prompte transmittantur ibique in condendo tabulario rite asserventur. Quae hic iubentes decrevimus exsequatur venerabilis Prater Hieronymus Prigione, quem diximus, a Nobis deputatus, debitis factis facultatibus una cum libertate id ad aliquem in ecclesiastica dignitate constitutum delegandi, onere tamen imposito curandi ut certum verumque exemplum litterarum actae exsecutionis Sacrae Congregationi pro Episcopis mittatur. Quas Litteras Apostolicas nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

© **SEBASTIANUS** Card. **RAGGIO**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Iosephus Cattani, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi
In Secret. Status tab., n. 129S68.

III

GUMACANA

Quibusdam locis a dioecesi Lucenensi distractis nova conditur dioecesis nomine Gumacana.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Iure meritoque Sacrosancta Synodus, cuius quidem consilia participamus, de dioecesium circumscriptionibus decernit ut, <(quatenus animarum bonum id exigat, quamprimum ad congruam recognitionem prudenter deveniatur, eas dividendo vel dismembrando ...)) (CD, **22).** Oportet enim, quantum fieri potest, Ecclesiis particularibus ita prospiciatur, « ut Episcopi munera sua pastoralia in iisdem efficaciter explere valeant» (ibid.). Quare bonum visum est fieri, si venerabili assentiremur Fratri Ruben Profugo, Episcopo Lucenensi, qui ob frequentiores suae dioecesis incolas, recte consulta Conferentia Episcoporum Insularum Philippinarum, nuper ab Apostolica Sede postulavit ut nova illic dioecesis constitueretur nonnullis ex locis adhuc ad Ecclesiam suam pertinentibus. Nos igitur, cum eidem rei ipse faveat venerabilis Frater Bruno Torpigliani, Archiepiscopus titulo Mallianensis et Nuntius Apostolicus in Insulis Philippinis, eorum suppleto consensu quorum interest aut id interesse censetur, de sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis pro Episcopis negotiis praepositorum, quam ratam habemus, deque summa potestate Nostra Apostolica per has Litteras a dioecesi Lucenensi distrahimus orientalem regionem civilis provinciae ((Quezon » vulgo appellatae omniaque loca insulae cui nomen « Alabat », ex quibus simul sumptis legeque civili in praesentia definitis novam dioecesim condimus *Gumacanam* appellandam. Haec ipsa nova dioecesis, cuius sedem episcopalem in urbe Gumaca esse iubemus cuiusque-templum paroeciale in honorem Sancti Didaci Deo dicatum gradu Ecclesiae Cathedralis insignimus, una cum privilegiis et honoribus quae ceterorum eiusmodi templorum sunt propria, suffraganea erit archidioecesi Lipensi, cuius proinde Archiepiscopi metropolitano iuri Episcopum pro tempore Gumacanum subicimus, qui non modo officiis oneribusque obstringitur sed iuribus etiam exornatur, quae munus Episcopi dioecesani prae se fert. In nova etiam dioecesi Collegium Consul-

torum quam primum instituatur oportet, quod novo Pastori praesenti sit auxilio. Quod praeterea ad episcopalem attinet mensam dioecesis hodie constitutae, statuimus ut consistat tum in Curiae emolumentis fideliumque stipibus tum etiam ad normam can. 122 C.I.C. in portione bonorum episcopalis mensae Lucenensis, quae posthac ad novam dioecesim pertinere iure debet. Tum iuris communis statutae normae tum regulae a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica praescriptae serventur in Seminarii dioecesani aedificatione et in apta sacrorum alumnorum formatione. Selecti vero alumni philosophicis et theologicis disciplinis instruendi, aut sacerdotes qui sua studia compleant, ad Pontificium Collegium Philippinum in Urbe situm mittantur. Simul decernimus ut de regimine novae dioecesis deque administratione bonorum eius, de Administratore dioecesano sede vacante eligendo, de fidelium oneribus iuribusque, necnon de aliis id genus, adamussim sacri serventur canones. Lege deinde sancimus ut, constitutione dioecesis Gumacanae ad effectum adducta, sacerdotes ei Ecclesiae adscripti censeantur intra cuius fines ecclesiasticum habent officium, reliqui vero presbyteri et Seminarii tirones ei addicantur Ecclesiae, in qua legitimum habent domicilium. Omnia denique actorum documenta, quae aut ad novam Ecclesiam eiusve clerum aut ad fideles vel ad temporalia bona proprie attinent, a Curia Lucenensi ad Curiam Gumacanam suo tempore transmittantur ibique in condendo archivo bene asserventur. Omnia, quae hic praecipientes statuimus, exsequatur venerabilis Frater, Bruno Torpigliani, quem memoravimus, a Nobis deputatus, debitis factis facultatibus una cum libertate id delegandi ad alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere tamen imposito curandi ut certum verumque actae exsecutionis litterarum exemplum Sacrae Congregationi pro Episcopis cito mittatur. Quas Apostolicas Litteras nunc et in posterum ratas esse volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

BERNARDINUS Card. **GANTIN**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Laurus Governatori, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 129574.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Edmontonensi in archidioecesi templum Sancto Ioseph, Canadiae apud Deum patrono, dicatum, titulo ac dignitate Basilicae Minoris exornatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Pro explorato quidem habetur quam magni momenti et ponderis cathedrale sit templum particularis Ecclesiae Edmontonensis, quod, Sancto Ioseph uti caelico Oanadiae patrono dicatum, illic ipsa « Edmonton » in urbe exstat. Nullum autem est dubium, quin eiusmodi sacra aedes magnopere conferat, praesertim per pastorales curas venerabilis Ordinarii loci atque per industriam cleri eidem templo addicti, non solum ad catholicam fidem in multis alendam ad variosque pietatis usus celebrandos sed etiam ad peculiarem venerationem gloriosissimi patroni magis colendam magisque vulgandam et incrementis augendam. Quae cum ita sint, Nos, qui libentissime consilia capimus propositaque participamus, quae'ad Christifideium certam utilitatem pertinent, audiendas putamus preces venerabilis Fratris Iosephi N. MacNeil, Archiepiscopi Edmontonensis, qui ipse nuper, sua suique cleri ac populi expromens vota, poposcit ut clarum templum, quod diximus, praestabili Basilicae Minoris titulo insigniretur. Ratam igitur habentes sententiam Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, cui res delata erat, vi et potestate Nostra Apostolica per has Litteras perpetuumque in modum commemoratum templum, in archidioecesi Edmontonensi Sancti Ioseph tamquam Canadiae patroni sacrum, ad honorem et gradum *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus factis agnitisque iuribus ac liturgicis concessionibus, quae ceterorum id genus templorum sunt propria, servatis vero per Decretum statutis ((de titulo Basilicae Minoris», quod die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII est evulgatum. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Iubemus denique has Litteras Nostras Apostolicas religiose observari effeetusque suos nunc et in posterum tempus omnes habere.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Martii, anno MCMLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £ß Sigilli

Jn Secret. Status tao., n. 128111.

II

In Lyciensi archidioecesi templum Sancto Dominico Savio sacrum ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

In suae vitae ratione, in se et ceteris, in suis casibus iudicandis, in sua cum Deo et proximo necessitudine, mirificae sane fuit humilitatis. Nicolaus Stenonis testis profecto fuit spiritualis et apostolicae fecunditatis, quae percipi potest e docili et operosa Domini auditione, qui suos adhortabatur : « Tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde» *(Mt* 11, 29). Quia humilis erat, imparem se putabat magno muneri, quod ei creditum erat; quia humilis, nihil umquam fecit communem hominum existimationem et admirationem, quam ei tribuebant ob non vulgarem ingenii, morum et spiritus magnitudinem; Episcopus factus non solum sua docta praeterita numquam commemoravit, sed ab his aliorum mentes avertebat simplici et modesto sermone ; consilia petebat et sequebatur ;

cuiuslibet vitii sui commoneri volebat, nec umquam se excusabat. Eius oboedientia vera fuit « exinanitio », quandoquidem per omnia, interdum non sine magnis incommodis, se voluntati Dei committebat et eorum qui Dei vices gerebant; heroum modo Sanctae Sedi oboedivit non parvis cum indignitatibus et aerumnis in difficilibus sedibus, quibus est praepositus; hocque, a quovis quaestu et lucro omnino alienus. Prudentiae virtutem mirum in modum explicavit tum in consuetis vitae et apostolatus condicionibus, tum in eventis ancipitibus et implicatis, maxime per episcopatus annos. Tota eius vita, verba, mores significabant mentis excellentiam, cordis probitatem, religionis pietatisque gravitatem, necnon humanas et christianas virtutes optime inter se cohaerere.

Spirituale exemplar Servi Dei, qui scientiae et Ecclesiae eximius fuit vir et vera « forma gregis ex animo », huic nostrae aetati aptum esse videtur, congruens sane cum Pastoris imagine a Concilio Oecumenico Vaticano II descripta : qui, homo liber, pauper, Dei amans et fratrum, officiorum colloquiorumque vicissitudini apertus, aptus ad historiam comprehendendam, ne tempus quidem ad quietem sibi relinquit et Evangelium Spiritus Sancti virtute nuntiat et testatur; vir qui totum animum ponit in reddendis in se Christi lineamentis, propitia et abstinenti voluntate motus, in ministrando humilis et iucundus, caritate dulcis et effusus, suavis et persuadens, arcte cum Ecclesia cumque eius suprema Auctoritate coniunctus; vir paratus ad se devovendum pro grege suo, ad ignoscendum facilis et ad omnes reverendos; vir denique qui unum summumque propositum habet, unum laetitiae fontem : Dei gloriam.

Quamvis Servus Dei famam sanctitatis solidam, magnam, ultroneam et continuam in vita et in morte et post mortem reliquisset apud catholicos et non catholicos, apud doctos et rudes, apud clerum et laicos, Causa eius beatificationis, ob rationes ab ea alienas nonnisi anno 1936 initium coepit. Processus Ordinarius Informativus instructus est Osnabrugae annis 1963-1964; eodem tempore Floren tiaeactus est Processus rogatorialis. *Positio super Introductione Causae et super virtutibus,* curata ab Officio Historico Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, a Consultoribus Historicis excussa (die 6 mensis Novembris anno 1974), necnon a Congressu Ordinario eiusdem Sacrae Congregationis (die 13 mensis Decembris anno 1974) et a Congregatione Peculiari Cardinalium (die 30 mensis Ianuarii anno 1975), felicem habuit exitum.

Edito Decreto super Introductione Causae, die 13 mensis Martii Anno Iubilaeo 1975, Consultores Theologi, in Congressu Peculiari die 14 mensis Iunii habito anno 1983, et Patres Cardinales, in Congregatione ordinaria, die 22 Novembris eodem anno, unanimi voce responderunt Famulum Dei Nicolaum Stenonis heroum in modum excoluisse christianas virtutes. De hisce omnibus per subscriptum Cardinalem certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II mandavit ut Decretum conscriberetur super eiusdem Servi Dei virtutibus heroicis.

Quod cum rite esset factum, hodierno die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Silvio Oddi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus idem Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, Servi Dei Nicolai Stenonis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum inseri iussit.

Datum Romae, die 12 Ianuarii, Anno Domini 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. B S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

TAURINEN.

Canonizationis Ven. Servi Dei Clementis Marchisio, Sacerdotis, fundatoris Instituti Filiarum a S. Ioseph.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Clemens Marchisio ortum duxit Kalendis Martiis anno 1833 in oppido cui vulgo nomen *Racconigi,* intra Taurinensis archidioeceseos fines sito. Parochiali munere in exemplum est functus per amplius quadraginta et tres annos apud Ripam Albam Taurinensem. Ad panem vinumque pro Missae celebratione atque ad cereos,

sacra paramenta, linteamina ceteraque ad divinum cultum pertinentia conficienda, Institutum, de Ecclesia optime meritum, Filiarum a S. Ioseph anno 1877 condidit. Meritis ac virtutibus dives ad caelum evolavit die 16 Decembris anno 1903. Eum autem heroicas exercuisse virtutes tum théologales, quas vocant, tum cardinales eisque adnexas Paulus Papa VI die 4 mensis Maii anno 1970 edixit.

Ad eiusdem autem beatificationem assequendam prodigiosa selecta est sanatio divinitus, eodem Venerabili Servo Dei deprecatore, patrata, videlicet sanatio puellae octo annorum, Annae Mariae Poli, quae mense Iunio anno 1966 rapidissime et perfecte a piodermitite ulcerata ac profunda dexteri brachii convaluit.

Hac super mira sanatione processus auctoritate Sanctae Sedis conditus est aa. 1970-1971 apud Curiam Novariensem, cuius iuridica validitas a S. Congregatione pro Causis Sanctorum die 26 mensis Octobris anni 1973 probata est. Consilium autem Medicum eiusdem Congregationis, die 13 Ianuarii a. 1975 coadunatum, haud univocam edidit opinionem circa praedictae sanationis praeternaturalem indolem. At Causae actores manus non dederunt viñetas sed, noviter deductis ex actis et probatis elementis, petierunt et obtinuerunt ut tota res iterum examini subiceretur. Hinc, die 29 mensis Aprilis anni 1983, novi periti eiusdem Consilii Medici copiosius acriusque super eadem sanatione disceptaverunt atque iudicium de eiusdem preternaturali natura cunctis suffragiis ediderunt, cum eadem ultra naturae vires, seu quoad modum, evenisset.

Servatis itaque de iure servandis, eadem asserta miraculosa sanatio ad examen theologorum semel et iterum de more vocata est ; primum die 25 Octobris a. 1983, in Congressu, qui vocatur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum et postea, die 10 Ianuarii a. 1984, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Em.mo ac Rev.mo Domino Mario Aloisio Ciappi, qui sequens dubium discutiendum proposuit : *An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et omnes qui interfuerunt affirmativum suffragium singuli tulerunt.

De hisce omnibus certior factus per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum rata habens, ut Decretum super mira sanatione a Deo per intercessionem Ven. Servi Dei Clementis Marchisio conscriberetur mandavit.

Quod cum rite factum esset, hodierno die, accitis ad se Cardina-

libus infrascripto Praefecto atqne Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Summus Pontifex pronunciavit: *Constare de uno miraculo, Venerabili Clemente Marchisio intercedente, **a** Deo patrato, videlicet de rapidissima, perfecta et stabili sanatione puellae Annae Mariae Poli a piodermitite ulcerata, profunda, in parte anteriore brachii dexteri.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die *12* Ianuarii, Anno Iubilaeo Redemptionis 1984.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. ® S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

DECRETA

I

BANGALOREN.

Facultas Philosophiae in Bangalorensi « Dharmaram College » canonice erigitur.

Antiquissima Indorum philosophica ac religiosa traditio non modo peramplae illius regionis innumerique populi sortes per saecula affecit, verum etiam ipsius humani generis fuit ac manet sapientialis quodammodo hereditas, magni utique facienda et attente exploranda. Haec summi momenti quaestio, quae inde ab initio evangelicis praeconibus patuit, hac nostra praecipue aetate instanter postulat ut a studiosissimis catholicis philosophis atque theologis, in primis autochthonis, intimius doctiusque perscrutetur.

Qua necessitudine impulsum, catholicum Carmelitarum Institutum

Beatae Mariae Immaculatae, omnibus religiosis Indiae familiis vetustius ac sodalibus affluentius, fauste consilium cepit pergravem huiusmodi operam et ipsum peculiariter participandi. Eius igitur Prior Generalis, Ill.mus ac Rev.mus Thomas Aykara, d. xxn m. Martii a. D. MCMLXXXII Sacram Congregationem pro Institutione Catholica adivit, erectionem flagitans ecclesiasticae Philosophiae Facultatis in athenaeo collocandam vulgo «Dharmaram College» appellato, ab eadem religiosa familia in urbe Bangalorensi inde a viginti sex annis prospere provecto.

Postquam Episcopalis Indiarum Conferentia d. xn m. Ianuarii a. D. MCMLXXXIII huic provido consilio consensum praebuit, eadem Romana Congregatio cum Sacra Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus de congruo studiorum programmate struendo diligenter disceptavit, iterate ad id sententiam rogans aliquot rei tum philosophicae tum missiologicae expertorum.

Omnibus nunc accurate compertis, prae oculis habitis laudatae Familiae Fratrum Carmelitarum tum scientifica idoneitate tum catholica sponsione, Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, petitionem sibi delatam libenter suscipiens, potestate ab Augusto Pontifice Ioanne Paulo div. Prov. Pp. II sibi concredita, ad maiorem Dei Optimi Maximi gloriam Ecclesiaeque, in primis Indicae, adiumentum atque ornatum,

FACULTATEM PHILOSOPHIAE
in BANGALORENSI « DHARMARAM COLLEGE»

hoc Decreto pro munere *in perpetuum* erigit atque erectam declarat, simul iubens ut eiusdem studiorum curriculum ad normam vigentis academicae Ecclesiae legis in tres continuos cyclos seu gressus distinguatur, collato eidem Facultati iure academicos Philosophiae gradus respective Baccalaureatus, Licentiae specializatae (seu Magisterii) ac Doctoratus rite concedendi,,.omnibus ipsi agnitis...trito honoribus privilegiis atque officiis, quae iuxta Apostolicam Constitutionem « Sapientia Christiana » adnexasque « Ordinationes » Ecclesiasticis Facultatibus et Universitatibus in catholico orbe constitutis competunt.

Sacrum idem Dicasterium modo erectam Facultatem Supremis illis Auctoritatibus (Magno Cancellario, Pro-Magno Cancellario ac Vice-Magno Cancellario) fulciendam regendamque committit, a quibus Sacrae

Theologiae Facultas a. D. MCMLXXVI in eodem athenaeo constituta gubernanda pendet, iisdem mandans ut unica pro ambabus Facultatibus Statuta Generalia excedantur, normae autem unicuique Facultati propriae peculiaribus singularum Statutis inserantur.

Facultatis structura, omnium eius Auctoritatum munera, Docentium Studentiumque officia ac iura, programmata rationesque studiorum, in iis praecipue quae ad principia seu criteria de specializationis obiecto seligendo methodisque adhibendis attinent, iuxta leges atque praxim Catholicae Ecclesiae diligenter statuantur.

Ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, d. VIII m. Decembris, in Festivitate Beatae Mariae Virginis Immaculatae, a. D. MCMLXXXIII, Iubilaeo sacro.

VILLELMUS Card. BAUM, *Praefectus*

L. ✠ S.

✠ Antonius Javierre Ortas, Archiep. tit. Metensis, *a Secretis*

II

NAGOYAËN.

Facultas Sacrae Theologiae in Nagoyaënsi Universitate « Nanzan » canonice erigitur.

Sol exsurgens Christus altissimam hominis dignitatem non modo dilucide continuoque docuit, verum etiam supremo vitae suae holocausto effuse comprobavit, se munifice pollicitus omnes exinde creaturas sibi undique allecturum (Io 12, 32). Quem perlaetum nuntium quovis terrarum afferens, Catholica Ecclesia nobilissimum etiam Japoniae populum materne est amplexata, praeclaras eiusdem religiosas ac philosophicas traditiones magni faciens reverenterque scrutans atque illustrans, necnon lectissimos ex ipso christifideles ac insignes fidei praecones sibi adsciscens.

Cui vitali exantlando operi, eximii Societatis Verbi Divini Patres plurimum indubie contulerunt, tum assueto evangelizationis ministerio tum praesertim altioris institutionis apostolatu, illud idcirco condentes superiorum studiorum domicilium, quod in Nagoyaënsi urbe, triginta

abhinc annis fauste auspicatum, sub nomine nunc « Nanzan » Universitatis fecundissimum virescit.

Statim ab initio laudati Patres suae studiorum Universitati Seminarium provide adiecerunt, in quo futuri confratres sacerdotes studiis philosophicis ac theologicis incubuerunt, civilem Baccalaureatus gradum inde ab a. D. MCMLXII assequentes. Imo, Universitate ac Seminario prospere augescentibus, publica auctoritas a. D. MCMLXXIX Universitati potestatem fecit Magisterii quoque ac Doctoratus gradus concedendi.

Quamobrem, Supremus Societatis Verbi Divini Moderator congruum iudicavit a Sancta Sede postulare ut Philosophico-Theologicum Institutum in ecclesiasticam Facultatem Sacrae Theologiae canonice constitueretur. Quod confestim gessit, omnia ostendens ad id iam in promptu esse, tum ad crebros vereque peritos Docentes quod attinebat, tum ad divitem Bibliothecam, ad recte ordinata Studiorum Programmata et ad cetera necessaria academica subsidia.

Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, pro comperto habito Episcopatum Iaponicum, in primis Ordinarium Nagoyaënsem, gravi huic incepto consensum praebuisse, et diligenti ac iterato examini subiectis futurae Facultatis academicis Statutis, petitionem benevole excipiendam censuit.

Quare Sacra eadem Congregatio, potestate ab Augusto Pontifice Ioanne Paulo div. Prov. Pp. II sibi concredita, in Dei Optimi Maximi gloriam Ecclesiaeque Iaponicae decus et incrementum,

FACULTATEM SACRAE THEOLOGIAE
in NAGOYAËNSI «NANZAN» UNIVERSITATE

hoc Decreto *in perpetuum* erigit atque erectam declarat, simul iubens ut eiusdem studiorum curriculum ad normam vigentis academicae Ecclesiae legis in tres continuos cyclos distinguatur, collato eidem Facultati iure academicos gradus respective Baccalaureatus, Licentiae specializatae (seu Magisterii) ac Doctoratus rite concedendi, ~ omnibus iuxta Apostolicam Constitutionem « Sapientia Christiana » adnexasquae « Ordinationes » ipsi agnitis tributisque iuribus honoribus privilegiis atque ofiiciis, quae Ecclesiasticis Facultatibus in catholico orbe constitutis competunt.

Sacrum idem Dicasterium Superiorem Generalem laudatae Societatis Verbi Divini erectae Facultatis Magnum Cancellarium nominat atque renuntiat, qui, iuxta oificia ac iura huiusmodi muneri inhaerentia,

ad normam Facultatis Statutorum et salvis Ordinarii loci iuribus, eidem Facultati invigilet, scientias disciplinasque in primis theologicas ac philosophicas ad normam academicae Ecclesiae legis docendas instanterque promovendas curet, orthodoxiam bonos mores atque ecclesiasticam disciplinam in Facultate tutetur, atque missionem canonicam vel docendi veniam omnibus singulisque Docentibus conferat auferatque.

Eadem, denique, Sacra Congregatio iis ad quos pertinet sollicite mandat ut doctrinalis formatio ac investigatio Japoniensium ac Orientalium culturarum indoli sapienter prudenterque accommodentur, ad veram quoque Ecclesiae imaginem praebendam, maxima impensa cura ut integritas servetur catholicae doctrinae.

Ceteris servatis de iure servandis, in primis peculiaribus Facultatis Statutis ab hac Sacra Congregatione approbatis ; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, d. xxv m. Martii, in Annuntiatione Domini, anno reparatae salutis **MCMLXXXIV**, Iubilaeo sacro.

VILLELMUS Card. **BAUM,** *Praefectus*

L. *B* S.

ffi Antonius Javierre Ortas, Archiep. tit. Metensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali :

Lunedì, 4 Giugno 1984, S. E. il Signor LINNAEUS STEPHEN KAUTA MSISKA, Ambasciatore del Malawi presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Sabato, 2 Giugno 1984, l'On. BENNET CAMPBELL, Ministro del Canada per gli Affari degli ex Combattenti.

Lunedì, 11 Giugno 1984, S. E. il Signor PIETER WILLEM BOTHA, Primo Ministro del Sud Africa.

Venerdì, 22 Giugno 1984, S. E. il Signor Luis ALBERTO MONGE, Presidente della Repubblica di Costa Rica.

Giovedì, 28 Giugno 1984, Sua Maestà JUAN CARLOS I, Re di Spagna, con Sua Maestà la Regina Sofia.

Giovedì, 28 Giugno 1984, S. E. il Signor WON-KYUNG LEE, Ministro degli Affari Esteri di Corea.

Sabato, 30 Giugno 1984, S. E. il Signor PIERRE MAUROY, Primo Ministro di Francia.

Da Martedì 2 Maggio a Venerdì 11 Maggio 1984, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Estremo Oriente, sostando a Fairbanks in Alaska; a Seoul, Kwangiu, Sorokdo, Taegu, Pusan in Corea; a Port Moresby e Mount Hagen in Papua-Nuova Guinea; ad Honiara nelle Isole Salomone ; a Bangkok, Phanat Nikhom, Sampran in Thailandia.

Sabato, 2 Giugno 1984, il Santo Padre si è recato in visita al Palazzo del Quirinale dal Presidente della Repubblica Italiana On. Sandro Pertini.

Sabato, **9** Giugno 1984, si è riunita nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla presenza del Santo Padre, la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

Da Martedì ***12*** Giugno a Domenica 17 Giugno 1984, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Svizzera, sostando a Kloten, Lugano, Genève, Fribourg, Kehrsatz, Fluèli, Einsiedeln, Luzern, Sion.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

7 marzo 1984. Le LL. EE. i Monsignori: Maurilio Jorge Quintal de Gouveia, Arcivescovo di Evora; Joseph Ti-Kang, Vescovo di Kiayi; — i Signori: Annalisa Aicardi; Paul Becher; John Bongomin ; John Coultas ; Gilberte Doumar ; Maria Cristina de Sà; Ramon Disgua; Patrick Durkin; José Feria; Thomas Han Hong-Soon; Gerald Hughes; Matt Knowlton; Marie Hélène Mathieu; Manuela Mattioli; Georges Menezes; Mary Ann Molinari; Monsengwo Nese Mobangolo; Patrice Ouamba; Rafael Serrano Castro; Michael Taylor; Stefan Wilkanowicz; Simone Zoundi, *Membri del Pontificio Consiglio per i Laici.*

20 » » S. E. Mons. Mario Brini, Arcivescovo titolare di Algiza, *Prelato del Sovrano Militare Ordine di Malta.*

13 aprile » I Monsignori : Antonio Gregnanin ; Romualdo Pasquarelli; Salvino Scicluna, *Giudici del Tribunale Regionale del Lazio.*

» » » Mons. Salvatore Paisano, *Capo ufficio nel Vicariato di Roma.*

15 maggio » S. E. Mons. Edouard Gagnon, Arcivescovo tit. di Giustiniana prima ; — i Monsignori : Alvaro Del Portillo; Michele Büro; Fernand Franck; Luigi Giussani; Joan Jarque Y Jutglar; — i Sacerdoti: Valerio Crivelli; Tom Connolly; P. John O'Brien, S. I.; P. Renato Perino, S. S. P.; Ettore Segneri, S. D. B.; — Suor Maria Cevolani, delle Figlie di S. Paolo; — i Signori Matteo Ajassa; Rüssel Shaw, *Consultori della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

» » » Le LL. EE. i Monsignori : Andrea Pangrazio, Arcivescovo-Vescovo di Porto e Santa Rufina; Gennaro

Prata, Arcivescovo di Cochabamba; Edmund Joseph Fitzgibbon, Vescovo tit. di Fordongianus; Joseph Mukwaya, Vescovo tit. di Ubada; — i Monsignori: Jesús Irigoyen; Wilhelm Schätzler ; — i Sacerdoti : Francesco Oeriotti ; John Ooleman; Alojzy Orszulik, S. A. 0. ; James P. Eoache; — i Padri: Enrico Baragli, S. I.; Patrick Oasserly, S. M.; Rafael De Andrés y Juan, S. I. ; Ambros Eichenberger, O. P.; Franz-Josef Eilers, S. V. D.; Roberto Tucci, S. I.; — i Signori: James Oantwell; Jean Gélamur, *Consultori della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali « in aliud quinquennium ».*

16 maggio 1984. Le LL. EE. i Monsignori: Ronald Bär, Vescovo di Rotterdam; Jean-Baptiste Bui-Tuan, Vescovo tit. di Tabuna; Boaventura Kloppenburg, Vescovo tit. di Vulturara ; Teodoro Bacani, Vescovo tit. di Gauriana;— mons. Carlos Manuel De Céspedes ; — Can. Ramón Arnau García ; — i Sacerdoti : Ricardo Ferrara ; Theophilus Okere ; — i Padri: Michael Amaladoss, S. I. ; Salim Bustros ; Leopold De Reyes, O. F. M. ; Angelo Lazzarotto, P. L.M. E. ; Edward Malloy, C. S. C. ; Bartolomeo Sorge, S. I. ; William Wallace, O. P.; — i Signori: Johann Figi; Ulla Gripenberg; Iwao Munakata, *Consultori del Segretariato per i non credenti.*

» » » I Sacerdoti : John Gaine ; Josef Majka ; — i Padri : Hervé Carrier, S. I.; Georges Cottier, O. P.; Jaime Velez Correa, S. L, *Consultori del Segretariato per i non credenti « in aliud quinquennium ».*

18 » » D. Angelo Amato, S. D. B.; — i Padri: Frans Bouwen, P. A.; Kilian McDonnell, O. S. B.; Felix Neefjes, O. F. M.; Bernard Sesboüé, S. L ; Albert Vanhoye, S. I.; — Suor Joan Delaney (delle Suore di Maryknoll), *Consultori dei Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

» » » Mons. Carlo Ghidelli; — i Sacerdoti: Dennis P. Corbishley ; John Hotchkin ; Walter Kasper; John F. Mutiso-Mbinda ; Dimitrios Salachas; Pere Tena; — i Padri: André de Halleux, O. F. M. ; Ignacio Díaz de León, M. Sp. S. ; Bernard Dupuy, O. P.; Joseph Fitzmyer, S. L; Eduard Huber, S. I.; Emmanuel Lanne, O. S. B.; Roger Le Déaut, C. S. Sp.; Magnus Löhrer, O. S. B.; Francis Moloney, S. D. B.; Thomas Stransky, C. S. P.; Jean-Marie Til-

lard, O. P.; Roberto Tucci, S. I.; — le Sig.e Haiina Bortnowska; Rosemary Goldie, *Consultori del Segretariato per V Unione dei Cristiani n in aliud quinquennium.».*

22 maggio 1984. S. E. Mons. Cándido Rubiolo, Arcivescovo di Mendoza; — la Sig.ra Claire Ada Chibesákunda, *Memori del Pontificio Consiglio per i Laici.*

23 » » L'E.mo Signor Cardinale Bernardin Gàntin, Prefetto della Sacra Congregazione per i Vescovi, *Memoro della Commissione Cardinalizia per i Pontifici Santuari di Pompei, Loreto e Bari.*

24 » » P. Leonard Boyle, O. P., *Prefetto della Biblioteca Apostolica Vaticana.*

» » » . P. Joseph. Metzler, O. M. I., *Prefetto dell'Archivio Segreto Vaticano.*

» » » Mons. Martino Giusti, Arcivescovo tit. eletto di Are di Numidia, *Prefetto emerito dell'Archivio Segreto Vaticano.*

26 » » L'E.mo Signor Cardinale Sebastiano Baggio, del Titolo della Chiesa Suburbicaria di Velletri, *Patrono e Suo Rappresentante presso il Sovrano Militare Ordine di Malta.*

29 » » Mons. Salvatore Nicolosi; — i Padri: Cristoforo M. Bove, O. F. M. Conv. ; Gervais TJumeige, S. I. ; Lázaro Iriarte, O. F. M. Capp. ; Manuel Ruiz Jurado, S. I.; Stjepan Krasîc, O. P.; Roberto Moretti, O. C. D. ; Bruno Secondin, O. C. ; Thomas Spidlîk, S. I.; — il Prof. Pietro Borzomati, *Consultori della Sacra Congregai zione per le Cause dei Santi.*

30 » » Le LL. EE. i Monsignori: Henryk Gulbinowicz, Arcivescovo di Wroclaw; Oskar Saier, Arcivescovo di Freiburg im Breisgau, *Membri Vescovi diocesani della Sacra Congregazione per il Clero a norma del «Pro comperto sane-».*

7 giugno » Mons. Basil Meeking e Mons. Eleuterio Francesco Fortino, *Delegati nel Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

27 » » Il Sac. Francesco Camaldo, *Cerimoniere Pontificio.*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18 novembre 1983. Al sig; Domenico Latrecchia (Tursi).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

5 febbraio 1982. Al sig. Trimolyouo *(Indonesia).*
8 novembre 1983. Al sig. Alfred Klose (Wien).
» » Al sig. Heinrich Schneider (Wien).
12 » AI sig. Vilhelm Betteckem (Essen).
» » AI sig. Tadashi Moiya (Tokyo).
3 dicembre AI sig. Günter Sofsky (Mainz).
4 febbraio 1984 AI sig. Julio A. Torres Arrióla *(Guatemala).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

25 agosto 1983. Al sig. Günter Bachmann (Köln).
3 settembre » Al sig. Joannes Binkowski (Rottenburg-Stuttgart).
31 ottobre Al sig. Stefan Buckkremer (Aachen).
» » Al sig. Heinz Malangré (Aachen).
» » Al sig. Paul Schmitz (Münster).
12 novembre Al sig. Abdel Aziz Shawki Seif El Nasar *(Egitto).*
22 dicembre Al sig. Franz Peter Möhres (Rottenburg-Stuttgart).
4 gennaio 1984. Al sig. Mario Cavalli (Parma).
» » » Al sig. Lino Tedolfi (Parma).
13 » » Al sig. Bernard Stanislav Vienot *(Francia).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

10 agosto 1983. Al sig. Jorge Iglesias *(Cile).*

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

9 dicembre 1983. Al sig. Fazio Ciocci (Nocera Umbra-Gualdo Tadino).
1 febbraio 1984. Al sig. Giovanni Castaldo (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

6 luglio 1983. Al sig. Anton Musger (Graz-Seckau).
1 settembre » Al sig. Felix Maleakt (Brazzaville).
» ottobre » Al sig. Franciscus Choa-Ying Chang (Taipei).
4 » » Al sig. Herald Dreo (Eisenstadt).
31 » » Al sig. Paul Kraemer (Köln).
5 novembre » Al sig. Igino Magnatta (Milano).
8 » » Al sig. Carl Manned (Wien).
» » » Al sig. Norbert Keser (Wien).
» » » Al sig. Alfred Stroer (Wien).
10 » » Al sig. Nicola Di Biasio (Rieti).

10 novembre 1983. Al sig. Guerrino Di Paolo (Rieti).
» » » Al sig. Alessandro Bucci (Rieti).
» » » Al sig. Arnaldo Bucci (Rieti).
12 » » Al sig. Andrea Cefaly (Nicastro).
14 » » Al sig. Léon Paulus (Liège).
22 » » Al sig. Aldo Varaldi (Asti).
12 dicembre » Al sig. Alberto Manni (Forlì).
» » » Al sig. Domenico Pennacchio (Aversa).
4 gennaio 1984. Al sig. Carlo Arri (Asti).
17 » » Al sig. Vincenzo Ferro (Torino).
1 febbraio » Al sig. Francesco De Tomasso (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 agosto 1983. Al sig. Theodor Breider (Münster).
» » » Al sig. Wilhelm Weilinghaus (Köln).
26 » Al sig. Heinz Bosbach (Köln).
» » » Al sig. Herman Josef DorhHoff (Köln).
» » » Al sig. Johannes Jansens (Köln).
3 settembre » Al sig. Friedrich Weidend-Abendroth (Rottenburg-Stuttgart).
5 ottobre » Al sig. Servielus Baptista (Bombay).
15 » Al sig. Gerard Heiremans (Mechelen-Brussel).
31 » » Al sig. Kurt Malangre (Aachen).
» » » Al sig. Gottfried Porstner (Aachen).
» » » Al sig. Johannes Thull (Aachen).
» » » Al sig. Hans Tony (Rottenburg-Stuttgart).
1 novembre » Al sig. Carmine De Cesare (Ortona).
5 » » Al sig. Rudolf Hülshoff (Paderborn).
» » » Al sig. Ulisse Andreani (Orvieto).
8 » » Al sig. Raffaele Fraticelli (Chieti).
12 » » Al sig. Marcello Lanfranchi (Roma).
14 » » Al sig. Giorgio Russo (Roma).
22 » » Al sig. Dante Sabini (Fiesole).
9 dicembre » Al sig. Orlando Tiberi (Roma).
16 » » Al sig- Benito Severi (Forlì).
» » » Al sig. Luigi Bresciani (Forlì).
» » » Al sig. Giuliano Romano (Treviso).
» » » Al sig. Amedeo Ricci Bitti (Faenza).
20 » » Al sig. Giovanni Salvadori (Massa Marittima).
22 » » Al sig. Cupertino Gonzales (Puerto Ayacucho).
9 gennaio 1984. Al sig. José Maria Castano y Gómez Del Valle (Madrid).
» » » Al sig. Johannes Staab (Mainz).
28 » » Al sig. Theodor Rolle (Augsburg).

NECROLOGIO

3 giugno 1984. Mons. Charles de Provenchères, Arcivescovo emerito di Aix *(Francia).*

21 » » Mons. Pedro Shaw, Vescovo tit. di Crepedula.

22 » » Mons. Joseph Fady, Vescovo emerito di Lilongwe *(Malawi).*

25 » » Mons. Paul Maria Kinam Ro, Arcivescovo emerito di Seoul *(Corea).*

An. et vol. LXXVI 7 Augusti 1984 N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIO APOSTOLICA

AUREATENSIS - GUADUENSIS

Non nullis locis ab archidioecesi Manizalensi aliisque aut a Facatativensi Ecclesia aut a Barrancabermejensi seiunctis nova conditur dioecesis nomine Aureatensis-Guaduensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod iure Apostolica Sedes facere egregie consuevit, id bono animo ac fiduciae pieni protrahentes, in plura quidem consilia aut incepta incumbimus, inter quae et congruae dioecesium enumerantur divisiones novarumque. constitutiones, quae eo proprie spectant ut pastorale Episcoporum munus, ubilibet tempus necessitasque postulat, continenter ac prospere exerceri possit. Hac de causa, postquam Archiepiscopus Manizalensis, consulta Conferentia Episcopali Columbiana, ex consensu tum Episcopi Facatativensis tum Barrancabermejensis a Sancta hac Sede poposcit ut nova illic dioecesis constitueretur, nunc Nos, qui maxime cupimus ut in illa quoque regione <(populi Dei saluti quam perfectissime fieri potest ministretur » (cf. *CD,* 22) quique certo scimus idem propositum et in votis esse venerabilis Fratris Angeli Acerbi, Archiepiscopi titulo Zellensis atque Nuntii Apostolici in Columbiana Republica, eorum suppleto consensu quorum interest aut interesse censetur, de sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Car-

dinalium Sacri Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis praepositorum, quam ratam habemus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae haec statuimus quae sequuntur atque iubemus. E locis hucusque archidioecesis Manizalensis, et etiam ex aliis dioecesis Facatativensis aliisque Barrancabermejensis propriis, ea separamus, quae complectuntur municipia vulgo «Puerto Boyacá», «Puerto Triunfo», «La Dorada», « Puerto Salgar », « Guaduas », « Caparrapí », « Chaguaní », « Samaná », « Victoria », « La Palma », « Yacopí », « Marquetalia », Pensilvania et « Manzanares », simulque civilem distrahimus regionem cui nomen « Corregimiento de Montebonito » necnon plagam nomine « Inspección de Policía de San Miguel » vulgo denotatam ; iisque ex locis simul sumptis novam dioecesim condimus *Aureatensem-Guaduensem* appellandam iisdemque finibus circumscriptam, quibus memorata municipia civilesque regiones in praesentia definiuntur. Nova ergo dioecesis, in septemtriones spectans, tum dioecesi Barrancabermejensi tum Succursensi et Sancti Aegidii finitima erit; ad orientem vergens, tum dioecesim Chiquinquerensem tum Zipaquirensem tum Facatativensem attinget; ad meridiem archidioecesis Ibaguensis et dioecesis Girardotensis contiguae ei erunt; ad occidentem autem, confinis ipsa erit sive archidioecesi Manizalensi sive dioecesi Sonsonensi Rivi Nigri. At eiusmodi nova dioecesis, cuius sedem episcopalem in urbe « La Dorada» vulgo dicta esse iubemus cuiusque paroeciale templum ibi exstans Deoque dicatum in honorem B. M. V., quae « Nuestra Señora del Carmen » populari appellatione invocatur, gradu et honore Ecclesiae Cathedralis insignimus, suffraganea erit archidioecesi Manizalensi, cuius proinde Archiepiscopi iuri metropolitano Episcopum pro tempore Aureatensem-Guaduensem subicimus, officiis oneribusque quidem obstrictum sed iuribus etiam exornatum cuiusque Episcopi dioecesani propriis. Praeterea, quo aptius spiritali fidelium utilitati prospiciatur, etiam paroeciale templum Deo in honorem S. Michaelis Arcangeli sacrum, quod in urbe «Guaduas» exstat maiorisque est momenti, ad dignitatem Ecclesiae Concathedralis evehimus. Statim vero necesse est, ut in dioecesi hodie constituta Collegium Consultorum iure statutum instituatur, quod pro munere suo debitum novo Pastori ferat auxilium. Simul decernimus ut sive e Curiae emolumentis fideliumque stipibus, sive ex stipendio a civili Auctoritate persolvendo, necnon ex iusta ad normam can. 122 C. I. C. portione bonorum Ecclesiarum, unde est orta nova dioecesis, huius mensa episcopalis consequatur aequa ac decora, quae vulgo ((Mitra » appellatur. Tum iuris communis normae tum regulae

a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica statutae et in Seminarii dioecesani aedificatione et in sacrorum alumnorum formatione omnes serventur; selecti tamen tirones philosophicis et theologicis disciplinis instruendi, aut clerici qui sua sint studia completuri, ad Pontificium Collegium Pium Latinum Americanum mittantur in Urbe Roma situm. Hoc porro praecipimus, ut de regimine novae dioecesis eiusque bonorum administratione, de Administratore dioecesano sede vacante eligendo deque fidelium oneribus atque iuribus, necnon de aliis id genus adamussim sacri canones observentur. Lege deinde sancimus ut, per constitutionem dioecesis Aureatensis-Guaduensis ad effectum adductam, sacerdotes ei Ecclesiae adscripti censeantur intra cuius fines ecclesiasticum habent officium, reliqui presbyteri et Seminarii sacrorum alumni ei addicantur Ecclesiae, in qua legitimum habent domicilium. Omnia denique actorum documenta, quae aut ad novam Ecclesiam eiusve clerum aut ad fideles vel ad temporalia bona attinent, a Curiis dioecesium Manizalensis aut Facatativensis aut Barrancabermejensis ad Curiam memoratae novae dioecesis transmittantur, ut in condendo eius archivo bene asserventur. Omnia ultro, quae hic iubentes statuimus, venerabilis Frater Angelus Acerbi, quem diximus, exsequatur, a Nobis deputatus debitisque auctus facultatibus atque libertate id delegandi ad alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, imposito tamen onere curandi ut certa veraque actae exsecutionis litterarum exempla Sacrae Congregationi pro Episcopis mittantur. Quas Apostolicas Litteras Nostras nunc et in posterum tempus ratas esse volumus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undetricesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

BERNARDINUS Card. **GANTIN**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s.n.*

Loco gg Plumbi
In Secret. Status tab., n. 18U97.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servo Dominico Iturrate et Zubero Beatorum honores deferuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Instat sane vehementer Concilium Vaticanum II ut Religiosorum Institutorum Sodales « ad suas origines remeando », primigeniis suorum conditorum proposito, menti, atque charismati fidelitatem servent (cf. *P. C.* 2). Si quis autem terrenum iter Venerabilis Viri Dominici Iturrate et Zubero inspiciat, deprehendet sane eo tempore, quo ille vixerit, ante nempe actum Concilium, ita fuisse eum a divino Spiritu instinctum ac motum, ut ad meram tum Ordinis SS. Trinitatis, cuius filius fuit, tum initi sacerdotii rationem vitae genus direxerit. Natus est autem Venerabilis Vir in pago vulgo Biteriño, qui est Dimensis municipi vicus, in regione Vasconica dioecesis Victoriensis situs, die undecima mensis Maii, anno MDCCCCI; est autem proxima die Baptismi aquis ablutus, indito Dominici nomine. Suo vero tempore est simul sacra Eucharistia refectus simul divino chrismate inunctus; illam anno MDCCCCXI primum accepit, hoc est anno MDCCCCXIII initiatus. Horum autem Sacramentorum gratia suffultus, item piissimorum parentum institutione formatus (vocabantur autem hi Simon et Martha), mature pueri animus ad pietatem inclinavit; atque, ut par est, etiam ofiicia omnia filiorum ac discipulorum propria, summa semper religione tuitus est. Cum autem Dominicus decimum quartum aetatis annum ageret, inter adspirantes ad Ordinem SS. Trinitatis, qui Algortae degebant, exceptus est, in quo domicilio tribus actis annis, ad Cantabricum coenobium, seu Sanctuarium vulgo ((Bien Aparecida » missus est ; ubi prima, id est simplicia vota, die quarto decimo Decembris, anno MDCCCCXVIII, nuncupavit. Post haec praepositi Moderatores ad singulare eius ingenium respicientes indolemque bonam, eum mitti Romam curarunt, in coenobium videlicet S. Caroli ad quattuor fontes, ut studia philosophiae atque sacrae theologicae in Pontificia Universitate Gregoriana absolveret; ibique felicissimo exitu lauream philosophiae consecutus est, die tertio mensis Iulii, anno MDCCCCXXII. Die autem tertio et vicesimo Octobris, eodem anno, sollemnibus votis susceptis, Deo se totum, quasi mancipium, addixit. Tandem die nono

mensis Augusti, anno Sancto MDCCCCXXV, est optato sacerdotio initiatus; atque mox doctoris^ gradum ob sacrae theologiae prudentiam adeptus est, magna sane laude. Quo confecto curriculo, studiis quodammodo fastigium imposuit. Ceterum, qui tantopere in studiorum campo progressus erat, extremas etiam virtutis metas tenuit, ut Processuum Canonicorum paginae produnt. Vix autem in numerum sacerdotum adscriptus est, et petiit statim in benefici loco alacer Dei Servus ut Missioni cuidam destinatus, ad longinquos populos mitteretur, in quam rem suopte ingenio propendebat : optabat enim valde christianum nomen proferre, fidem propagare, mysteriaque religionis nostrae, maxime SS. Trinitatis, expertibus aperire. Sed heu ! evasit iucundissimum somnium illud inane, alia prorsus disponentibus Moderatoribus eius. Qui profecto hinc infirmae valetudinis, hinc ingenii ac pietatis eius ratione habita, sane excellentium, magistrum philosophiae ac sacrae Theologiae eum nominarunt. Neque tamen et haec res feliciter cessit. Nam gravi morbo implicito. Dominico in Hispaniam cedendum fuit, in coenobium scilicet vulgo Belmonte cognominatum, in Conchensi dioecesi. Sed est ibi, brevi, malo consumptus, ac nonnullos post menses, doloribus acerbissimis fortiter toleratis, ex hac vitae statione sereno ore discessit, die septimo Aprilis, anno MDCCCCXXVII, vita cum morte commutata. Si vero nunc in eius vitam breviter inspiciamus, quadruplicem profecto deprehendemus eius sanctitatis indolem, utpote singulari pietate illustrem erga SS. Trinitatem, Christi Humanitatem, Eucharistiam, beatam Virginem Mariam, Christi Matrem, quam ceu filius semper adamavit. Non ergo mirum, si ita affectus, de ultimi morbi gravitate certior factus, in hostiae similitudinem, voluntati Dei quam aequissime morem gesserit per haec verba : « Quam sollerter me ad religionem SS. Trinitatis propagandam comparaveram ! ». Item pari ac sincero amore est Dei Famulus Christi Humanitatem persecutus. Quare aiebat : « Oportet nos per Mariam ire ad Christum, mediatorem nostrum, eosque admodum diligere : Redemptorem nostrum, inquam, in sancta ipsius Humanitate, simulque Mariam, eius Matrem. Ambo enim iter docebunt ad intimam cum beatissima Trinitate coniunctionem ». Praeterea beatus Dei Servus Christum, in Eucharistia latentem, pura fide amare novit; neque hac vel illa occasione, sed semper. Nam adhuc puer in deliciis habebat sacris interesse, atque Christi Corpore pie sancteque vesci. Postquam autem religionem Ordinis SS. Trinitatis professus est, maxime vero adepto sacerdotio, eius sane pietas atque devotio erga tantum Sacramentum valde accrevit, ceu rivus aquis pluvialibus auctus. Quae etiam

causa est, cur proprio nomini appellationem « a Sanctissimo Sacramento » iunxerit, iuxta quam et vixerit, insignis Eucharistiae cultor. Praecessit etiam religiosissimus Vir ob amorem in castissimam Virginem, in quam nimirum non sensu quodam mobili et incerto ferebatur, sed e consideratione divinae illius maternitatis et dignitatis; eiusque dilectione tam rapiebatur, ut aliquis in Processu Canonico testis, idemque olim eius condiscipulus, testatus fuerit : « Amabat beatissimam Virginem ceu Matrem alteram, sic ut sermones quos de illa serebat ostendunt ». Neque praetereunda est eius inviolata propriorum officiorum fides, quorum semper custos integerrimus fuit ; adeo ut voto se obstrinxerit id semper eligendi quod absolutissimum esset. Nemo vero mirabitur si, qui tam praeclaris virtutum exemplis et christianae pietatis documentis effulsisset, cum domi, tum etiam in Ordine, is sanctitatis fama adhuc vivens inclaruerit. Quae cum, vix eo mortuo, magis in dies percrebruisset, Deusque supernis signis confimare visus esset, Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta est. Atque post Processus episcopali potestate instructos in Curiis Victoriensi (annis MDCCCCXXVIII-MDCCCCXXXI), Conchensi (a. MDCCCCXXXI), et per rogatorias Litteras apud Urbis Vicariatum (annis MDCCCCXXXII-MDCCCCXXXVI), Causa apud apostolicam Sedem, probante Pio XII, Decessore Nostro, die undetricesimo Maii, a. MDCCCCLVIII, introducta est. Deinde rite adornati sunt Processus auctoritate apostolica super virtutibus in specie eiusdem Famuli Dei apud Curias Flaviobrigensem (annis MDCCCLIX-MDCCCLXI) et Conchensem (annis iisdem). Quibus rite instructis ac recte absolutis, Ipsimet declaravimus Famulum Dei vitam exercuisse virtutes théologales et cardinales; quod peculiari decreto factum est die undecima mensis Octobris, anno MDCCCCLXXX. Die praeterea quarto decimo Maii, hoc anno, in ea sanatione quam Deus intercedente Dominico a SS. Sacramento operatus est, veram miraculi indolem cognovimus. Die denique ad beatificationem statuto, hoc nempe, in Area S. Petri Romae, sollemniter litantes, haec verba ediximus : «Nos, vota fratrum nostrorum Salvatoris Pappalardo, Archiepiscopi Panormitani, Aloisii de Larrea y Legarreta, Episcopi Flaviobrigensis, et Conradi Ursi, Archiepiscopi Neapolitani, necnon plurium aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Iacobus Cusmano, Dominicus a SS.mo Sacramento et Ieremias de Valachia, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum

die ipsorum natali : Beati Iacobi Cusmano die decima quarta martii, Beati Dominici a SS.mo Sacramento septimo aprilis, Beati Ieremiae de Valachia die quinta martii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti». Quae vero per has Litteras constituimus, firma esse et fore volumus, contrariis nihil, obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx Octobris, anno sacro MDCCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Doco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 124988.

II

Ecclesia S. Apollinaris in Urbe ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad honorandam memoriam Sancti Apollinaris episcopi et martyris Ravennae civitatis saeculo septimo Romae in regione Campi Martii templum erectum est insigne sane ratione architectonicae structurae sive historiae sive praesertim necessitudinis cum Armena Ecclesia, cuius martyres ibi peculiari veneratione coluntur. Quod quidem templum praecipua cura prosecuti sunt Romani Pontifices, qui praerogativis Stationis Quadragesimalis, Tituli Cardinalitii et Collegii Canonicorum illud decoraverunt. Hoc ipsum templum, postquam Summus Pontifex Gregorius XIII Collegio Germanico-Hungarico eius cultum concredidit, magnam nominis famam adeptum est ob liturgicarum caerimoniarum spendorem et ob perfectionem in cantu sacro exsequendo. Quae quidem nobilissimae traditiones minime cessaverunt, cum subinde ecclesia Sancti Apollinaris una cum adiunctis aedibus concessa est in usum Seminarii Romani et Seminarii Piani ; immo incrementum susceperunt ex eo videlicet quod apud continentes domus sedes studiorum sacrarum est collocata. In pulchro huius ecclesiae sacello exstat imago Deiparae Virginis udo depicta, cui postea titulus Reginae Apostolorum est inditus quaeque summa pietate colitur. Sub materno ipsius patrocinio ad pietatem, ad scientiam et ad discipinam exculta sunt crebra agmina sacerdotii candidatorum, quorum in numero hodie quoque plurimi sacerdotes recen-

sentur qui curam animarum gerunt quique in supremos ecclesiasticae dignitatis gradus sunt evecti, Eminentissimus Cardinalis Hugo Poletti, Noster ipse in Urbe Vicarius, nuper Nobis exhibuit postulationem sacerdotum cultui huius sacrae aedis addictorum ut eadem titulo Basilicae Minoris decoraretur. Cui petitioni Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino assensum praebuit. Nos autem vestigiis insistentes Decessorum Nostrorum ac peculiare benevolentiae testimonium proferre volentes erga hoc templum, ubi memoria celebrabitur hoc volvente anno consecrationis episcopalis Decessoris Nostri Sancti Pii X quae ibi abhinc saeculum habita est, libenter votis Nostri Venerabilis Fratris ac fidelis Adiutoris obsecundamus. Apostolica igitur auctoritate Nostra ad dignitatem Basilicae Minoris evehimus ecclesiam S. Apollinaris in Urbe eique concedimus omnia privilegia quae ad ecclesias pertinent hoc titulo decoratas. Fore porro confidimus ut, aucto sic huius templi honore, pariter augeatur pietas erga Deiparam Virginem et Sanctorum cultus quorum memoriam in ea frequentatus Iubemus praeterea quaecumque statuantur Decreto « De titulo basilicae minoris » die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII foras dato eadem fideliter servari. Contrariis rebus quibuslibet neutiquam obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die xvi mensis Martii anno MCMLXXXIV Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 128118.

EPISTULA

De Christifidelibus in Libano degentibus.

A TOUS LES PATRIARCHES, ARCHEVÊQUES ET EVÊQUES DE L'EGLISE CATOLIQUE.

Chers Frères dans Vépiscopat,

Les grands mystères de notre salut que nous venons de célébrer ces jours derniers nous ont rappelé à quel prix nous avons été rachetés par le Christ «livré pour nos fautes et ressuscité pour notre justification y).[1] L'Eglise tout entière a chanté son « Alleluia », joyeuse de

[1] *Rm* 4, 25.

se savoir porteuse du message de vie et d'espérance que Pâques propose à l'humanité.

Mais la conscience de la victoire du Christ sur les ténèbres rend encore plus vive notre préoccupation de savoir tant de nos frères toujours affrontés au mal sous toutes ses formes, en particulier à la guerre et à ses terribles conséquences. C'est pourquoi mon cœur s'étreint à la pensée du drame que, depuis dix ans maintenant, vit le Liban.

Le Liban est aujourd'hui un objet de souffrance pour le monde et pour l'Eglise, car des frères en humanité y souffrent et regardent avec angoisse l'avenir. Je viens d'adresser à tous les Libanais un Message dans lequel j'ai tenu à redire ma confiance dans le Liban et en tous ses citoyens désireux de donner naissance à un pays à la fois nouveau et fidèle à son précieux patrimoine spirituel.

Ce Message, je désire qu'il devienne celui de toute l'Eglise, et c'est pourquoi je le soumets à votre considération, Vénérables Frères, pour que vous le fassiez connaître à vos communautés, qu'il alimente la prière et fasse réfléchir tous les hommes amis de la paix et de la vérité sur le drame d'un peuple qui a trop longtemps souffert de la violence.

Comme chrétiens, nous ne pouvons qu'être artisans de paix, de cette paix que chantent les Béatitudes, de cette paix à la fois don et tâche qui est l'œuvre de chacun.

Mais cette solidarité devient un devoir plus impérieux encore quand ceux qui souffrent sont aussi des frères chrétiens. Ils doivent savoir que nous partageons spirituellement leur sort en ayant conscience que nous appartenons à une même famille. Nous ne les oublions pas. Bien plus, nous comptons sur eux, et sur leur présence dans un Liban démocratique, ouvert aux autres, en dialogue avec les cultures et les religions, qui est seul capable de survivre et d'assurer leur existence dans la liberté et la dignité. En outre, le développement de la chrétienté au Liban conditionne la présence des minorités chrétiennes au Moyen-Orient : de cela le Pape et l'Eglise universelle sont conscients. Chaque communauté chrétienne de par le monde voudrait sans doute apporter sa propre contribution à la sauvegarde de ces Eglises orientales qui ont été le berceau de notre foi et à qui nous devons tant : elles peuvent compter sur l'appui moral et spirituel de l'Eglise catholique tout entière.

C'est la raison pour laquelle, Vénérables Frères, je vous invite à

prier et à faire prier pour nos frères chrétiens libanais : qu'ils aient le courage de croire en l'avenir et donc qu'ils se resserrent toujours davantage autour de leurs Evêques pour porter en Eglise le nom de Dieu à leurs concitoyens. Dans un Liban encore en proie à des divisions et à des exclusives de toute sorte, il est primordial que la communauté chrétienne apparaisse comme ferment d'unité et de réconciliation.

Prions aussi pour nos frères les Libanais non chrétiens qui ont écrit avec leurs concitoyens professant la foi au Christ l'histoire du Liban, terre de rencontre et de dialogue. Comment des hommes vivant sur la même terre et se reconnaissant fils d'un même Dieu ne finiraient-ils pas par dépasser les tristes épisodes de violence et de vengeance pour regarder ensemble vers un avenir à construire? Quel désastre pour le monde si les uns et les autres en venaient à s'exclure au nom de la religion ! Pour leur part, les chrétiens du monde arabe se sont toujours sentis chez eux dans cette région où ils ont contribué à la diffusion d'un message de culture et de progrès dont tous ont été les bénéficiaires.

Prions enfin le Seigneur pour qu'il inspire les amis du Liban à travers le monde, en particulier ceux qui assument des responsabilités au niveau des décisions politiques. Que personne ne cède à la lassitude mais que tous soient disposés à continuer à aider le Liban à retrouver sa physionomie originale ! Tous ceux qui aiment ce pays doivent aider les Libanais à le reconstruire par leurs propres efforts, autour des légitimes autorités : cela ne peut advenir que si chacun est prêt, au Liban et ailleurs, à sacrifier ses propres intérêts pour que triomphe le bien commun.

Ringraziamo Dio, dunque, oggi per tutto ciò che, a motivo di quest'anno giubilare, si è compiuto in ogni comunità, per tutto ciò che si è compiuto in ogni uomo. La Sede di Pietro ringrazia tutti i pellegrini, che l'hanno visitata in questo tempo sacro. Anch'essa è andata spiritualmente in pellegrinaggio presso tutti coloro che hanno udito la chiamata : « Aprite le porte al Redentore ».

E le porte dell'Anno Santo aperte nelle Basiliche romane, sono state aperte ovunque sono giunti i confessori di Cristo, affinché tutti potessero attingere « alle sorgenti della salvezza » ,[5] cioè all'abbondanza della sua Redenzione.

5. Oggi queste porte verranno chiuse, come vogliono la tradizione e lo stesso simbolismo del rito : ogni tempo forte conosce necessariamente dei ritmi. Ma proprio oggi, una volta per sempre, è stata aperta la porta al sepolcro di Cristo ! Egli che è la Risurrezione e la Vita[6] non accetta la pietra sepolcrale, e non conosce porte chiuse.

6. Pertanto, nel nome della risurrezione, mentre la pietra vien rotolata via dal sepolcro del Signore, noi chiudiamo la Porta Santa del Giubileo straordinario, affinché non si cessi mai di gridare : Aprite le porte al Redentore. Cristo è risorto e sta davanti al cuore di ogni uomo, chiedendo di entrare : « Ecco, sto alla porta e busso. Se qualcuno ascolta la mia voce e mi apre la porta, io verrò da lui, cenerò con lui ed egli con me».[7]

Si aprano a Cristo le porte del cuore dell'uomo, che rimane per se stesso un incomprensibile enigma, («l'uomo, questo sconosciuto»), finché Cristo non viene ad illuminarlo.

Aprite, o uomini, le porte al Redentore ! Apritegli le porte delle famiglie e di ogni ambiente umano, le porte delle società, delle nazioni e dei popoli ! Apritegli le porte di questa nostra difficile età contemporanea, di questa civiltà dai crescenti contrasti :

— nella quale si combattono l'ardente desiderio della pace e la febbrile preparazione dei mezzi distruttivi di guerra;

[5] *Is* 12, 3.
[6] Cfr. *Gv* 11, 25.
[7] *Ap* 3, 20.

— nella quale si combattono la ricchezza che viene dal progresso materiale e tecnico e l'estrema penuria e indigenza pagata con la morte per fame e per sete di milioni di bambini, di uomini e di donne;

— nella quale si combattono l'universale desiderio della dignità dell'uomo e dei suoi diritti e la violazione degli stessi diritti, fino alle brutali forme di prepotenza e di violenza, di oppressione delle coscienze, delle torture e del terrorismo;

— nella quale si combattono gli sforzi miranti a garantire e a prolungare la vita umana, e la distruzione di questa stessa vita in diverse forme, che non risparmiano i non-nati e i sofferenti che ancora hanno respiro di vita;

— nella quale si combattono la speranza alimentata dalle meravigliose conquiste della scienza e della tecnologia e la disperazione suscitata dalla prospettiva degli usi nefasti che, in ogni campo; l'uomo è tentato di farne.

7. Aprite, dunque, a Cristo le porte della nostra difficile età moderna, di questa civiltà dai crescenti contrasti; permettetegli di innestare in essa la Eedenzione e la civiltà dell'amore.

Verrà il giorno in cui quest'impresa sarà definitivamente compiuta: Chi crede, lo sa: su Cristo infatti la morte non ha avuto l'ultima parola. Risorgendo, Egli ha trionfato su di essa e sul peccato. Ne ha trionfato anche per l'uomo, nella cui carne è morto e risorto. All'uomo, a tutti gli uomini, Egli vuole comunicare la vita conquistata sulla Croce. Dall'uomo da tutti gli uomini, Egli attende la libera adesione di un cuore purificato nell'esperienza del pentimento e del perdono. Si aprano i cuori umani ad accogliere il dono di Cristo! Si lasci al Redentore di guidare l'umanità verso un futuro migliore al di là della soglia che separa il secondo dal terzo Millennio.

8. **O** Cristo! Crocifisso e Risorto! Ti ringraziamo] Ti chiediamo perdono:

— per ogni male, che si afferma nel cuore umano e nel mondo;

— per ogni bene trascurato in questo Anno Santo della Redenzione: ti chiediamo perdono!

Ti adoriamo nella tua risurrezione! Come l'Apostolo Tommaso, che all'inizio non credette alla tua risurrezione, tocchiamo i segni della

nostra Redenzione sulle tue mani, sui tuoi piedi, nel tuo costato, mentre con viva fede esclamiamo: « Mio Signore e mio Dio! ».[8]

Accogli questo grido: questo messaggio pasquale della Chiesa. Che esso risuoni con una vasta eco nei saluti di gioia pronunciati nelle diverse lingue, nelle quali i tuoi seguaci per tutto l'orbe terrestre professano e proclamano la fede nella Risurrezione.

Summus Pontifex nuntium Resurrectionis D. N. Iesu Christi quadraginta quattuor linguis adhibitis dedit.

[8] *Gv* 20, 28.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 6 Martii 198^. — Titulari episcopali Ecclesiae Gaurianensi R. D. Theodorum Bacani, hactenus professorem in seminario maiori archidioecesis Manilensis, quem deputavit Auxiliarem Archiepiscopi eiusdem archidioecesis.

die 31 Martii. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Patricii H. Cronin, SS. C. M. E. Archiepiscopi Cagayani, Exc.mum P. D. Salvatorem Tuquib, hactenus Episcopum Pagadianensem

*die **4** Aprilis.* — Cathedrali Ecclesiae Fernensi Exc.mum P. D. Brendanum Olivarium Comiskey, Congregationis Sacrorum Cordium Iesu et Mariae sodalem, hactenus Episcopum titularem Thibilitanum.

die 8 Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Bituricensi Exc.mum P. D. Petrum Plateau, hactenus Episcopum titularem Gunelensem.

die 17 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Eystettensi R. D. Carolum Henricum Braun, Canonicum Capituli Cathedrali Augustanae Vindelicorum.

*die **24** Aprilis.* — Titulari episcopali Ecclesiae Abercorniensi R. D. Ioannem Aloysium Mone, Vicarium Episcopalem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Thomae Winning, Archiepiscopi Glasguensis.

die 9 Maii. — Metropolitanae Ecclesiae Compostellanae Exc.mum P. D. Antonium Rouco Várela, hactenus Episcopum titularem Gergitanum.

die 19 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Anneciensi Exc.mum P. D. Hubertum Barbier, hactenus Episcopum titularem Nozensem.

die 21 Maii. — Coadiutorem Em.mi P. D. Pauli S. R. E. Cardinalis Gouyon, Archiepiscopi Rhedonensis, Exc.mum P. D. Iacobum Jullien, hactenus Episcopum Bellovacensem.

Titulari episcopali Ecclesiae Lambaesitanae R. D. Marianum Jaworski, Rectorem Pontificiae Academiae Theologicae Cracoviensis, quem constituit Administratorem Apostolicum ad nutum Sanctae Sedis territorii vacantis archidioecesis Leopolitanae Latinorum intra civiles fines Poloniae exstantis.

die 2k Maii. — Cathedrali Ecclesiae Sancti Iosephi in Insulis Philippinis, noviter erectae, R. D. Florentinum Cinense, hactenus Vicarium Generalem dioecesis Cabanatuanensis.

die 16 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Litori Palmensi noviter erectae, Exc.mum P. D. Thomam Daily, hactenus Episcopum tit. Bladiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Venetiarum in Florida, noviter erectae Exc.mum P. D. Ioannem Nevins, hactenus Episcopum tit. Rusticianensem.

die 27 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Alexanensi R. D. Ferdinandum Giraldo Jaramillo, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Darii Castrillón Hoyos, Episcopi Pereirani.

die 9 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Iquiquensi R. P. Xaverium Prado, Congregationis SS. CC. sodalem, Vicarium Episcopalem pro Educatione Catholica ih dioecesi Vallis Paradisi.

die 9 iulii. — Cathedrali Ecclesiae Gariensi, Exc.mum P. D. Norbertum Gaughan, hactenus Episcopum tit. Taraquensem.

die 17 Iulii. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Patricii Lennon, Episcopi Kildariensis et Leighliensis, R. D. Laurentium Ryan, Vicarium Generalem eiusdem dioecesis.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

ANICIEN.

Canonizationis Servi Dei Fratris Polycarpi Gondre (in saeculo: Ioannis Hippolyti), III Superioris Generalis Congregationis Fratrum Instructionis Christianae a S. Corde Iesu.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Dominus Iesus, unicus magister (cfr. *Mt* 23, 8), continuans et perficiens miram institutionem, quam Deus sine intermissione in Vetere Testamento perseveravit, operibus et doctrina nos edocuit mysteria Regni caelorum et viam ad idem Regnum, voluitque de fonte semper prosiliente sapientiae suae et amoris etiam pueros et iuvenes haurire eosdemque fieri novas creaturas ; nam dixit : « Sinite parvulos venire ad me et nolite eos vetare, talium est enim Regnum Dei » *(Lc* 18, 16) ; quin etiam alias addidit : « Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in Nomine meo, me recipit» *(Me* 9, 37).

Eam ob causam inde ab initio Ecclesia, « columna et fundamentum veritatis» *(1 Tim* 3, 15), mater et magistra in adducendis animis ad Christum (cfr. Conc. Oec. Vat. II, Decretum de Presbyterorum ministerio et *vita, Presbyterorum Ordinis,* 6), in exsequendo mandato a suo divino Institutore sibi dato, nuntiandi nimirum salutem omnibus hominibus, curam egit de christiana puerorum et iuvenum institutione, ut faveret apto eorum morum et intellectus progressui eosque faceret homines vere liberos, cum vita societatis bene coniunctos, strenuos testes veritatis et mortis atque resurrectionis Domini et denique cives Ierusalem novae (cfr. *Ap* 21, 2 ss). Etenim «vera educatio prosequitur formationem personae humanae in ordine ad finem

eius ultimum et simul ad bonum societatum, quarum homo membrum exstat et in quarum officiis, adultus effectus, partem habebit» (Conc. Oec. Vat. II, Declaratio de educatione christiana, *Gravissimum educationis,* 1). Ex quo consequitur ut ad iuvenes, «qui spes sunt Ecclesiae» *(ib.* 2), spectet educatio christiana, ut discant Patrem adorare in spiritu et veritate (cfr. *Io* 4, 23), et suam vivere vitam secundum hominem novum in iustitia et sanctitate (cfr. *Eph* 4, 22-24), et fiant viri perfecti, in mensuram aetatis plenitudinis Christi (cfr. *Eph* 4, 13) sicque conferant ad eius mysticum corpus augendum.

Hac de causa Ecclesiae numquam defuerunt qui, caelitus sibi datos peculiari mandato, operosa et necessitatum hominum studiosa caritate moti, multimodis variisque adhibitis rationibus se traderent pueris et iuvenibus plane educandis, ita officia magni ponderis praestantes iisdem, necnon civili et ecclesiali consortioni. Et quia « inter omnia educationis instrumenta peculiare momentum habet schola» (Conc. Oec. Vat. II, *ib.* 5), non pauci viri et mulieres, saepe doctrina et virtutibus insignes, mentis et cordis divitias abunde et fructuose in eam impenderunt.

Merito in horum numerum adscribitur Servus Dei Polycarpus Gondre qui, temporibus duris et magnis eventibus tum civilibus cum politicis perturbatis, perfectionem caritatis" est consecutus, mirabiliter in se componendo laetam et fidelem consiliorum evangelicorum exercitationem ad sedulam puerorum educationem, fervidam et uberem vitam interiorem ad sapiens et magnanimum studium sui religiosi Instituti, quod amavit et cui adeo praesto fuit omnibus viribus, ut alter Institutor existimaretur.

Natus in parvo pago *Les Héritières* circa oppidum *La Motte-en-Champsur* intra fines dioecesis Vapincensis die 21 mensis Augusti anno 1801, Servus Dei baptizatus est eodem die et Ioannes Hippolytus appellatus. Iam a puero se ostendit docilem, ingeniosum, pium, probum per omnia, talisque esse perrexit constanti cura, etiam per iuventutem. Anno 1822 apud Academiam Gratianopolitanam iura publici ludimagistri rite capessivit, et, pro certo habens sanam, christianam et diligentem puerorum formationem magni esse momenti, scholam aperuit in municipio *La Motte,* seque detegit magistrum idoneum, omnino sui muneri deditum, et civium suorum bonam famam sibi comparavit. Cum studia sacerdotalia exercere non posset propter familiae paupertatem, et quamvis vehementer optaret vitam peculiaris

perfectionis in Christi imitatione, summi sanctitatis Exemplaris, statuit se totum Deo consecrare in Instituto laicali. Hinc, postquam hoc animo volutavit, precibus Deo adhibitis et consilio petito, die 27 mensis Iunii anno 1827 Lugduni ingressus est novensilem Congregationem Fratrum a S. Corde, quam Lugdunensis sacerdos Andreas Coindre anno 1821 instituerat ut consuleret institutioni, principiis christianis fundatae, puerorum, praesertim in ruribus et in vicis, et ut, quemadmodum Fratres Scholarum Christianarum S. Ioannis Baptistae de la Salle aliaeque Congregationes clericales et laicales, restitutioni christianae et sociali Galliae, quam magna rerum mutatio vastaverat, operam daret.

Die 16 mensis Septembris anno 1827 vestem religiosam sibi induit et nomen sumpsit fratrem Polycarpum; dein, fructuose duobus novitiatus annis peractis, die 26 mensis Septembris anno 1829 vota religiosa perpetua est professus. Laudabiliter est functus munere magistri novitiorum ; postea, clauso novitiatu per civilem commutationem anni 1830, nominatus est moderator scholae Valli prope Anicium, ubi non solum eminuit tamquam praeceptor et religiosus recti exempli, verum etiam septem annis, quos ibi degit, coetum novitiorum constituit, quos summa cura formavit. Anno 1835 est electus secundus minister Congregationis, et anno 1840 primus minister et rector generalis. In Capitulo anni 1841 Servus Dei, qui superioribus annis sua prudenti et constanti institutoris actione fundamenta iecerat restaurationis totius instituti, Superior generalis electus est in quinque annos. Cum suae Congregationis regimen suscepit, haec magnis difficultatibus conflctabatur, spiritalis discriminis et affiictae rei ramiliaris, quae sollicitudinis aliquid habebat, causa. Is, magna lenitate, tranquillitate, prudentia fortique voluntate curavit imprimis vitam Fratrum a Sacro Corde firmandam quod ad animos et ad mentes spectabat, disciplinam recreandam et mutuam religiosorum eorumque Superioris fiduciam redintegrandam. Ut haec proposita assequeretur, voluit cum unoquoque fratrum colloqui, nec sibi perpercit in visitandis variis domibus, ut ipse condiciones proprias cuiusque cognosceret, nec multas et efficaces epistulas circulares et singulares scribere praetermisit. Sodales, qui eum sincera fide amabant, indole eius simplici, constanti, limpida, benevolentissime et humanissima, spiritus supernaturalis plena, alliciebantur. Certus et gravis interpres spiritus Congregationis suae, paterna sollertia invigilavit novitiorum formationi, fuitque ei solacio auctus sodalium Instituti, adeo ut quotannis novas conderet domos. Guber-

nandi peritus, administris usus est aptis, sinceris et generosis. Cum nondum Congregatio Regulas certas et definitas haberet, is, sapientia, qua enitebat, instrumentis collectis et inspectis, quae manebant, necnon iis, quae usus docuerat, in conscribenda Statuta et Regulas incubuit, quae adprobata sunt in Capitulo anno 1846 habito. In eodem Capitulo Servus Dei, etsi invitus, iterum electus est, omnium consensione et quoad vixisset, Superior generalis.

Etiam altero regiminis sui momento, ante omnia frater Polycarpus semper providit ut suorum religiosorum spiritus formaret, atque habiles instrueret educatores, veros testes et credibiles distributores laudum,, seu « valorum » quos vocant, humanarum et christianarum ; solidos scholae servos et puerorum itemque apostolos : qui totis viribus contenderent ad perfectionem caritatis et ad gloriam Deo dandam, rebus caelestis Patris studerent et profectui sive doctrinae sive religionis hominum; qui pariter essent Ecclesiae fideles et suae ipsorum vocationi, sui immemores, spiritu evangelicarum beatitudinum imbuti, humiles, continentes, pauperes, casti, oboedientes, a mundi illecebris alieni, amantes vitae communis et religiosae disciplinae. Quamlibet nactus occasionem adhortabatur sodales ut prorsus Dei voluntati praesto essent, divinae Providentiae confiderent, prompto animo missionali flagrarent; impigre et ardenter Dominum eiusque Cor Sacratissimum et Eucharistiam atque Sanctam Virginem diligerent, et precationem, castigationem sui, Regulas, paenitentiam, fraternam caritatem, mutua officia ceterasque virtutes colerent et exercitarent, quae sunt fundamentum et robur vitae consecratae. Multiplicavit et perfecit laboriosas, sed utiles, domorum visitationes, quas ipse vidit crescere et propagari mirum in modum in Gallia et in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis; novitiatum duplicavit; Instituti leges etiam perfecit; cavit ut religiosi iura publicorum magistrorum rite capesserent, et, charismatum et ingenii uniuscuiusque observans, operam dedit ut in disciplina, quam mallet, quisque praecipue versaretur. Anno 1851, postquam omnia enixe et accurate praeparaverat, iuridicam adprobationem obtinuit suae Congregationis a Gallicis gubernatoribus. Inde auctoritas et gratia Fratrum a Sacro Corde amplificata est, quorum dotes institutorias et vitam religiosam non pauci laudabant : quae simul reddebant eximias dotes Servi Dei qui, divinum Magistrum imitando, qui «non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret *(Me* 10, 45), necessitates societatis cognoverat in qua vivebat et, cum sodalibus, hominibus aetatis suae exemplo

fuerat fidei exercitae et expressae per veram legis amoris exsecutionem. Eam ob causam firmiter credimus eum meritum esse Ecclesiae memoriam et perennem laudem. Sed maior etiam is nobis videtur ob splendidam virtutum perfectionem, quae tamquam gemmae fuerunt insertae religiosi tati, cuius caput et summa Christus fuit, nisae nempe amore Domini Iesu, qui per suum adorandum Cor, fontem vitae et sanctitatis, mundum participem fecit infinitae Dei misericordiae.

Frater Polycarpus, evangelicae perfectionis cupidus iam a iuventute, continenter progressus fecit in Christo sequendo et, sine conspicuis operibus, munera status sui implevit heroum modo, cotidie rectissime et humillime et candidissime vivendo pro charismate sui Instituti, nec aliud quam suam ipsius eorumque, qui eius curae commissi erant, sanctitatem persequendo. Regulae fuit studiosus, cuius omnia praecepta laeto animo et diligenti est exsecutus ; quin etiam omnimodo eius observantiam fratribus suis inculcabat; quibus per multos annos exemplo fuit fidei vehementis et ardentis, operosi apostolici ardoris, navae fidelitatis erga gratiam, filialis et industrii amoris in Dominum, summae alacritatis in proximum, spei Dei immensae, supernaturalis prudentiae in sua et Instituti sui moderatione; mirabilis interioris serenitatis, incredibilis patientiae et fortitudinis in difficultatibus et in rebus adversis : humanae firmitatis in consultis, attentae et ofliciosae cum fratribus collocutionis, cupidinis sui occultationis et castigationum; summae bonorum terrestrium despicientiae ; cordis et sensuum vigilis custodiae; sinceri obsequii erga quamlibet auctoritatem, praesertim ecclesiasticam; virtutum humanarum et religiosarum mxrae temperationis.

Servus Dei, cuius valetudo iamdiu infirmior erat et extenuata ob multos labores, quos erat aggressus in ministerio Fratrum a Sacro Corde, placide, fortiter et pie de vita decessit — uti semper vixerat — primo diluculo dominici diei, noni mensis Ianuarii anno 1859 in oppido *Paradis,* apud Anicium.

Quamvis frater .Polycarpus vivens et mortuus magnam, solidam et continuam famam sanctitatis consecutus esset in variis orbis terrarum partibus, eius causa beatificationis, ob rationes ab ea extraneas, nonnisi anno 1929 incepit instructo Processu Ordinario apud Curiam episcopalem Aniciensem. Annis 1940 et 1965 duplex Decretum editum est circa scripta Servi Dei. *Positio super Introductione Causas et super virtutibus* (anno 1968), quam curavit ex officio Sectio Historica Sacrae id temporis Rituum Congregationis, felici cum exitu est

disserta a Consultoribus Historicis die 13 mensis Novembris anno 1968; deinde, die 16 mensis Ianuarii Anno Sancto 1975, proditum est Decretum Introductionis Causae. Completa *Positione,* Consultores Theologi, in Congressu Peculiari qui die 4 mensis Iulii anno 1983 convenit, et postea Patres Cardinales, in Congregatione ordinaria die 24 mensis Ianuarii anno 1984 habita, relatore Cardinali Petro Paulo Philippe, agnoverunt fratrem Polycarpum Gondre heroum in modum exercuisse virtutes théologales, cardinales iisque adnexas.

De hisce omnibus per subscriptum Cardinalem Praefectum certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Sacrae Congregationis excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus conscriberetur.

Quod cum rite est factum, hodierna die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Petro Paulo Philippe, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, et Fortitudine eisque adnexis Servi Dei Polycarpi Gondre, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgum edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 17 Februarii, Anno Iubilaeo Redemptionis 1984.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

Ii. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

VERONEN.

Canonizationis Servi Dei Iosephi Nasçimbeni, Sacerdotis parochi, Fundatoris Instituti Parvarum Sororum a Sacra Familia.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Presbyteri, viva instrumenta Christi et Ordinis episcopalis cooperatores in inserviendo populo Dei, quandoquidem ipsius Christi personam gerunt eiusque nomine agunt, particulari gratia ditantur, ut Eius perfectionem aptius prosequi possint, cuius partes sustinent (cfr. Conc. Oec. Vat. II, Decretum de Presbyterorum ministerio et vita *Presbyterorum Ordinis,* 12). Itaque, <(ministerium Spiritus et iustitiae exercentes, dummodo docibiles Spiritui Christi qui eos vivificat et ducit, in vita spiritus firmantur. Per ipsas enim sacras actiones, sicut et per integrum suum ministerium, quod cum Episcopo et Presbyteris communicantes exercent, ipsi ad vitae perfectionem ordinantur. Ipsa autem sanctitas Presbyterorum ad proprium ministerium fructuose complendum plurimum confert» *(ib).*

Huic veritati, ab eodem Concilio Oecumenico enixe confirmatae (cfr. *ib.,* 12 ss.), fidem addunt vita et opera apostolica Servi Dei Iosephi Nascimbeni, qui iure est in bene merito numero eorum eximiorum sacerdotum qui, animis percepta arcana et suavissima voce «sequere me» *(Mt* 9, 9), omnibusque rebus relictis ut similes fierent Iesu Christi in sacerdotio ministeriali, saeculorum decursu in variis orbis terrarum partibus fortiter et fideliter mortem et resurrectionem et misericordem amorem Domini testificati sunt et se totos, laetos et humiles impendentes, cum Deo se consociaverunt in Ecclesiam aedificandam et in homines ducendos ad caelestem civitatem, cuius claritas est similis lapidi pretioso (cfr. *Ap.* 21, 11).

Servus Dei natus est Turribus ad Benacum, in orientali litore lacus Benaci amoeno pago, intra fines dioecesis Veronensis, die 22 mensis Martii anno 1851, ex Antonio Nascimbeni et Amidaea Sartori, non clari loci coniugibus sed christianae vitae ratione praestantissimis.

Alacri et festiva indole atque bona intellegentia et tenaci memoria donatus, a puero se ostendit insigniter ad pietatem et ad res Ecclesiae proclivem. Ludis litterarum peractis, Veronam missus est, ut gymnasii studia exerceret; ibique, diligenter re considerata multisque precibus Deo adhibitis, dilucide animadvertit se ad sacerdotium vocari; qua re anno 1869 clericali habitu se induit. In collegio acolythorum Ecclesiae cathedralis et in seminario dioecesano diligenter et utiliter est solida educatione humana et spirituali institutus ac sacerdotali disciplina eruditus. Ut igni cera obsequens factus divinae voluntati, rationibus stabilibus firmisque sacerdotium accepit die 19 mensis Martii anno 1874; deinde, magister ludorum elementariorum renuntiatus, missus est ad vicum *8. Pietro di Lavagno* appellatum, ut in schola eius loci doceret et parochi esset adiutor. Tres ibi annos egit, summo labore magnaque industria densos, per quos studiose et apte institit praesertim in puerorum mores corrigendos et doctrinam augendam, in iuvenes Oratorii custodiendos, in aegros visendos, in Dei verbi praedicationem, in sacramenta ministranda; cumque persuasum haberet ((inter omnia educationis instrumenta peculiare momentum habere scholam » (Conc. Oec. Vat. II, Declaratio de Educatione Christiana *Gravissimum Educationis,* 5), praeter operam educandi, ad quam intendebat in ludo elementario, gymnasium privatum instituit, quod frequentare possent tum qui sacerdotium petebant, tum iuvenes qui aliquam artem honeste profiteri cupiebant.

Anno 1877 sede mutatus, ad pagum *Castelletto di Brenzone* se contulit, ut munere magistri fungeretur in ludo elementario et munere vicarii cooperatoris parochi Donati Brighenti aetate grandioris, quocum concorditer laboravit eademque proposita persequens. Hoc vita defuncto, Servus Dei, iam omnibus carissimus et desideratissimus, die 6 mensis Octobris anno 1884 est nominatus parochus ecclesiae S. Caroli in pago *Castelletto* : quod officium administravit mirum in modum usque ad diem, quo de hac vita ad caelum migravit.

Per quadraginta quinque annos in ea communitate actos, quam tum circiter nongenti incolae constituebant, apostolicam navitatem explicavit multiplicem, subtilem, certam et aequabilem, indefatigabilem, inceptis et spiritualibus fructibus copiosam. Et opportune equidem fusius diceremus de rebus omnibus, quas mente concepit et ad effectum adduxit ad Dei Regnum dilatandum, sed hic nonnisi cursim et breviter possumus eas commemorare.

Quoniam «catechesi tradendae Ecclesia semper studuit ut uni e praecipuis muneribus sibi incumbentibus » (Ioannes Paulus II, Adhortatio Apostolica *Catechesi Tradendae,* 1: *AAS* [1979], 1277), Servus Dei maxime curavit christiana educatione et institutione pueros, adulescentes, iuvenes et adultos formandos, ut crederent Iesum esse Filium Dei et credentes vitam haberent in nomine eius (cfr. *Io* 20, 31) ; qua de re in sua pastorali industria eminentem locum institutio catechetica obtinuit et praedicatio, quam assidue, ordinatim impertíebat, et convenienter cum diversis populi ordinibus.

Similiter ac divinus Magister (cfr. *Lc* 18, 16), tenere et impense, praeter ceteros, pueros amavit, quos ad fidem educare studuit et ad firmam maturitatem spiritualem et ecclesialem dirigere; quin etiam, eorum factus amicus, in eorum humano civilique incremento iis aderat, nec pro iis, cum stipendia merebant, vigilare desinebat. Item iuvenes, « qui spes sunt Ecclesiae » (Conc. Oec. Vat. II, *Gravissimum Educationis,* 2), pastorem eum habuerunt amoris plenum, ad ipsorum negotia attentum, fortem, benevolum, et ad eius apostolicum ardorem studiose responderunt. Iis enim dixit : « Finché avrò un filo di vita io faticherò sempre per i giovani, perché so che dai giovani sperano ogni bene la religione, la famiglia, la patria ». Hinc Oratorium masculorum validius effecit necnon Oratorium puellarum, in quibus tutam et firmam formationem humanam et christianam impertiit.

Consuluit etiam familiae, quae hominum societatis est prima vitalisque cellula, ut vere esset « Ecclesia domestica » (Conc. Oec. Vat. II, Constitutio dogmatica de Ecclesia *Lumen Gentium,* 11) ; talis nimirum, quae pro suis condicionibus posset perficere triplex munus propheticum, sacerdotale et regale, a Christo Ecclesiae Creditum (cfr. Ioannes Paulus II, Motu Proprio : *Familia a Deo instituta,* 1 : *AAS* [1981], 441), nihilque omittebat, quod novarum familiarum formationi earumque utilitati, tum ad animos cum ad res corpóreas pertinenti, prodesse posset; et contra ea omnia contendit, quae amoris coniugalis unitatem et sanctitatem frangere possent : quod propositum ut consequeretur, instituit Piam Sodalitatem Matrum Christianarum, et multiplicavit congressus et orationes, ut parentes erudiret et praepararet in gravi educandi filiorum suorum munere, quod substitui non potest.

Secundum necessitates et sensum eius aetatis, apostolatum laicorum probavit; qua de causa voluit eos participes esse, tamquam fautores, eventuum paroeciae, atque instituta et consociationes redintegrare, quae iam exstabant, et nova condidit.

Omnibus viribus et opibus effecit ut sua communitas sapienter, pie et fructuose vitae liturgicae interesset, quae vitae Ecclesiae est culmen et fons (cfr. Conc. Oec. Vat. II, Constitutio de Sacra Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* 10), et sine intermissione operam impendit ut sibi créditos fideles aedificaret in templum sanctum in Domino, in habitaculum Dei in Spiritu, usque ad mensuram aetatis plenitudinis Christi (cfr. *ib.*, 2).

Studiosus etiam fuit pauperum, senum, aegrotorum, moribundorum, domibus emigrantium, vacuorum ab opere, orphanorum; qui omnes multimodis variisque temporibus bonitatem et liberalitatem sunt experti parochi sui, qui semper est laetatus in dando et praesertim in se dando.

Ut profectui et sanctitati populi sui quam optime faveret, Servus Dei miram et prudentem operam insumpsit humanae societati provehendae, unde pagus *Castelletto* prae omnibus fere illius regionis locis maximos progressus fecit. Vetere ecclesia paroeciali restaurata et nova extructa, scholam elementariam auxit, gymnasium privatum condidit pro sacerdotium appetentibus proque iuvenibus qui studia exercere pergere cupiebant; senum hospitium aedificavit, tunicarum oflficinam pro puellis constituit, et officinam librariam aperuit; epistularum et telegraphicum diribitorium, mensam ad ruricolarum mutuationes, aquae ductum aquae potuit aptae, oleificium, illuminationem elèctricam curavit instituenda; impetravit ut *Castelletto* sua uteretur administratione.

Vere Servus Dei, divina Providentia adiuvante, re ostendit gaudium et spem, luctum et angorem hominum, pauperum praesertim et quorumvis afflictorum, esse etiam Christi discipulorum, nihilque vere humanum inveniri, quod in corde eorum non resonet (cfr. Conc. Oec. Vat. II, Constitutio pastorali de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et Spes,* 1).

Cum variis paroeciae necessitatibus urgeretur, quam plus amabat quam se ipsum, velletque apta et continua ratione bono spirituali consulere fidelium, imprimis puerorum, puelarum et aegrorum, post multos conatus frustra captos apud aliqua Instituta muliebria religiosa, consilio usus Episcopi coadiutoris Veronensis Bartholomaei Bacilieri, tamquam Dei voluntatis indicio, anno 1892 Congregationem Parvarum Sororum a Sacra Familia condidit una cum humili et candida Matre Maria Mantovani, quae prima Antistita generalis fuit deque vita anno 1934 decessit.

Quae nova religiosa familia, cuius regula perfusa erat spiritu Tertii Ordinis Sancti Francisci, manu perita, forti, severa et tamen paterna Institutoris recta, ita celeriter et feliciter crevit, ut anno 1922 Sorores essent numero mille ducentae, per varias Italiae dioeceses dispertitae. Formatio, qua Servus Dei filias suas excoluit, incredibiliter accurata et diligens fuit, et eo spectabat, ut ad sanctitatis culmen illae pervenirent, humilitatis, continentiae, plenae ad Iesum et ad Ecclesiam devotionis, operosi et absoluti propositi proximis serviendi assidua et iucunda exercitatione.

Tanta industria, sine strepitu et latenter explicata, plures variasque publicas laudes est consecuta : ob operam pro militibus, bello omnium gentium annis 1915-1918 gesto, exanlatam Servus Dei insigni Crucis aeneae est exornatus; ob civilia merita factus est Eques laboris causa et ob merita ecclesiastica nominatus est a Sancto Pio X Protonotarius Apostolicus ad instar.

Miri et animosi apostolatus Servi Dei eiusque non communis momenti pro Ecclesia et hominum societate origo sine dubio fuit eius conscientia dignitatis et officii sacerdotalis, exuberans et nitida animi ubertas et splendida eius virtutum perfectio, quas praestanter et praeter morem exercuit in rerum et temporum condicionibus profecto haud facilibus nec propitiis.

Argumentis enim, quae documenta probant, scimus eum, BonH Pastoris exemplum imitatum, in dies vitam devovisse pro ovibus suis (cf. *Io* 10, 11), quae eius vocem cognoscebant eumque sequebantur, splendore clarissimo et radiante eius fidei firmae, serenae, ratione vivendi servatae cum Evangelio congruenter cumque temporum necessitatibus, allecti. Continua eius cum Deo amoris coniunctione, deprecationibus assiduis, filiali divinae voluntatis et providentiae fide, fervida Missae celebratione et administratione sacramentorum, ardenti erga Eucharistiam et Sacram Familiam pietate cultuque Beatae Mariae Virginis, quotquot cum eo necessitudinem habebant, constanter ad cordis conversionem stimulabantur ; idem autem is consecutus est sui ipsius et rerum externarum despectione, firma Dei eiusque gratiae fiducia, rerum caelestium vero intentione, maxima Dei et proximi caritate, fundata prudentia, incomparabili humilitate, sinceritate, simplicitate, laeta animi effusione, urbanitate, constantísima fortitudine praesertim in difficultatibus et in perplexis aliorum de se opinionibus, praecellenti iustitia, austera temperantia, constanti aequabilitate — etsi indole esset vividus et alacer — candida castitate, summa

oboedientia erga Superiores et Ecclesiam, quam vehementer dilexit, cui tamquam benignae matri servivit, cuius magisterium et pastorales et civiles normas semper plurimi duxit.

Die 31 mensis Decembris a. 1916 Servus Dei, qui ad id temporis fuerat sano et robusto corpore, sinistra hemiplexia est correptus, quae eius diuturnae et laboriosae infirmitatis initium fuit; quam tamen magna patientia et divinae voluntatis obsequio pertulit, curis paroeciae et Instituti, quod statuerat, non intermissis.

Aeternitatis cupidus pie de vita decessit, in pago *Castelletto* die 21 mensis Ianuarii anno 1922. Clerus, Parvae Sorores a Sacra Familia, populus denique, qui eum adhuc viventem sanctum habebant, ingenti celebritate ei venerationem tribuerunt, agnoscentes eum virum Dei verum fuisse.

Procedente tempore fama eius sanctitatis non solum mansit, verum etiam crevit, adeo ut Ordinarius Veronensis censuerit Causam beatificationis et canonizationis esse inchoandam; quod quidem factum est celebratione Processus Ordinarii (annis 1952-1958) ; quem secutus est Processus additicius (annis 1963-1964). Decreto Sacrae tum Rituum Congregationis, die 13 mensis Iunii anno 1966 dato circa scripta Servi Dei, Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum Decreto die 4 mensis Decembris anno 1980 Causa est introducta; concessa est vacatio a Processu Apostolico « super virtutibus in specie », onere tamen imposito conficiendi *Summarium Documentorum. Positione super virtutibus* confecta, Consultores Theologi, in Congressu Peculiari habito die 20 mensis Decembris anno 1983, et postea Patres Cardinales in Congregatione ordinaria die 7 mensis Februarii anno 1984, ponente Excellentissimo Domino Antonio Mauro, Archiepiscopo titulari Thagastensi, fassi sunt sacerdotem Iosephum Nascimbeni heroum modo virtutes théologales, cardinales iisque adnexas exercuisse.

De praemissis omnibus certior factus, per infrascriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, responsum eiusdem SacraeCongregationis ratum habens, mandavit ut Decretum super heroicis virtutibus Servi Dei concinnaretur.

Quod cum rite factum esset, Sanctitas Sua, hodierno die ad se accitis Cardinalibus Praefecto atque Antonio Mauro, ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis,*

in gradu heroico. Servi Dei Iosephi Nascimbeni, sacerdotis parochi et Fundatoris Instituti Parvarum Sororum a Sacra Familia, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 17 Februarii, Anno Iubilaeo Redemptionis 1984.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

ffi Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO CODICI IURIS CANONICI AUTHENTICE INTERPRETANDO

Responsa ad proposita dubia

Patres Pontificiae Commissionis Codici iuris canonici authentice interpretando, propositis in plenario coetu diei 26 iunii 1984 quae sequuntur dubiis, respondendum esse censuerunt ut infra ad singula:

I.

D. - Utrum, ad normam Can. 917, fideles qui Sanctissimam Eucharistiam iam recepit, possit eam eadem die suscipere altera tantum vice, an quoties eucharisticam celebrationem participat.

R. - *Affirmative ad primum; Negative ad secundum.*

II.

D. - Utrum ad comprobandum statum liberum eorum qui, etsi ad canonicam formam adstricti, matrimonium attentarunt coram civili officiali aut ministro acatholico, necessario requiratur processus documentalis de quo in Can. 1686, an sufficiat investigatio praematrimonialis ad normam Cann. 1066-1067.

R. - *Negative ad primum; Affirmative ad secundum.*

III.

D. - *a)* Utrum, ad normam Can. 502, § 1, membrum Collegii Consultorum quod desinit esse membrum Consilii Presbyteralis remaneat in suo munere consultoris.

R. - *Affirmative.*

D. - *b)* Utrum perdurante quinquennio, si quis consultor a munere cesset, Episcopus dioecesanus alium in eius loco nominare debeat.

R. - *Negative et ad mentem.*

Mens autem est ut obligatio alium consultorem nominandi adest tantummodo si deficiat numerus minimus in Can. 502, § 1 requisitus.

Summus Pontifex Ioannes Paulus II in Audientia die 11 m. iulii a. 198!f infrascripto concessa, de supradictis decisionibus certior factus eas publicari iussit.

© **ROSALIUS CASTILLO LARA**, Archiep. tit. Praecausen., *Pro-Praeses*

Iulianus Herranz, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Sabato, 7 Luglio 1984, S. E. il Signor HARDIMAN SASTRAPOESPITA, Ambasciatore di Indonesia presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Giovedì, 5 Luglio 1984, S. E. il Signor VAHIT HALEFOGLU, Ministro degli Affari Esteri di Turchia.

Giovedì, **5** Luglio 1984, nel Palazzo Apostolico Vaticano, il Santo Padre ha presieduto una riunione dei Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

10 luglio 1984. S. E. Mons. Giovanni Moretti, Arcivescovo tit. di Vartana, *Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica Araba ài Egitto.*

21 » » S. E. Mons. Salvatore Asta, Arcivescovo tit. di Aureliopoli di Lidia, *Nunzio Apostolico in Portogallo.*

3 agosto » S. E. Mons. Giuseppe Uhaé, Arcivescovo tit. di Tharros, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Federale di Germania.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

18 giugno 1984. L'E.mo Sig. Card. Joachim Meisner; — le LL. EE. i Monsignori : Francis Arinze, Arcivescovo di Onitsha; Peter Seiichi Shirayanagi, Arcivescovo di Tokyo; Darío Castrillón Hoyos, Vescovo di 4

Pereira; Roger M. Mahony, Vescovo di Stockton; Pablo A. Vega, Vescovo Prelato di Juigalpa; Stanislaw Szymecki, Vescovo di Kielce; — il sac. Frans Bouwen, P. A.; — la suora Mary Molelle, J. M. J.; i signori: Eleanor E. Aitken; Gilda Marta V. V. Barbosa; Monica Jiménez de Barros; Jerome Oonnolly; Jean Klein; Emile Paraiso; Maria Luisa Paronetto-Valier; Thora Perez; Kris Roekaarts-Savat; Louis Sabourin; Frans Seda; Luke Wong, *Membri della Pontificia Commissione «Iustitia et Pax».*

18 giugno 1984. Il sig. José Luis Rodríguez Bossi; — la suora Marjorie Keenan, R. S. H. M., *Membri della Pontificia Commissione « Iustitia et Pax » « in aliud quinquennium ».*

21 » » Gli E.mi Signori Cardinali Marco Cé e Frantiszek Macharski, *Membri della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica « in aliud quinquennium ».*

22 » » Gli Ecc.mi e Rev.mi Monsignori Vianney Fernando, Vescovo di Kandy; François Gayot, S.M.M., Vescovo di Cap Haïtien; Paul Eusebius Mea Kaiuea, M.S.C., Vescovo di Tarawa e Nauru; John A. O'Mara, Vescovo di Thunder Bay; Ioseph Ruzindana, Vescovo di Byumba; Leo Schwar, Vescovo tit. di Germaniciana; — Mons. Bryan O. Walsh; — I Padri: Jacyr F. Braido; Francis Kajikawa, S. M., Edward Rogers, S. I., Stefanos Tedia, OFM Cap.; — I Signori: Charles Kodwo Ashun; Edouard De Brandt; Edmund Chamely; Dieudonné Hien; Aloysius Mariono; Anne Lise Timmerman; Chicot Vas; German Vilar Eastman; — Caritas India (Rev. Peter Remigius, Direttore Esecutivo); Caritas Internationalis (Sig. Gerhard Meier, Segretario Generale); Caritas Italiana (Sig. Emmanuele Giartosio); Caritas Liban (Sig. Pierre Michaca, Vice-Presidente); Caritas Zaïre (P. Kagaragu, Direttore); Catholic Office for Emergency Relief and Refugees - COERR - Thailand (P. Bunlert Tharachatr, Direttore Esecutivo); Oatholic Relief Services - U.S.C.C. - U.S.A. (Daniel Reilly); Centro de Estudio y Promoción Social - CEPS - Mexico (S. E. Mons. Carlos Talavera Ramírez, Vescovo di Coatzacoalcos, Presidente); Comité International Catholique des Infirmières et Assistantes Médico Sociales -

CIOIAMS (Sig. Richard Lai Pong Ohong) ; Fastenopfer der Schweizer Katholiken - Action de Carême Suisse (Sig. Ferdinand Luthiger, Vice-direttore); Kirche in Not - Aiuto alla Chiesa che soffre (P. Alfonso Lopez Quintas, O. M.) ; Manos Unidas - España (Sig.na Caridad Roa de la Trassiera); Secretariado Nacional de Pastoral Social - Colombia (Ivan Marin Lopez, Direttore Nazionale); Société de Saint Vincent de Paul (Sig. Amin de Tarrazi, Presidente Generale) ; Unione Internazionale delle Superiore Generali - U.I.S.G. (Sr. Monique Bertrand, Superiora Generale delle Suore di Saint-Paul de Chartres); Unio Superiorum Generalium - U.S.G. (P. Calisto Vendrame, Superiore Generale dei Chierici Regolari Ministri degli Infermi), *Membri del Pontificio Consiglio « Cor Unum »*.

22 giugno 1984. Mons. Fernand Franck, Segretario Generale della Pontificia Opera della Propagazione della Fede; Mons. Norbert Herkenrath, Direttore Esecutivo di Misereor; P. Aloysius Fonseca, S.I.; P. Baldo Santi Lucherini. O.M.D. ; Sac. Pierre Molin, Cappellano Generale del Secours Catholique; Geneviève Grangy, Presidente Internazionale della Association Internationale des Charités de St. Vincent de Paul - A.I.C. ; Liliana Fiori, Segretaria Generale CICIAMS; Margret Marquart; Elizabeth Winkler, Segretaria Generale della « Commission Internationale Catholique pour les Migrations» - C.I.CM. ; J. J. A. M. Van Gennip, Direttore di CEBEMO, *Consultori dei Pontificio Consiglio « Cor Unum »*.

7 luglio » S. E. Mons. Alfons Stickler S. D. B., Arcivescovo tit. di Bolsena e Pro-Bibliotecario di Santa Romana Chiesa, *Pro-Archivista di Santa Romana Chiesa.*

9 » » P. Michele Machejek, O.C.D., *Relatore delia Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.*

12 » » P. Marco Brogi, O. F. M., *Capo Ufficio « ad quinquennium » nella Sacra Congregazione per le Chiese Orientali.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

1 febbraio 1981. Mons. Giorgio Mylanvk (Przemysl degli Ucraini).
14 » » Mons. Francisco Manfredi (San Juan de Cuyo).

26	aprile	1984.	Mous. Joannes Klepa (Koszalin-Kolobrzeg).
16	maggio	»	Mons. Giovanni Angelo Abbo (Albenga-Imperia).
28	»	»	Mons. Stanislaw Michalski (Sandomierz-Radpm).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

14	giugno	1983.	Mons. Graija Brajkovié (Kotor).
20	»	»	Mons. Louis Page (Clonfert).
7	novembre	»	Mons. John R. Campbell (Halifax).
»	»	»	Mons. Albert M. O'Driscoll (Halifax).
3	dicembre	»	Mons. Wolfgang Klemp (Fulda).
14	febbraio	1984.	Mons. Mario Zucchiatti (Bahia Bianca).
»	»		Mons. Pedro Grande (Bahia Bianca).
»	»		Mans. Mario Benedicto Molinari (Bahia Bianca).
»			Mons. Joseph Bass (Strasbourg).
»	»		Mons. Pierre Biss (Strasbourg).
»	- »		Mons. Robert Scheder (Strasbour).
16	»		Mons. Josip' Delie (Split).
»	»		Mons. Frane Bego (Split).
22	»		Mons. Herminio de Jesus Viera (Ponce).
5	marzo		Mons. Louis Massicotte (Trois-Rivières).
»	»		Mons. Paul-Emile Landry (Trois-Rivières).
»	»		Mons. Paul Henri Carignan (Trois-Rivières).
6	»		Mons. José Perez Garcia (San Miguel).
30	»		Mons. Carlo Poggi (Piacenza).
26	aprile		Mons. Victor Ponecki (Koszalin-Kolobrzeg).
9	maggio		Mons. Vincenzo Scoti (Ischia).

Cappellani di Sua Santità:

22	novembre	1983.	II sac. Salvatore Degrassi (Trieste).
12	gennaio	1984.	II sac. Antonio Straucar (Koper).
14	febbraio	»	II sac. Giuseppe Carlos Mazzon (San Juan de Cuyo).
16	»	»	II sac. Iure Sokol (Split).
»	»	»	II sac. Iovanovié Tugomir (Split).
»	»	»	II sac. Mijo Vrdslzak (Split).
»	»	»	II sac. Male Selak (Split).
»	»	»	II sac. Ivan Bilie (Split).
20	»	»	II sac. Eugenio Romano (Cosenza-Bisignano).
»	»	»	II sac. Giovanni Pedranghell (Cosenza-Bisignano).
»	»	»	II sac. Vincenzo Tallarico (Cosenza-Bisignano).
»	»	»	II sac. Michele Greco (Cosenza-Bisignano).
4	marzo	»	II sac. Mario Cividin (Trieste).
26	»	»	II sac. Marcel Kebel (Poreé i Pula).
»	»	»	II sac. Milovan Vjekoslav (Poreé i Pula).
»	»	»	II sac. Iosip Säjina (Poreé i Pula).
»	»	»	II sac. Ivan Bartolié (Poreé i Pula).
30	»	»	II sac. Vito D'Alto (Teggiano).

4	aprile	1984.	Il sac. Stanislaw Lis (Warszawa).
»	»	»	Il sac. Pio Crocifisso Arena (Crotone).
»	»	»	Il sac. Giuseppe Luppino (Crotone).
»	»	»	Il sac. Francesco Frandina (Santa Severina).
»	»	»	Il sac. Carmelo Lo Re (Santa Severina).
»	»	»	Il sac. Gaetano Pollinzi (Santa Severina).
»	»	»	Il sac. Andrea Stanizzi (Santa Severina).
26	»	»	Il sac. Joannes Borzyszkowski (Koszalin-Kolobrzeg).
»	»	»	Il sac. Richardus Kól (Koszalin-Kolobrzeg).
»	»	»	Il sac. Edmundus Radtke (Koszalin-Kolobrzeg).
»	»	»	Il sac. Alfredus Osipowicz (Koszalin-Kolobrzeg).
»	»	»	Il sac. Ioseph Slomski (Koszalin-Kolobrzeg).
»	»	»	Il sac. Aloisius Wycislik (Koszalin-Kolobrzeg).
5	maggio	»	Il sac. Pietro Magnanini (Faenza).
8	»	»	Il sac. Giuseppe Viano (Tortona).
»	»	»	Il sac. Lino Zucchi (Tortona).

NECROLOGIO

8	luglio	1984.	Card. Humberto Quintero, del Titolo dei Ss. Andrea e Gregorio al Monte Celio.
»	»	»	Mons. Teotimo Pacis, Vescovo emerito di Legazpi *(Filippine).*
21	»	»	Mons. Evelio Díaz y Cia, Arcivescovo emerito di San Cristóbal de La Habana *(Cuba).*
29	»	»	Mons. Alberto Devoto, Vescovo di Goya *(Argentina).*
31	»	»	Mons. Lech Kaczmarek, Vescovo di Gdánsk *(Polonia).*
4	agosto	»	Mons. Julián Mendoza Guerrero, Vescovo di Ruga *(Colombia).*

An. et vol. LXXVI 4 Septembris 1984 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

SACRA CONSISTORIA

CONSISTORIUM SECRETUM

Feria secunda, die xxv mensis Iunii, anno MCMLXXXIV, mane, in consueta Aula Palatii Apostolici Vaticani fuit *Consistorium secretum* cuius acta ex ordine referuntur :

I - SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

Precatione «Adsumus» recitata, ad S. R. E. Patres Cardinales SS.mus D.nus Ioannes Paulus II hanc allocutionem habuit :

In hac Aula adunatos Vos, Venerabiles Fratres, magno cum gaudio video et consaluto, Vobisque pariter gratias habeo plurimas quod huc convenistis. Vos, dico, qui singuli in proprio officio tuendo, sane gravi, Romano Pontifici adsistitis in summis Ecclesiae negotiis explicandis, consilio, opera, usu rerum, quem omnes magnum consecuti estis: nihil est enim tam parvum in Ecclesia, quod non plurium consiliorum concordiam postulet. Auget hunc animorum consensum atque fiduciam modo celebrata sollemnitas sacratissimi Corporis et Sanguinis Christi, quod est sacramentum unitatis, atque mox celebrandum festum Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli,

maiorum Nostrorum, qui sanguine suo Romanam fundaverunt Ecclesiam, quae eorum virtute, quasi hereditate accepta, viget per saecula.

Semper quidem, Venerabiles Fratres, Ecclesiae navícula, gubernante Petro, iacta tur ventis, cum semper malum inter homines radices agat; semperque idcirco opus est consilio ac labore. Neque dubito de studio vestro sollicito, qui estis « Fratres Nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi ».*

Hodie vero tria sunt negotia et mihi et vobis tractanda; sunt autem: primum, renuntiatio Camerarii Sacri Collegii Cardinalium; alterum, provisio Ecclesiarum; tertium, sacra Canonizatio beati Michaelis e Fratribus Scholarum Christianarum, qui fuit lux et decus Aequatoriae et suae Societatis, de cuius vita et gestis mox breviter dicetur.

Antequam autem ad haec tractanda negotia procedatur, cum per obitum Antonii Cardinalis Saniore, bonae memoriae, suburbicaria Sedes Sabinensis et Mandelensis in praesens vacet, nomino ac renuntio Episcopum Suburbicarium Sabinensem et Mandelensem Eminentissimum Dominum Cardinalem Agnellum Rossi, Praesidem Administrationis Patrimonii Apostolicae Sedis.

Assit, precamur, Christus Ecclesiae suae, quam in Petri fundamento niti et erigi voluit; assit Mater eius Maria, caeli sidus illustre et Apostolorum Regina; assit Sanctus Ioannes Baptista, Praecursor Domini, cuius nativitatis memoriam heri celebravimus; assit sua intercessione beatus Michael Febres Cordero, qui christianae sapientiae amore captus, in eaque fere abditus vitam degit.

II - CAMERARII SACRI COLLEGII NOMINATIO

Summus Pontifex Camerarium sacri Collegii sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, in locum Maximiliani de Furstenberg, munus expíentis, reverendissimum Silvium S. Agathae in Urbe Presbyterum

' *2 Cor* 8, 23.

Cardinalem Oddi renuntiavit, qui iuxta morem, eodem munere usque ad proximum Consistorium fungetur.

III - ASSIGNATIO TITULI ECCLESIAE SUBURBICARIAE

Deinde Summus Pontifex nominavit ac renuntiavit rev.mum Agnellum Cardinalem Rossi Episcopum Suburbicarium Sabinensem et Mandelensem.

IV - OPTIO

Postea reverendissimus Cardinalis Bernardinus Gantin, facta eidem a Ss.mo facultate, optavit ad Ordinem Presbyterorum, retenta diaconia Sacri Cordis Christi Regis, pro hac vice ad Titulum Presbyteralem evecta.

V - PROVISIO ECCLESIARUM

Summus Pontifex nuntium dedit de Ecclesiis vacantibus, quibus in animo illi erat providere. Assentientibus autem Patribus praeficit :

Metropolitanae Ecclesiae *Bogotensis* P. D. Marium Revollo Bravo, hactenus Archiepiscopum Neo-Pampilonensem ;

Cathedrali Ecclesiae *Dedmënsi,* P. D. Oervasium Moysem Chisindera, e clero eiusdem dioecesis;

Titulari episcopali Ecclesiae *Caput Cillensi,* P. D. Vidonem Romano, e Congregatione Sanctissimi Redemptoris, quem deputavit Administratorem Apostolicum « sede vacante » dioecesis Mameyensis.

VI - NUNTIUS ECCLESIARUM QUAE IAM CONCREDITAE SUNT

Certiores praeterea Summus Pontifex fecit S. R. E. Cardinales post proxime celebratum sacrum Consistorii m centum quinquaginta septem. Ecclesiarum sacros Pastores a Se per Apostolicas sub plumbo Litteras nominatos fuisse ; videlicet :

Metropolitana viginti quinque, quos inter :

Guatimalensem, Prosperum Penados del Barrio;

Lusahensem, Adrianum Mungandu;

Neo-Eboracensem, Ioannem 0'Connor;

Brasiliapolitanum, Iosephum Freiré Falcâo ;
Bituricensem, Petrum Plateau.

Archiepiscopos titulares sex, quos inter
Vulturiensem, Paulum Romeo ;
Caesariensem in Numidia, Albertum Bovone.

Episcopos residentes octoginta quinque, quos inter :
Monteriensem, Raimundum Darium Molina Jaramillo;
Aukinum, Gerardum Loft;
Edmundstonensem, Gerardum Dionne;
Valdiviensem, Alexandrum Jiménez Lafeble;
Saskatoonensem Ucrainorum, Basilium Filevich.

Episcopos titulares quadraginta quos inter :
Rusucensem, Godefridum Robinson ;
Oirumontensem, Stephanum Moskwa;
Egarensem, Paulum Baltakis.

Praelatum territorialis praelaturae *Chuquïbambensis,* Philippum Zalba Elizalde.

Demum Summus Pontifex assensum se dedisse dixit electionibus canonice factis :

In Synodo Episcoporum Chaldaeorum : P. D. Thomae Meran, ad Metropolitanam Ecclesiam *Urmiensem* et ad cathedralem Ecclesiam *Salmasiensem;* P. D. Thomae Youssif, ad archiepiscopalem Ecclesiam *Basrensem Chaldaeorum;* P. D. Stephani Katchou, ad cathedralem Ecclesiam *Zachuensem;* P. D. Iosephi Abrahami Sarraf, ad cathedralem Ecclesiam *Cahirensem Chaldaeorum.*

In Synodo Episcoporum Syrorum R. P. Antonii Beylouni, ad episcopalem titularem Ecclesiam *Mardensem Syrorum.*

VII - RELATIO CAUSAE

Rev.mus Petrus S. Hieronymi a Caritate Presbyter Cardinalis Palazzini, praefectus S. C. pro Causis Sanctorum, sermonem habuit de vita et miraculis beati Michaelis Febres Cordero, e Fratribus Scho-

làrum Christianarum, et acta recensuit quae in causa canonizationis eiusdem Servi Dei sacra Congregatio admittenda et approbanda putavit.

Relatione expleta, beatissimus Pater rev.morum Cardinalium sententiam de proposita canonizatione exquisivit.

CONSISTORIUM UNICUM

Consistorio secreto absoluto, vocatis praesentibusque in eadem Aula sacris Praesulibus Abbatibus *nullius* nec non Romanae Curiae Praelatis, quibus solet intimari, statim initium habuit *Consistorium unicum,* cuius acta referuntur :

PERORATIO CAUSARUM CANONIZATIONIS

Ill.mus Decanus sacrae Consistorialis Aulae Advocatorum pro canonizatione beati Michaelis Febres Cordero de more institit.

Cui Viro beatissimus Pater per praelatum in Secretaria Papali cancellariae Litterarum Apostolicarum praepositum, sic respondit :

Ad postulationem exhibitam iubeor Summi Pontificis nomine paucis respondere.

Gaudet sane beatissimus Pater quod ei datur novum sanctitatis lumen mundo proponere, Franciscum Febres Cordero (qui et Michael) e Fratribus Scholarum Christianarum.

Natus est autem beatus hic Vir Conchae, in Aequatore, nobili sane loco, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo quarto; quem ilico asperrimae vitae spinae cruentarunt, utpote emrum vitio impar esset ad ambulandum, ad usque quintum aetatis annum.

Fratribus Christianarum Scholarum educandus traditus, eam Sodalitatem, diu repugnante patre, ingressus est, in eaque totam vitam transegit docendo, orando, scribendo, puerosque innumeros in scientia atque christiana religione erudiendo.

Famam pietatis cum Litterarum amore coniunxit; adeo ut nonnullae Academiae Socium cooptaverint. Decessit in Hispania anno millesimo nongentesimo decimo, adque principium suum, Deum, rediit, quasi rivulus cantans, qui in mare influit.

E limpidissimo autem beati Michaelis fonte omnes quidem haurire possunt: Sodales, in primis, quos docet christianam religionem summa pietate colere, meditari, discipulisque intaminatam tradere; iuvenes praeterea monet ut, spretis rerum humanarum blanditiis, Deo adhaereant; ceteri omnes ab eo discent quanto studio oporteat in suo cuiusque officio esse ac perseverare. Merito igitur eum admiramur.

Verumtamen beatissimus Pater, quamvis eum dignum existimet, qui in Sanctorum album referatur, cupit ut in tanti momenti re, Apostolicae Sedis consuetudo rite servetur. Quapropter decretorium iudicium non ante est prolaturus, quam omnes, ad quos pertinet, sententiam rogaverit.

Ad Cardinales et Praesules Ss.mus allocutionem ad vota pro canonizatione exquirenda sic habuit :

Quemadmodum res postulat, intento animo perpendi ea, quae ad illustrandam et comprobandam causam sunt allata.

Verumtamen, ut meo nomine modo significatum est, rei gravitas suadet, ut mentem vestram cognoscam, antequam decretoriam sententiam meam edicam.

Quapropter vos oro, ut, ad gloriam Dei et utilitatem animarum spectantes, circa causam suffragia vestra f eratis.

Tunc singuli, servato suo cuiusque ordine, sententiam aperuerunt. Exceptis congregatorum Patrum suffragiis, Summus Pontifex, haec addidit verba :

Laetor sane, quod omnium sententiis postulatur, ut huic Beato honores Sanctorum Caelitum decernantur. Quam ob rem non discedendum esse arbitror a iudiciis peritorum, quippe quae gravibus argumentis confirmentur.

Itaque hunc Beatum dignum censeo, qui in Sanctorum album referatur. Quod quidem, adiuvante Deo, sollemni ritu in Vaticana Basilica vel in area ante eam patente faciam hoc anno die vicesima prima mensis Octobris.

Denique omnes vos rogo, ut Deo impensas preces adhibeatis, ut, quod modo decretum est, in Ecclesiae bonum vitaeque christianae auctum feliciter possit evenire.

Statim ac Ss.mus eloquio suo finem imposuit, caeremoniarum Magistro rogante, adstantibus Protonotariis Apostolicis ut iuridica instrumenta de omnibus supra recensitis confluerent, de more mandatum est.

Deinde, benedictione a Summo Pontifice impertita, Consistorium est absolutum.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SANCTI IOSEPHI IN INSULIS PHILIPPINIS

Distractis nonnullis territoriis a dioecesi Cabanatuanensi nova dioecesis Sancti Iosephi in Insulis Philippinis constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Saepe catholicorum utilitas postulat ut alicuius ecclesiasticae circumscriptionis fines mutentur et nova disponantur ratione; quod cum contingit, Nostrum est diligenti cura consulere. Qua re, quoniam Venerabilis Frater Cicero Tumbocon Episcopus Cabanatuanensis, ob dioecesis amplitudinem obque magnum fidelium numerum, audita Conferentia Episcopali in Insulis Philippinis, petiit ut aliquibus territoriis ab eadem dioecesi distractis, nova constitueretur dioecesis, Nos, re bene considerata, cognita propensa sententia Venerabilis Fratris Brunonis Torpigliani, Archiepiscopi titularis Mallianensis, in Insulis Philippinis Apostolici Nuntii, et auditis Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationis pro Episcopis negotiis praepositis, aeque fieri censuimus si postulationi concederemus. Quocirca, Nostra Apostolica potestate, eorum, quorum interest vel eorum qui sua inte-

resse praesumunt, suppleto consensu, quae sequuntur decernimus. A dioecesi Cabanatuanensi detrahimus municipia : Oarranglan, Cuyapo, Guimba, Licab, Llanera, Lupao, Munoz, Nampicuan, Pantabangan, Quezon, Rizal, Santo Domingo, Talugtog et San José City, et ex his novam dioecesim constituimus Sancti Iosephi in Insulis Philippinis, iisdem circumscriptam finibus, quibus municipia ter minan tur, quae supra memoravimus. Novae dioecesis sedem episcopalem in urbe San José appellata collocamus, et templum ibidem Deo in honorem Sancti Iosephi dicatum, ad gradum et dignitatem ecclesiae cathedralis evehimus, insignibus et privilegiis ornatum, quae ad ceteras cathedrales ecclesias spectant. Eandem novam dioecesim suffraganeam facimus archidioecesi Lingayensi-Dagupanensi, eiusque Episcopum pro tempore, cum ceteris Praesulibus Ordinariis locorum per omnia exaequatum, iuri metropolitico Archiepiscopi Lingayensis-Dagupanensis subicimus. Ut autem Pastor noviter institutae dioecesis convenienter adiuvetur, decernimus ut quam primum collegium consultorum pro iure eligatur; et ad eius dignam et congruam sustentationem providendam, statuimus ut hoc fiat curiae emolumentis, fidelium oblationibus et portione ei obveniente ex divisione, ad normam canonis 122 facienda, bonorum quae hucusque mensae episcopalis Cabanatuanensis fuerunt. Quod ad seminarium dioecesanum condendum et ad candidatorum formationem attinet, praescripta iuris communis servari volumus normasque a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica statutas, simul monentes ut selecti seminarii alumni in philosophicis et theologicis disciplinis erudiendi atque sacerdotes studiis penitus excolendi, Romam mittantur ad Pontificium Collegium Philippinum. Item servari volumus sacros canones, quoad novae dioecesis regimen et administrationem necnon, sede vacante, administratoris dioecesani electionem, fidelium iura et onera et alia id genus. Denique edicimus ut, dioecesi constituta, sacerdotes Ecclesiae illi habeantur adscripti, in cuius territorio ecclesiasticum habeant officium; ceteri vero clerici et seminarii alumni, illi Ecclesiae incardinati maneant vel incardinentur, in cuius territorio habeant domicilium; et instrumenta quae constitutae dioecesis omnia contingunt, ad eandem Curiam Cabanatuanensem mittat. Haec omnia perficienda committimus Venerabili Fratri Brunoni Torpigliani, debitis ei factis facultatibus etiam delegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito, re acta, documenta sin-

ceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittendi. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

BERNARDINUS Card. **GANTIN**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Iosephus Del Ton, *Proton Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi
In Secret. Status tab., n. 129572.

II

MATIENSIS

In Insulis Philippinis civili provincia « Davao Oriental » a dioecesi Tagamna distr acta, nova conditur dioecesis nomine Matiensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Episcopus Tagamnus, Venerabilis Frater Petrus Dean, sollicitus quidem de efficaciore pastorali cura atque regimine dioecesano omnium Christifidelium sibi in praesentia commissorum nuper in animum induxit, re convenienter ad Conferentiam Episcopalem Insularum Philippinarum delata, hac a Sede Apostolica petere immo et efficere ut, quibusdam suae dicionis locis semotis, nova inde constitueretur dioecesana communitas. Quam ob rem certo quidem Nos intellegentes consortem eiusdem esse consilii Venerabilem Fratrem Brunonem Torpigliani, Archiepiscopum titulo Mallianensem atque Nostrum simul Apostolicum Nuntium ea ipsa in Natione, certioresque ipsi facti eorum simul consensus, quorum interest necnon eorum qui id sua referre contendunt, at maxime animum Nostrum intendentes in ampliorem commoditatem spiritalem omnium fidelium ubique degentium, de plenitudine potestatis Apostolicae Nostrae, qua divino fungimur consilio, hisce Litteris singula quae subsequuntur statuimus fierique omnino iubemus. A dioecesi Tagamna omnem eam civilem subtrahimus

provinciam, cui publicum nomen « Davao Oriental », ex itaque seiuncta regione novam condimus iure dioecesim *Matiensem* in posterum appellandam tempus, quae eisdem prorsus finibus circumscribatur quibus civilis dicio eiusdem nominis illius. Episcopalem vero Sedem novae huius dioecesis in urbe locamus quae Mati nuncupatur ac templum ibidem paroeciale Deo dicatum ad honorem Sancti Mcolai de Tolentino ad gradum evehimus dignitatemque cathedralis aedis, cui insignia cuncta et privilegia honores et notas tribuimus quibus reliquiae in orbe catholico cathedrales fruuntur aedes. Matiensi autem Episcopo pro tempore concedimus honores insignia necnon privilegia iura, eumque simul oneribus et officiis universis obstringimus, quae ceterorum propria sunt Praesulum Ordinariorum locorum. Hanc praeterea Matiensem dioecesim facimus legitime suffraganeam Archidioecesi Davaensi eiusque pro tempore Episcopum subicimus metropolitico iuri Archiepiscopi Davaensis. Quo dein certius praesto sit Pastori novae Ecclesiae adiutorium ad normam iuris in eius Ecclesiae regimine ordinando volumus collegium consultorum ibidem quam primum erigi. Consentaneae et dignae sustentationi Praesulis novae dioecesis providebitur ex Curiae ipsius emolumentis, fidelium oblationibus atque etiam portione ei obveniente ex partitione bonorum, ex norma can. 122 C. I. C. perficienda, quae adhuc ad mensam episcopalem Tagamnam pertinuerunt. De seminarii autem aedificatione et sacrorum alumnorum institutione adservabuntur iuris communis praecepta, ante oculis praesertim constitutis regulis ac normis a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica emissis. Selecti seminarii alumni, philosophicis et theologicis disciplinis rite imbuendi tum etiam sacerdotes studia completuri, Romam suo tempore mittantur ad Pontificium Collegium Philippinum. Quod porro attinet ad novae dioecesis regimen et administrationem necnon, sede vacante, electionem administratoris dioecesani, fideliumque iura et onera aliaque id genus, implebuntur diligenter omnia quae his de rebus sacri praestituunt canones. Simul ac dioecesis huius erectio ad proprium deducta erit effectum, iam sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius finibus ecclesiasticum oificium detineant; ceteri autem clerici ac seminarii tirones Ecclesiae illi maneant incardinati in cuius finibus legitimum habeant domicilium. Acta insuper omnia et documenta, quae constituta dioecesis ipsiusque clericos ac fideles et bona temporalia fortassis respiciunt, ex Curia Tagamna ad Curiam Matiensem rite transvehantur ubi adserventur in tabulario iam condendo. Ad haec denique cuncta legitime exsequenda fidenter quidem destinamus memoratum Venerabilem Fratrem Bruno-

nem Torpigliani cui simul necessarias omnes tribuimus facultates et opportunas potestates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere et officio iniuncto ad Sacram Congregationem pro Episcopis reddendi authenticum exemplar actus ipsius exsecutionis aliquando susceptae. Tandem haec universa a Nobis sic edicta decretaque valere tam in praesens volumus quam in posterum tempus harum Litterarum virtute, ullis rebus nequaquam obsistentibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die decimo sexto mensis Februarii anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

BERNARDINUS Card. **GANTIN**
/Si. *Congr. pro Episcopis Praef.*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. 129578.

III

LITORIS PALMENSIS

Fines committantur archidioecesis Miamiensis atque dioecesis Orlandensis nonnullisque locis de utraque detractis nova conditur dioecesis nomine Litoris Palmensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui omni cogitatione curaque in universum dominicum gregem incumbimus, facere quidem non possumus, quin ea exsequamur consilia, quibus aptius ac prosperius in Ecclesiis particularibus pastorale Episcoporum munus exerceri possit. Hac de causa, cum Archiepiscopus Miamiensis atque Episcopus Orlandensis, consulta Conferentia Episcopali Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis, preces huic Apostolicae Sedi adhibuerint ut, finibus tum Miamiensis tum Orlandensis Ecclesiae commutatis, nova illic dioecesis constitueretur, Ipsi Nos, cum etiam constet in votis idem esse venerabilis Fratris Pii Laghi,

Archiepiscopi titulo Maurianensis atque in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus Pro-Nuntii Apostolici, ex sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationis pro Episcopis negotiis praepositorum, quam ratam facimus, eorum autem consensu suppleto quorum interest aut interesse censetur, ea, quae sequuntur, vi et potestate Nostra Apostolica statuimus atque iubemus. Ab archidioecesi Miamiensi separamus plagas (« Comitatus ») quae vulgo *Palm Beach* et *Martin* nuncupantur, a dioecesi autem Orlandensi loca seu ((Comitatus » vulgo *St. Lucie, OJceechobee* et *Martin,* ex iisque simul sumptis novam dioecesim *Litoris Palmensis* nomine appellandam condimus iisdemque definitam memoratorum quinque ((Comitatuum)) propriis, quae archidioecesi Miamiensi erit suffraganea cuiusque proinde pro tempore Episcopum metropolitano Praesulis Miamiensis iuri subicimus. In ipsa autem urbe vulgo (C Palm Beach » sedem statuimus novae dioecesis eiusque templum Deo in honorem S. Ignatii Loyola dicatum, quod ut Episcopi Cathedram designamus, honore Ecclesiae Cathedralis Litoris Palmensis insignimus una cum privilegiis ad unamquamque Cathedralem Ecclesiam pertinentibus, quemadmodum novae Ecclesiae Episcopo iura tribuuntur officiaque imponuntur, quibus Episcopi dioecesani omnes fruuntur atque obstringuntur. Praeterea in nova Ecclesia Litoris Palmensis instituatur oportet Consultorum Collegium iure praescriptum, et quidem quam primum, per quod novo Pastori praesens feratur auxilium, salva posthac facultate Capituli Cathedralis ad statutas normas suo tempore constituendi. Interea tamen, quod ad episcopalem novae Ecclesiae mensam attinet, mandamus ut constet bonis canonice collectis eorumque parte iam novae dioecesis iure propria. Tum iuris communis deinde praescripta, tum normae a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica statutae, tum etiam Decreti « Optatam totius » statuta serventur in formatione ac institutione sacrorum alumnorum apte comparanda. Lege simul sancimus ut, constitutione novae dioecesis Litoris Palmensis re ad effectum deducta, sacerdotes censeantur illi Ecclesiae adscripti intraL..çums _fines.^ccle:.. siasticum habent officium, ceteri vero presbyteri et clerici ipsique Seminarii tirones addicantur Ecclesiae eidem in qua legitimum habent domicilium. Omnia denique actorum scripta documenta, quae aut ad novam dioecesim eiusve clerum aut ad fideles vel ad temporalia bona attinent, a Curia archidioecesis Miamiensis et dioecesana Curia Orlandensi ad Curiam episcopalem Litoris Palmensis prompte transmittantur, ut ibi in condendo tabulario rite asserventur. De cetero, exsequatur

quae hic iubentes decrevimus venerabilis Frater Pius Laghi, quem diximus, a Nobis deputatus, debitis factis facultatibus una cum libertate id delegandi ad aliquem virum in ecclesiastica dignitate constitutum, addito tamen onere curandi ut certum verumque exemplum litterarum actae exsecutionis Sacrae Congregationi pro Episcopis mittatur. Has Porro Litteras Apostolicas ratas nunc et in posterum esse volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo sexto mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

BERNARDINUS Card. G **ANTIN**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Iosephus Cattani, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab. n. 185119.

IV

VENETIARUM IN FLORIDA

Distractis nonnullis territoriis a dioecesibus Miamiensi, Orlandensi et S. Petri in Florida nova dioecesis Venetiarum in Florida constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Postulat quandoque catholicorum utilitas ut dioecesium fines mutentur et nova disponantur ratione; quibus in casibus Nostrum est diligenti prospicere cura. Quoniam igitur Venerabiles Frater Eduardus McCarthy, Archiepiscopus Miamiensis, Thomas Grady, Episcopus Orlandensis et Villelmus Thomas Larkin, Episcopus S. Petri in Florida, audita Conferentia Episcopali Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis, postulaverunt ut certis territoriis ab iisdem dioecesibus distractis nova dioecesis constitueretur, Nos, re bene considerata, cognita propensa sententia Venerabilis Fratris Pii Laghi, Archiepiscopi titularis Maurianensis et in Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis Pro-Nuntii Apostolici, et auditis Venerabilibus Fratribus

Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationis pro Episcopis negotiis praepositis, aeque fieri censuimus, si postulationi concederemus. Qua re, ex Nostra Apostolica potestate, eorum quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumunt, suppleto consensu, quae sequuntur decernimus. Ab archidioecesi Miamiensi territorium detrahimus Comitatuum, qui communi nomine appellantur Collier, Glades et Hendry; a dioecesi Orlandensi territorium Comitatus, qui vulgo Highlands vocatur, et a dioecesi S. Petri in Florida territorium Comitatuum, qui communiter Charlotte, De Soto, Hardee, Lee, Manatee et Sarasota denominantur ; et ex his distractis territoriis novam constituimus dioecesim *Venetiarum in Florida,* iisdem circumscriptam finibus, quibus decem Comitatus, quos nuper diximus, terminantur. Huius dioecesis sedem in urbe collocamus, vulgo Venice dicta, episcopali dignitate insignita et episcopalem Cathedram ponimus in Ecclesia mysterio Epiphaniae dicata, quae eam ob causam erit Cathedralis Ecclesia Venetiarum in Florida, insignibus et privilegiis ornata, quibus ceterae eiusdem generis Ecclesiae. Novam dioecesim suffraganeam facimus archidioecesis Miamiensis, eiusque pro tempore Episcopum, cum honoribus tum oneribus parem per omnia ceteris Episcopis, metropolitico iuri Archiepiscopi Miamiensis subicimus. Statuimus dein ut quam primum ex iure Consultores dioecesani eligantur, dum Capitulum Cathedrale instituatur, qui Episcopo sint auxilio. Huius autem dignae et congruae sustentationi consulentes, constituimus ut mensam episcopalem dioecesis Venetiarum in Florida efficiant Curiae emolumenta, fidelium oblationes et portio ei obveniens ex divisione, ad normam C. I. C. facienda, bonorum, quae ad hoc tempus episcopalium mensarum Miamiensis, Orlandensis et S. Petri in Florida fuerunt. Quod ad sacrorum candidatorum formationem attinet ius commune, Decretum Concilii Vaticani II « Optatam totius » et regulas Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica servari volumus. Novae dioecesis constitutione perfecta, sacerdotes illi ecclesiae habeantur adscripti in cuius territorio beneficio aut ecclesiastico officio fruuntur; ceteri sacerdotes, clerici, seminarii alumni ecclesiae illi incardinati maneant, aut incardinentur, in cuius territorio habeant domicilium. Mandamus insuper ut omnia documenta et acta ad novam dioecesim, ad eius clerum et fideles et bona temporalia spectantia, a Curiis Miamiensi, Orlandensi et S. Petri in Florida quam primum mittantur ad Curiam episcopalem Venetiarum in Florida, ut in condendo tabulario custodiantur. Haec omnia perficienda committimus Venerabili Fratri Pio

Laghi, necessariis et opportunis factis facultatibus etiam delegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito, re acta, documenta sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittendi. Has porro Litteras Apostolicas ratas nunc et in posterum esse volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**
a publicis Ecclesiae negotiis

BERNARDINUS Card. G **ANTIN**
S. Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Iosephus Cattani, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi
In Secret. Status tab., n. 135120.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Templum, Reginae Apostolorum dicatum in Urbe, ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui a pueris Mariam, Christi Matrem, unice amare consuevimus, nullam sane occasionem omittimus augendae tantae Virginis gloriae, et propagandae famae, et gratiae ac bonitatis amplificandae, quantum maxime possumus : certum enim habemus quidquid honoris in Matrem impendatur, id in beatissimi eius Filii recidere gloriam, qui est Dominus Noster Iesus Christus, Verbum Patris atque spendor substantiae eius. Qua re, cum dilectus Filius Renatus Perino, Moderator Generalis Societatis a S. Paulo Apostolo, incidente centesimo anno ab ortu Iacobi Alberione, illius Societatis Conditoris, item abeunte septuagesimo anno ab Sodalitatis institutione, atque tricesimo a consecratione templi Reginae Apostolorum, quod quidem est Romae eiusdem Societatis sedes fere ac domicilium pietatis, datis litteris ab hac Apostolica Sede petierit, suo scilicet suorumque nomine, ut

sacra illa aedes in album Basilicarum Minorum referretur, cumque Venerabilis Frater Noster Hugo S. R. E. Cardinalis Poletti, Noster in Urbe Vicarius, has litteras suffragio suo muniverit, Nos bene consideratis sive templi ipsius structura, quam nobili, sive pietate ac religione, quae ibi ceu ignis aluntur, volentes praeterea merita Societatis a S. Paulo quodammodo rependere erga Ecclesiam, simulque viros illos mulieresque ad altiora stimulare, bene fieri censuimus, si illius expostulationi concederemus. Iis ergo probatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino de re statuerit factis olim a Nobis potestatibus, placet templum « Apostolorum Reginae », cuius mentionem fecimus, titulo ac dignitate Basilicae Minoris honestari, cum iuribus atque liturgicis privilegiis rite competentibus, servatis iis, quae decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi Iunii, anno MDCCCCLXVIII, statuit. Contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv Aprilis, anno MDCCCCLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 129157.

II

Conceditur Episcopo Tarnoviensi facultas coronandi imaginem B. M. V. Nivalis et Divini Infantis, quae in Abbatia de Ciricio exstat.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Polonus populus per saeculorum decursum Beatissimam Virginem Dei genetricem summo excoluit honore summaque veneratione, sic ut significanter ostendunt frequentissimae imagines sive in templis sive in viis collocatae. Ex quibus, illa profecto peculiari memoria digna, quae sub titulo Beatae Mariae Virginis Nivalis et Divini Infantis in Abbatia de Ciricio, in dioecesi Tarnoviensi, colitur cultu pientissimo a christifidelibus caelestium gratiarum copiam precantibus. Hac ergo animarum utilitate permotus atque firma ductus spe fore ut multiplicata erga Virginem Mariam obsequia in fidelium ipsorum bonum cederent, petiit Venerabilis Frater Georgius Ablewicz, Episcopus Tarnoviensis, cum suis profecto cleri et populi vota componens, ut facultas sibi daretur Nostro nomine et auctoritate

imaginem illam, cui Nos peregrinantes in Polona terra benedictionem dedimus, pretioso diademate coronandi. Nos vero, collatis cum Sacra Congregatione pro Cultu Divino consiliis, huiusmodi precibus censuimus obsecundari posse. His itaque Litteris atque auctoritate Nostra apostolica Venerabili Fratri, quem diximus, partes committimus pretiosam coronam Nostro nomine imponendi imagini Beatae Mariae Virginis Nivalis et Divini Infantis, quae in Ciricio et Lezajsk colitur, iuxta ritus formulamque praescriptam. Nos vero fore valde confidimus, ut eiusdem Abbatiae ac totius dioecesis Tarnoviensis nec non cunctae Polonicae terrae fideles ad Dei genetricem colendam magis magisque incitentur. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XVI mensis Aprilis, anno **MCMLXXXIV**, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. **CASAROLI**, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 129968.

EPISTULAE

I

Universis Ecclesiae episcopis ad gratias agendas quod Sacro Iubilaeo interfuerunt et illud celebrandum curarunt.

Dilectissimi Nobis in episcopali ministerio Fratres,

Die Dominico Paschae, non sine trepida animi commotione, Portam Sanctam clausimus, quam die quinto et vicesimo mensis Martii, anno MDCCCCLXXXIII reseraveramus, tum videlicet, cum Iubilaei extraordinarii a Redemptione initium fecimus, vobis summa pietate in idem conspirantibus, qui et ipsi una nobiscum in dioecesibus vestris eum inaugurastis.

Post autem felicissimum huius Ecclesiae eventus exitum, iam placet vobis omnibus vivissimos grati animi sensus aperire ob tam arctam omnium vestrum participationem, ac pastoralem sollicitudinem, qua in vestra cuiusque Ecclesia Iubilaei celebrationem peregistis. Nam studia vestra quidem multiplicastis, ut fidelibus praesto essetis ad grandia atque superna Iubilaei agenda proposita, qualia erant : interior animi conversio et reconciliatio cum Deo, cum semetipsis, cum

reliquis omnibus, maxime per impensiorem Sacramentorum participationem — praesertim Paenitentiae et Eucharistiae — atque per acrius pie audiendi verbi Dei desiderium.

Est sane res plena solacii ac magni momenti considerare miram illam facultatem, qua fideles factae sibi instantiae, ut donum Iubilaei praecipua animi pietate exciperent, responderunt.

De qua re cum vobis, dilecti Fratres in episcopatu, gratias reddimus, tum etiam Sacerdotibus omnibus, adiutoribus vestris; nam omnes, nuntio Nostro prompto animo excepto, apta consilia cepistis ut Iubilaeum ad prosperum successum deduceretis.

Profecto nullus est Pastor quin de hoc tanto spiritualis renovationis motu in sinu gaudeat, quem haec gratiae opportunitas exciit. Verum enimvero Iubilaeus Annus vidit alacrem et promptam laicorum participationem, maxime iuvenum, ac id quidem praeterquam quod in singulis dioecesibus, etiam in Ecclesia universa. Qui enim iuvenes invitati fuerant ad ianuam Christo aperiendam, ii cum gaudio Christum exceperunt ; in quibusque fuerat magna fides collocata, ii se dignos illa praestiterunt. Haec est ergo ratio et via, quibus, renovata spe, instare oportet, iamiam hoc saeculo exeunte, atque tertio propinquante millennio post Christum natum.

Ceterum, hoc Anno Sancto etiam Sacerdotum atque Religiosorum aucta est alacritas. Qui nimirum suam ipsorum tum testium Regni, tum praeconum verbi Dei, tum denique ministrorum Sacramentorum — praecipue Eucharistiae atque reconciliationis — naturam altius intellexerunt iidemque perpenderunt. Quod simul ex inceptis patuit, quae in paroeciis atque in dioecesibus suscepta sunt, simul e sacris peregrinationibus (quam multae!), quibus illi praefuerunt ad Apostolorum Martyrumque sepulchra, quae Romae, in hac sacra Urbe, coli consueverunt. Licet igitur auspicari ex animo, fore ut experimentum in hoc tempore gratiae factum, ad sacrarum vocationum incrementum prosit, quae semper fuit praecipua omnium Pastorum sollicitudo.

Neque praetereundum est Iubilaeum, tandem, opportunitatem dedisse in bono lumine collocandi quanto momento sit Ecclesiae praesentia, sane singularis, in cultus, laboris, familiae provinciis, perinde ac eius opera ad humanas facultates promovendas, in quibus vera hominum dignitas consistit. Etiam atque etiam patuit princeps Ecclesiae munus, semper quidem, at maxime hac nostra aetate, id esse, ut eo dirigat hominum spes, eoque eorum omnium conscientiam usumque componat, ut Christi mysterium cognoscant.

Praestat insuper, Fratres dilectissimi, patefacere vobis pergratum fecisse vos, quod tam alacri animo invitationi Nostrae respondistis, ut, sollemnitate Annuntiationis intercidente, una Nobiscum actum «consecrationis» renovaretis beatissimae Virgini Mariae, quam Nos etiam precem in Foro S. Petri, Romae, coram Imagine veneratae Virginis Fatimensis recitavimus.

Velimus postremo ut, ad varia acti Iubilaei extraordinarii tempora respicientes, simul omnes cum animo reputemus quam necessarium sit ut talis eventus divina germina abunde maturescant in gratiae fructus pro omnibus. Haec sit omnium Episcoporum, haec sacerdotum, haec religiosorum laicorumque cura: ne Anni Sancti celebratio sit tantummodo iucunda a mille ac mille milibus fidelium datae responsionis recordatio, qua scilicet apertum atque praeclarum fidei suae testimonium fecerunt, sed — per varia nempe tum spiritualis, tum pastoralis indolis incepta — ut celebratio illa imas conscientias ita movere pergat, ut bene agendi consilia, atque caritatis proposita, in totum erga Deum et fratres implendae, confirmentur.

Ceterum, haec optantes, Benedictionem Apostolicam vobis ex animo impertimus, quae ad socios etiam laboris fidelesque vestros pertineat.

Ex Aedibus Vaticanis, die XXIX mensis Aprilis, anno MCMLXXXIIII, Pontificatus Nostri sexto.

IOANNES PAULUS PP. II

II

R. P. D. Ministro Generali Ordinis Cartusiensis.

DILETTO FILIO ANDREAE POISSON ORDINIS CARTUSIENSIS MINISTRO GENERALI.

« Silentio et solitudini cellae vacare » praecipuum studium et propositum esse cognoscitur Ordinis, cui praees, Cartusiensis.[1] Cuius sodales, singulari Dei vocationi obsecuti, transtulerunt se, Deo dumtaxat vic turi, « a tempestate mundi huius in tutam et quietam portus stationem ».[2]

Eiusmodi « vitam absconditam cum Christo »[3] iste Ordo iam non-

[1] Cfr. *Statuta renovata Ordinis Cartusiensis,* 1971, cap. 4, 1.

[2] S. Bruno, *Ep. ad Badulphum,* «Lettres des premiers Chartreux», Sources Chrétiennes, Paris 1962, p. 74.

[3] Cfr. *Col* 3, 3.

gentos annos laudabili cum vigore et firmitate ducere nititur. Quod quidem hoc tempore in lumine merito est ponendum, cum memoria eius initii celebratur. Etenim circiter diem xxiv mensis Iunii anno MLXXXIV — diem dicimus Sancto Ioanni Baptistae sacrum, quem « maximum vatum eremique cultorem » ,[4] Cartusienses post Beatissimam Virginem Mariam ut caelestem venerantur patronum — Sanctus Bruno, vir eximius, una cum nonnullis sociis in loco Oartusia appellato et intra fines dioecesis Gratianopolitanae sito, hanc vivendi formam, a saeculo abstractam, inchoavit.

In tam felicis eventus recordatione una vobiscum gaudemus, tam diuturnam fidelitatem vobis ex animo gratulamur et volentes hac utimur opportunitate ut toti Familiae Cartusiensi egregiam existimationem ac paternum amorem nostrum declaremus.

Antiqua Ecclesiae aetate, ut notum est, eremitae, orationi laborique dediti in locis desertis, scilicet ((qui, relictis omnibus, caelesti instituto nomen dabant»,[5] exstiterunt; a quibus ipsius vitae religiosae exercitatio sumpsit exordium. Illorum exempla admirationem hominum moverunt multosque ad virtutem incitarunt. Sanctus Hieronymus, ut unum e tot testimoniis afferamus, incensis verbis has monachorum veluti latebras praedicavit : « O desertum, Christi floribus vernans ! O solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi civitas magni regis exstruitur ! O eremus, familiarius Deo gaudens ! » .[6]

Romani Pontifices hanc vitam segregem pluries approbarunt et laudibus extulerunt, quemadmodum, ad vos quod attinet, recentiore aetate Pius XI in Constitutione Apostolica, a verbo « Umbratilem » incipiente, et Paulus VI in Epistula ad te data ob Capitulum Generale.[7] Concilium vero Vaticanum II eandem solitariam vitam, qua sodales Christum in monte contemplantem pressius sequuntur, magni fecit et arcanam fecunditatem, inde in Ecclesiam promanantem, asseruit.[8] Denique Codex Iuris Canonici, nuper editus, hanc rem significanter confirmat : « Instituta, quae integre ad contemplationem ordinantur, in Corpore Christi mystico praeclaram semper partem obtinent » .[9]

[4] Cfr. *Hymn.* ad Laud. in sollemnitate Nativitatis S. Ioannis Bapt.

[5] S. Athanas., *Vita S. Antonii; PG* 26, 866.

[6] *Ep* 14; *PL* 22, 353-354.

[7] *AAS* 16 (1924), pp. 385ss.; *AAS* 63 (1971), pp. 447 ss.

[8] Cfr. *Lumen Gentium,* 46; *Perfectae caritatis,* 7.

[9] Can. 674.

Haec omnia ad vos pertinent, dilecti monachi et moniales Cartusienses, qui, alieni a saeculi strepitu, ((optimam partem elegistis ».[10] Itaque, in celérrimo rerum cursu, quo homines nostrae aetatis rapiuntur, vos, ad spiritum primigenium Ordinis vestri semper redeuntes, in sancto proposito vestro inconcussa cum voluntate perstetis oportet. Haec enim tempora eiusdem huius conversationis vestrae exemplum et utilitatem postulare videntur : homines qui tot mentium motibus in varias sententias distrahuntur, qui haud raro perturbantur et in spirituale etiam discrimen adducuntur tot scriptis, quae passim eduntur, praesertim vero instrumentis communicationis socialis, quae permagnam vim habent ad animos fingendos, nonnumquam autem christianae veritati ac disciplinae repugnant, opus habent id exquirere et veluti vitae testimonio comprobatum conspicere, quod est absolutum. Vestrum ergo munus est hoc ipsum illis commonstrare.

Ii etiam Ecclesiae filii et filiae, qui in mundo apostolicis se dedunt officiis, inter res fluxas ac transeuntes innitantur oportet in stabilitate Dei eiusque amoris, quam intueantur in vobis testatam, qui eam in hac terrena peregrinatione peculiariter participatis.

Ecclesia ipsa, cui ut Corpori Christi mystico sacrificium laudis divinae maiestati est indesinenter offerendum — quod est unum ex eius muneribus praecipuis — vestra indiget pia sollertia, qui cotidie « in excubiis persistitis divinis ».[11]

Est tamen fatendum vitam vestram eremiticam his temporibus, quibus actioni fortasse tribuitur nimium, interdum non satis intellegi neque pro merito aestimari, praesertim cum tot operarii desiderentur in vinea Domini. Contra huiusmodi opinationem est affirmandum Cartusienses etiam hac ipsa aetate authenticam Ordinis sui indolem omnino servare debere. Hoc prorsus cum norma novi Codicis Iuris Canonici convenit, qui, dum urgentem necessitatem actuosi apostolatus commemorat, tamen peculiarem vocationem eorum qui institutis religiosis plane contemplativis sunt ut membra ascripti, tuetur; quod fit etiam ratione servitii habita, quod illi exhibent Populo Dei, quem « exemplo movent necnon arcana fecunditate apostolica dilatant)).[12] Si ergo, eam ob rem, sodales vestri « advocari nequeunt ut in variis ministeriis pastoralibus operam adiutricem praestent »,[13] alia etiam quaedam apo-

[10] **Cfr. *Lc* 10, 41.**

[11] **Cfr. S. Bruno, *Ep.* mem., p. 68.**

[12] **Can. 674.**

[13] ***Ibid.***

stolatus forma, in eo posita ut extraneis, sacri recessus studiosis, facultas praebeatur in monasteriis vestris aliquod temporis spatium transigendi, non est vobis, saltem pro more, exercenda, utpote minus cum proposito vitae eremiticae congruens.

Sine dubio mutationes illae multiplices atque celerrimae, quas in hodierna hominum consortione fieri contingit, novae rationes psychologicae, quibus animi, maxime iuvenum, ducuntur, et nervorum contento, qua sat multi aetate nostra laborant, communitatibus Cartusiensibus quasdam difficultates possunt inferre, potissimum quod spectat ad eos qui in spem Ordinis succrescunt. Quam ob rem prudenter firmiterque erit agendum — non quidem omisso nisu iuvenum difficultates intendendi — ut verum charisma vestrum integrum maneat neque a probatis statutis discedatur. Solum voluntas, Dei amore infiammata atque parata illi in austeritate vitae, ab hominum frequentia remotae, strenue deservire, efficiet ut ea quae obstant, superentur.

Ecclesia vobis praesens adest, dilecti filii et filiae Sancti Brunonis, et magna emolumenta spiritualia ab orationibus vestris et asperitatibus, quas Dei causa toleratis, exspectat. Iam alias diximus, vitam Deo consecratam illustrantes : « Non refert plurimum id quod agitis, verum id quod estis » : [14] hoc singulari prorsus ratione ad vos pertinere videtur, qui a vita activa, quam appellant, abstinetis.

Dum ergo initium recolitis rerum vestrarum, certe vos impelli sentitis ut novo cum animorum ardore et spirituali cum laetitia inhaereatis vocationi vestrae praecelsae.

Sit denique caritatis, qua dictante haec scripsimus, signum uberumque munerum caelestium auspex Apostolica Benedictio, quam tibi, dilecte Fili, et universis monachis et monialibus Cartusiensibus libentissime in Domino impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xiv mensis Maii, anno MCMLXXXIV, Pontificatus nostri sexto.

IOANNES PAULUS PP. II

[14] Cfr. *Alloc,* die 1 Oct. 1979 habita ad presbyteros, missionarios, religiosos religiosasque sodales; *AAS* 71 (1979), p. 1127.

ALLOCUTIONES

I

Ad eos qui Capitulo generali Societatis S. Francisci Salesii interfuerunt coram admissos.*

Carissimi Capitolari,

1. È per me una grande gioia accogliere in questa Udienza speciale voi, che siete i Responsabili maggiori della Società Salesiana, in occasione del vostro XXII Capitolo Generale e all'indomani di una data assai significativa: il cinquantesimo anniversario della Canonizzazione di San Giovanni Bosco, il vostro santo Fondatore, avvenuta aopunto il I° aprile 1934, Domenica di Pasqua, per opera di Papa Pio XI, che l'aveva personalmente conosciuto e stimato. Porgo a Lei, Signor Rettore Maggiore, insieme con un cordiale saluto, le mie felicitazioni per la fiducia che il Capitolo Generale Le ha dimostrato, confermandola nell'ufficio, a testimonianza del comune apprezzamento con cui è stata seguita la sua opera a servizio della grande e benemerita famiglia salesiana. Saluto altresì con vivo affetto i suoi intimi Collaboratori e tutti i Capitolari, nei quali vedo rappresentata l'intera Congregazione, sparsa nei cinque Continenti ed impegnata in un lavoro apostolico vario, intenso, efficace, a servizio della Chiesa e della società, specialmente della gioventù.

Mi è caro esprimere il sincero compiacimento di tutta la Chiesa per il lavoro compiuto dai Salesiani, a cominciare da quel lontano giorno del 1858, quando don Bosco per la prima volta si trovò qui, nel Palazzo Apostolico, in udienza da Pio IX, al quale presentava un progetto di regolamento della Società che voleva fondare! Era l'inizio, piccolo e nascosto, come il seme descritto dal Vangelo, dell'Associazione di San Francesco di Sales, che si concretizzò poi ufficialmente con l'approvazione definitiva delle Costituzioni nel 1874, e che si dilatò per tutto il mondo, con una schiera mirabile di sacerdoti, di missionari, di educatori, di fratelli laici, di allievi ed ex-allievi, dal primo successore di don Bosco, il beato don Rua, fino ai martiri mons. Luigi Versiglia e don Callisto Caravario, che ebbi la gioia di dichiarare « beati » lo scorso anno. Un profondo e sincero sentimento di ricono-

* Die 3 m. Aprilis a. 1984.

scenza al Signore deve sorgere dai vostri animi, costatando come in questo lungo periodo di anni, in mezzo a tanti avvenimenti avversi e burrascosi, don Bosco è rimasto sempre presente in mezzo a voi, nelle vostre Case, fra i giovani a voi affidati, nelle varie iniziative ed attività delle vostre molteplici Istituzioni. Anche Faumento delle vocazioni è motivo di speranza e di consolazione. Certamente anche per la vostra Congregazione vi sono problemi difficili e questioni complesse; ma mi è di grande confronto sapere che ci assilla la preoccupazione di essere fedeli allo spirito di don Bosco, ovunque vi troviate.

2. Il mio ringraziamento per questa vostra visita e per i sentimenti di fedeltà e di devozione che la animano, è perciò unito anche alla viva esortazione alla fervorosa e coraggiosa perseveranza. La revisione delle Costituzioni deve essere per voi e per tutta la Congregazione un motivo e uno stimolo all'impegno apostolico sempre più convinto e deciso.

Nessuno si perda d'animo ! Nessuno si lasci smarrire nei momenti delle difficoltà, e delle eventuali sconfitte ! Nessuno si lasci vincere dalla tentazione della inutilità degli sforzi di fronte alla società secolarizzata, e non di rado dimentica dei valori trascendenti ! Ricordate ciò che don Bosco scriveva ad un parroco sfiduciato : « Ella poi stia tranquilla. Non parli d'esentarsi dalla parrocchia. C'è da lavorare ! Morrò sul campo del lavoro "sicut bonus miles Christi". Sono buono a poco? "Omnia possum in eo qui me confortât". Ci sono spine? Con le spine cangiate in fiori gli Angeli tesseranno per lei una corona in cielo. I tempi sono difficili? Furono sempre così, ma Dio non mancò mai del suo aiuto. "Christus heri et hodie" ».[1]

Non scoraggiatevi mai ! Guardate a don Bosco, alla sua vita, alla sua totale dedizione alle anime ! Leggete i suoi scritti ; ascoltate il suo insegnamento, che è tuttora valido; pregatelo con insistenza e devozione, in modo che il suo « spirito » sia sempre vivo e presente in voi e nelle vostre attività pedagogiche, catechetiche, parrocchiali, sportive, ricreative : « Tutto per il Signore — egli ripeteva —. Facciamo quel che si può "ad maiorem Dei gloriam", riposeremo in Paradiso». Formato alla scuola dei grandi santi e dei grandi mistici, egli tenne in mano con ardimento e lungimiranza il timone della sua vita e del suo progetto e non temette di affermare categoricamente : « Intendo che

[1] Torino 25 ottobre 1978.

tutti i Salesiani lavorino per la Chiesa fino all'ultimo respiro ! ».[2] Manifestando le sue ultime volontà a monsignor Cagliero, il 7 dicembre 1887, diceva : « Tutti lavorino con zelo e ardore : lavoro, lavoro ! Adoperatevi sempre e indefessamente a salvare le anime !)).[3] A questo proposito mi piace portare l'esempio del cardinale August Hlond, Primate di Polonia, figlio di don Bosco, che tanto dovette soffrire a causa dei tragici eventi dell'ultimo conflitto mondiale : ((Nella Congregazione Salesiana — egli affermava — ho imparato che il lavoro non è né peso né croce, ma gioia...»; «Ogni mattone è una croce, ogni pietra è una sofferenza. Le lacrime il cemento. Così costruirono i santi, così costruì don Bosco. Ho posto tutta la mia confidenza in don Bosco e in Domenico Savio)).[4]

3. Riguardo all'opera educativa e formativa della gioventù, che è il « carisma » proprio della Congregazione Salesiana, vi esorto ardentemente a voler edificare come don Bosco sulla roccia consistente della volontà di Dio. È importante sottolineare e tenere sempre presente che la preghiera di don Bosco ebbe una valenza, ed una prospettiva, estremamente « escatologica » : essenziale — come dice ripetutamente Gesù nel Vangelo — è entrare nel Regno dei Cieli. Ma, parafrasando le parole di Cristo, non l'invocazione semplicemente sentimentale, né l'impostazione ideologica, e neppure l'attivismo sociale e utopistico, possono far entrare nel Regno dei cieli ; bensì il compimento della volontà di Dio : cade la pioggia, soffiano i venti, straripano i fiumi, si abbattono su quella casa, ma essa non cade, perché è fondata sulla roccia.[5] Bisogna perciò costruire anche l'edificio dell'educazione sulla roccia della volontà di Dio : questo fu l'intento primario e costante di don Bosco, che non si può certamente accusare di astratto misticismo o di egoismo spirituale ! E questo deve essere l'impegno perenne dei Salesiani : volontà di Dio è certamente la conoscenza della Persona e del messaggio di Cristo, il Rivelatore del Padre e il Redentore dell'umanità, come sono stati annunziati dagli Apostoli ed insegnati dalla Chiesa; volontà di Dio è certamente la vita di grazia, e cioè l'educazione cristocentrica, che fa perno sulla confessione frequente e ben fatta, e sull'Eucaristia. Anche oggi, don Bosco ripete a tutti : « Memorare novissima tua et

[2] Mem. B. XIV, 229.

[3] *Ibid.* XVIII, 477.

[4] Cfr. « Un pastore della Chiesa In tempi difficili », Salesianum, n. 4, 1982.

[5] Cfr. *Mt* 7, 21-27.

in aeternum non peccabis » .[6] I giovani oggi hanno bisogno e sentono la necessità della direzione spirituale, seria, illuminata, costruttiva : questa è la responsabilità suprema di ogni sacerdote e questo è anche la suprema gioia ! Le famiglie attendono con ansia il vostro aiuto, la vostra collaborazione, per « prevenire » il male, per formare le coscienze cristiane, per realizzare nei « singoli » l'opera della Redenzione. Don Bosco, un uomo pur così impegnato nei valori terreni, che seppe trafficare così meravigliosamente i suoi talenti di dinamismo e di organizzazione, si potrebbe tuttavia definire : ((l'uomo dell'Eternità » ! Volontà di Dio è certamente la carità, che fa compiere totalmente il proprio dovere, obbedendo all'Autorità della Chiesa e dei propri superiori, e dilata il cuore all'amore universale. Un giorno, don Bosco così rispondeva al giovane principe Czartoryski che a lui si rivolgeva come a suo direttore spirituale : ((Io prego. Pregate anche voi affinché Dio ci tenga tutti fermi nella strada che meglio ci assicuri il Paradiso)>.[7] La visione soprannaturale dell'esistenza è l'insegnamento radicale di don Bosco ed è l'unico mezzo per edificare veramente sulla roccia !

4. Leggendo la biografia e gli scritti di san Giovanni Bosco si è impressionati nel vedere il continuo riferimento alla presenza di Maria Santissima. Si può affermare davvero che egli tutto ideò e tutto fece alle dipendenze di Maria e avvolto dalla sua materna e spesso anche visibile protezione ! Nel 1862 confidava a don Cagliero : « La Madonna vuole che la onoriamo sotto il titolo di Maria Ausiliatrice : i tempi corrono così tristi che abbiamo proprio il bisogno che la Vergine ci aiuti a conservare la fede cristiana)). Sono parole gravi e serie che possiamo ripetere anche oggi, consolidando sempre più il nostro amore e la nostra fiducia in Maria Ausiliatrice. Confidate in Maria ! Affidate alle sue materne cure ogni giorno tutte le vostre attività e le vostre preoccupazioni !

« Ci sono oggi migliaia e migliaia di testimoni della fede, molto spesso ignorati o dimenticati dall'opinione pubblica ... Essi sono spesso conosciuti da Dio solo. Sopportano privazioni quotidiane, nelle regioni più diverse di ogni continente. Si tratta di credenti costretti a riunirsi clandestinamente perché la loro comunità religiosa non è autorizzata. Si tratta di Vescovi, Sacerdoti, Religiosi, ai quali è proibito esercitare il ministero nelle Chiese o in pubbliche riunioni. Si tratta di Religiose disperse che non possono vivere la loro vita consacrata. Si tratta di giovani generosi, impediti di entrare in un Seminario o in un luogo di formazione religiosa per realizzarvi la propria vocazione. Si tratta di ragazze alle quali non è data la possibilità di consacrarsi in una vita dedita alla preghiera ed alla carità verso i fratelli ».

Anche la Lettera apostolica *Salvifici doloris*, nell'approfondire il senso evangelico di ogni sofferenza, menziona le suddette situazioni di dolorosa e contrastata testimonianza, esprimendosi, tra l'altro così :

((Occorre, pertanto, che sotto la Croce del Calvario idealmente convengano tutti i sofferenti che credono in Cristo e, particolarmente, coloro che soffrono a causa della loro fede in lui, Crocifisso e Risorto, affinché l'offerta delle loro sofferenze affretti il compimento della preghiera dello stesso Salvatore per l'unità di tutti » .[3]

Tutti i fratelli che soffrono per la loro fede hanno una singolare « parte » alla Croce di Cristo, e condividono perciò, a speciale titolo, i beni spirituali di questo Anno Giubilare della Redenzione. Attingono ad esso e contemporaneamente creano la sua spirituale ricchezza salvifica nell'unione col Signore Gesù Cristo, Crocifisso e Risorto.

[3] N. 31.

5. Ecco il legno della Croce. Ecco il legno sul quale Cristo, Figlio del Dio vivente, Cristo, Figlio di Maria di Nazaret, ha compiuto la Redenzione del mondo.

La Chiesa adora oggi questo Legno salvifico e al tempo stesso si rivolge ad esso con umile preghiera : *O Crux, ave, Spes unica!*

((O Croce di nostra salvezza,
Albero tanto glorioso ...
Or piega i tuoi rami frondosi,
distendi le rigide fibre,
si allenti quel rigido legno
che porti con te per natura :
accogli su un morbido tronco
le membra del Cristo Signore».
(Antifona e Inno del Venerdì Santo).

La Croce sostiene col suo abbraccio mortale il Corpo di Cristo, fino a che « tutto è compiuto ». Solo allora essa restituisce il corpo morto alla Madre Dolorosa, ed inizia la sepoltura del Crocifisso.

Tale Mistero dell'abbraccio mortale della Croce col Corpo del Figlio di Dio continua nella storia del mondo.

E continua anche la gloria della Redenzione legata per sempre alla Croce del Calvario.

Quindi la Chiesa — e in essa il Vescovo di Roma, quale indegno custode di questo inscrutabile Mistero — grida agli uomini del passato e del futuro ; grida soprattutto a tutti i contemporanei : Venite, adoriamo ! *Venite,adoremus! :* da tutti i confini della terra; da tutti i continenti ; da tutte le nazioni e razze ; da tutte le lingue e culture.

Uomini di ogni età e professione, in qualsiasi stato della vostra esperienza umana vi troviate, qualunque sia il prezzo che pagate nella vostra vita, qualunque sia il peso che grava sulla vostra coscienza, qualunque sia il vuoto che minaccia il vostro spirito,

Venite ! Venite !

Adoriamo insieme la Croce di Cristo, che si è legata inseparabilmente alla storia di questa terra.

Adoriamo insieme la Croce su cui è morto il Figlio di Dio ! Per mezzo di questa Croce Dio non morirà mai nella storia dell'uomo !

ACTA SS. CONGREGATIONUM
ACTA SS.

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 19 Iulii 1984- — Cathedrali Ecclesiae Araucensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Salvatorem Aemilium Jaramillo Monsalve, M. X. Y., hactenus Episcopum titularem Strumnitzensem et Ordinarium loci Vicariatus Apostolici eiusdem nominis.

die 6 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Rivi Quarti Exc.mum P. D. Adolfum Rochum Stefanum Arana, hactenus Episcopum Sanctae Rosae in Argentina.

die 7 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Gergitanae, R. D. Patricium Infante Alfonso Vicarium Episcopalem Sancti Iacobi in Chile, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis Francisci Fresno Larraín, Archiepiscopi eiusdem sedis metropolitanae.

die 17 Augusti. — Cathedralibus Ecclesiis aeque principaliter unitis Calvensi et Theanensi R. D. Felicem Cece, e dioecesi Nolana presbyterum!

II

COLLATIO DIGNITATIS EPISCOPALIS

Sanctissimus Dominus Noster Ioannes Paulus, divina Providentia Pp. II, duobus decretis, altero diei 19, altero diei 24 mensis Iulii anno 1984 ad dignitatem episcopalem evexit R. D. Petrum L. Vilchez Vilchez, Praelatum Xinoteganum, et R. P. Maurum Muldoon, O. F. M., Praelatum Immaculatae Conceptionis B. M. V. in Olancho.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

SHERBROOKEN.

Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Leoniae Paradis, Fundatricis Instituti Parvarum Sororum a S. Familia.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Maria Leonia Paradis nata in pago vulgo appellato *Acadie,* intra dioeceseos Sancti Ioannis Quebecensis fines, die 12 mensis Maii anno 1840, Congregationem condidit Parvarum Sororum a Sacra Familia, cuius praecipuus finis esset, praeter propriam sanctificationem, curam assumere domesticam in Cleri domibus vel in ecclesiasticis collegiis. Ut apostolicus sacerdotum labor suum opus efficeret continuo preces quoque effudit et sacrificia, Dei ministrorum existimationem extulit ecclesiasticasque vocationes promovit. Cumulata meritis et virtutibus exornata, omnium venerationem nacta, die 3 mensis Maii anno 1912, in urbe Sherbrookensi, supremum diem obiit. Eam autem, servatis omnibus de iure servandis, Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 31 Ianuarii anno 1981, heroicas virtutes excoluisse sollemniter declaravit.

Ad Venerabilis Servae Dei formalem beatificationem obtinendam sollertes Causae actores prodigiosam sanationem a Deo per eiusdem intercessionem patratam Apostolicae Sedi exhibuerunt. Agitur nempe de sanatione Sororis a Sancto Sebastiano appellatae, quae, invocato nomine eiusdem Venerabilis Mariae Leoniae Paradis, nocte quae intercessit inter diem 18 et diem 19 mensis Maii a. 1912 — vix scilicet quindecim dies post pium Servae Dei obitum — rapidissime, perfecte ac stabili modo a tuberculosi pulmonari con valuit.

Qua super mira sanatione processus ordinaria potestate instructus est mense Februario anno 1955 apud Curiam episcopalem Sherbrooken-

sem, Romamque fuit transmissus, eiusque iuridicam formam et vim Sacra Congregatio pro Causis Sanctorum die 12 mensis Iunii a. 1981 decreto sanxit. Confecto deinde Summario, quod dicitur, exquisita sunt vota duorum ex officio peritorum atque, die 26 Martii anno 1983, Medicum Consilium Sacrae ipsius Congregationis coadunatum est. Periti, qui aderant quinque, uno ore, post peractum examen, declararunt sanationem praeter naturae vires improviso, plene stabilemque in modum contigisse.

Instituta est mox theologorum disceptatio, et quidem primum, die 29 Novembris anno 1983, in Congressu, qui dicitur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum; et postea, die 7 Februarii anno 1984, in Ordinario Coetu Patrum Cardinalium, Sacrae huic Congregationi praepositorum, in quo Em.mus ac Rev.mus Dominus Marius Aloisius Ciappi, Causae ponens seu relator, dubium disceptandum posuit : *An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur,* deque eo retulit. Et qui convenerant Patres Cardinales unanimi suffragio responderunt affirmative seu constare de miraculo.

De hisce omnibus necnon de solida signorum fama rite agnita, per subscriptum Cardinalem Praefectum certior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens rataque habens, ut Decretum super mira, de qua agitur, sanatione conscriberetur mandavit.

Quod cum rite esset factum, hodierna die, accitis Cardinalibus infra scripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater, declaravit : *Constare de uno miraculo a Deo patrato per intercessionem Venerabilis Servae Dei Mariae Leoniae Paradis, Fundatricis Parvarum Sororum a S. Familia,* videlicet *de instantánea, perfecta et constanti satiatione Sororis S. Sebastiani a tuberculosi pulmonari evolutiva cum positivo bacillo a Koch nuncupato.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 17 Februarii, Anno Iubilaeo Redemptionis 1984.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

ffi Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

MALACITANA

Canonizationis Servae Dei Mariae a Monte Carmelo González Ramos a Puero Iesu, Fundatricis Instituti Tertii Ordinis S. Francisci et SS. Cordium Iesu et Mariae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Crucem, instrumentum quod arcana Dei sapientia delegit, ut genus humanum redimeret sibique reconciliaret « sive quae in terris sive quae in caelis sunt» *(Col* 1, 20), Dominus Iesus, «qui mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas» *(1 Cor* 15, 3), suis sectatoribus dedit tamquam legem praecipuam : « Si quis vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me » *(Mt* 16, 25). Discipulus enim, qui iter crucis conficit una cum Divino Magistro, dum suam infirmitatem experitur, etiam virtutem Christi salvificam experitur (cfr. *2 Cor* 12, 9), opus redemptionis quodammodo participat, adimplens in carne sua ea quae desunt passionum Christi pro corpore eius, quod est Ecclesia (cfr. *Col* 1, 24), et denique fundamentum ponit, ut ipse resurrectionis et gloriae Domini particeps fiat (cfr. *1 Pt* 4, 13), qui in ipsa cruce «mandatum suum prorsus est assecutus et effecit; is, voluntatem Patris implendo, etiam semetipsum simul confirmavit perfecitque. In infirmitate potentiam suam et in humilitate plenam magnitudinem messianicam ostendit» (Ioannes Paulus II, Epistula Apostolica *Salvifici doloris,* 22, diei 11 Februarii a. 1984).

Mysterium autem crucis necessario commonefacit, uti suum maximum momentum, mysterium amoris et vitae, quae gratuito diffunduntur et donantur : « Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam » *(Io* 3, 16).

Mirabilem et fecundam doloris, amoris et vitae coniunctionem, ipse Redemptor maximo gradu vita sua significavit ipseque commemoravit,

cum dixit : « Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis» *(Io* 15, 13). Hinc «in Christi consilio messianico, quod simul exstat *Regni Dei consilium,* aegritudo adest in mundo ut excitet caritatem, ut pariat opera caritatis in proximum, ut humanitatis cultum in "caritatis humanitatem" convertat. Haec in caritate doloris significatio salvifica perficitur plene atque amplitudinem ultimam attingit. Christi verba in extremo iudicio haec omnia explanant prorsus simplicitate ac perspicuitate Evangelii » (Ioannes Paulus II, *ib.,* 30).

Haec praefati, opinamur nos posse affirmare ex historiae fide, crucis et amoris christiani fulgore, sicut stella Magos ad divinum Infantem, vitam Servae Dei Mariae a Monte Carmelo González Ramos a Puero Iesu esse directam ; ea namque annis suae experientiae matrimonialis, vidualis et religiosae, angustam et artam viam confecit, gravibus et diuturnis spiritus doloribus, humiliationibus et iniuriis laboriosam, vere experta non esse servum maiorem domino suo (cfr. *Io* 15, 20) ; sed simul, certa omnem qui diligit ex Deo natum esse et cognoscere Deum (cfr. *Io* 4, 7), magno animo et veritate testificata est primum omnium mandatorum esse Deum diligere ex toto corde, ex tota mente, ex tota virtute et proximum diligere tamquam seipsum (cfr. *Me* 12, 28-33), quin etiam proximum diligere, sicut ipse Christus dilexit (cfr. *Io* 13, 34).

Serva Dei orta est Anticariae, in dioecesi Malacitana, pridie kalendas Iulias anno 1834 ex coniugibus Salvatore González et Ioanna Ramos, honesto loco natis et probatis christianis, qui ei in baptismate nomina indiderunt Mariam Carmelitidem Iosepham, quique exinde, peritis praeceptoribus adiuvantibus, eam fructuosa et diligenti educatione instituerunt.

A pueritia indolem ostendit docilem, amabilem, pudibundam, animum singulariter mitem, operum caritatis et religionis sincerum studium, oboedientiam, vestitus et corporis, quod egregia pulchritudine excellens dicebatur, simplicem cultum.

Anno 1857, quamvis familiares non sine causa ei magnopere adversaretur solummodo eius boni cupientes, iuveni Ioachimo Muñoz del Caño de Hoyos nupsit. Ut facile praevideri poterat, viginti quattuor anni, quos in coniugii consuetudine vixit, Servae Dei fuerunt quasi amarissimus calix, ad summum doloribus, malignitatibus, offensis et vexationibus impletus : quae omnia tamen, cum uxor fidelissima esset et suorum munium conscia, mira fortitudine, patientia,

animi aequitate et caritate pertulit, semper ad excusandum et ad ignoscendum propensa. Immo verbis, exemplo, deprecatione enixe curavit, ut maritum ad bonam frugem revocaret : quod demum a Deo impetravit.

Multis sane difficultatibus et casibus adversis toleratis, Serva Dei, doloris docta est purificatoriam vim, virtuti similem ignis, qui metalla pretiosa scoriis expurgat (cfr. *Ps* 66, 10), didicitque magna cum animae suae utilitate magnopere cum profectu in Christo sequendo, Dominum eum corripere quem diligat et quasi patrem in filio compiacere sibi (cfr. *Pr* 3, 12), et consilia Altissimi perfici dolore, sicut discipulos Agnus edocuit, qui se immolavit ut tolleret peccatum mundi (cfr. *Io* 1, 29).

Hoc difficile spiritus iter conficiens Maria Carmelitis roborata est et sustentata precationibus, sacrificii eucharistici ardenti assiduitate, operibus caritatis,- consociationibus catholicis frequentandis, ex quibus societate S. Vincentii a Paulo, cuius praeses facta est anno 1875, et societate Tertii Ordinis S. Francisci, cui nomen dederat anno 1877 et in qua postea munus exsecuta est magistrae novitiarum.

Viro vita functo anno 1881, curis familiae liberata, quandoquidem ex matrimonio filios non habuit, tota incubuit in pietatis exercitia et, studiosa Christo inserviendi in humilibus et indigentibus, domum suam mutavit in verum et germanum domicilium caritatis. Hospitio enim excipiebat pauperes puellulas, quas ad legendum et ad scribendum instituebat, ad primam sancti altaris Communionem praeparabam curabat et ad christianam doctrinam educabat, aequo animo incommoda multa perpessa, et fortiter propinquorum suorum reprehensionibus neglectis.

Cum quod vitae supererai statuisset Domino consecrare velletque Opus suum composita et continua forma constituere, hortante et adiuvante magistro spiritus Patre Barnaba ab Astirica, sodali Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum, novum religiosum Institutum suscepit condendum,quod equidem tempore ortum est, quo Ecclesia Catholica Hispaniensis se vigore apostolico et ad civilem societatem pertinenti abundare ostendebat. Prima domus novae Congregationis, quae appellata est Congregatio Sororum Tertii Ordinis S. Francisci et SS. Cordium Iesu et Mariae, Anticariae exstructa est die 8 mensis Maii anno 1884, approbante Episcopo Malacitano Emmanuele Gómez Salazar. Eodem anno, die 17 mensis Septembris, incidente memoria liturgica Stigmatum seraphici Sancti Assisiensis, Serva Dei,

una cum octo piis mulieribus, habitum religiosum induit; die 20 mensis Februarii anno 1885 vota temporanea professa est et die 20 mensis Februarii anno 1889 professionem fecit perpetuam : qua data occasione facta est etiam Antistita generalis; cui muneri praefuit usque ad annum 1897, caelesti prudentia, amabili et materna magnanimitate, constanti diligentia usa, praesertim in excolenda et provehenda sui Instituti sodalium formatione : quae magnam utilitatem perceperunt ex exemplo fidei eius simplicis et solidae, et promptae atque laetae voluntatis omnibus serviendi, et perfectae Regularum observantiae, eximiae fortitudinis et divinae voluntatis providentiaeque obsequii. Corde indiviso, numquam animi suspensa nec remissa, respondit vocationi, quam acceperat; et docilis ad actionem Spiritus Sancti, totam suam consecrationem et plenam erga Dominum fidelitatem significavit et aluit ardenti Dei, Eucharistiae, Virginis a Subsidio, deprecationis, silentii, humilitatis amore, at etiam consiliorum evangelicorum professione constantissima, plena mundi delectatione, absoluta sui moderatione et castigatione, filiali et industria erga Ecclesiam oboedientia, fervidissimo salutis animarum studio et cura eorum omnium, quibus opus erant peculiaris humana necessitudo et caritas.

Ea moderante Institutum celeriter auctum est; multae enim fuerunt vocationes, et in variis Hispaniae partibus increbruerunt ephebea, scholae, valetudinaria filiis et filiabus pauperum adiuvandis, quorum bonum persequens, Serva Dei labores omne genus suscipere semper parata fuit, verborum Domini memor : « Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in Nomine meo, me recipit» *(Me* 9, 37). Sed tanta operum copia, quae et laici probabant et ecclesiastici, ex quibus iuvat nos commemorare Venerabilem Cardinalem Marcellum Spinola Maestre, est pertentata acerbo experimento crucis, <(quam caro et mundus pacem et iustitiam sectantium humeris imponunt » (Conc. Oec. Vat. II, Constitutio pastoralis de Ecclesia in mundo huius temporis, *Gaudium et Spes,* 38).

Novella enim Congregatio nec levibus nec brevibus difficultatibus intestinis obturbata est, et ipsa Conditrix iniustis iniuriis et falsis calumniis fuit obnoxia; quas tamen, iamdiu matura et in conficienda Calvariae via exercitata, incomparabili animi fortitudine et humilitate toleravit, omnino Domino confisa et singulari mota caritate erga suos vexatores et calumniatores, quos, studiosa ac sincera venia data, vel peculiari reverentia et benevolentia semper tractavit. Hinc pro certo habemus ex Matris Mariae a Monte Carmelo agendi

ratione in eiusmodi acerbissimis tempestatibus, magis effulsisse soliditatem et humanarum atque christianarum virtutum summam perfectionem, et animi eius angores — quorum causa fuerunt qui ab ea amaban tur — caeli tus Instituto largissimam attulisse utilitatem.

Capitulum generale, anno 1897 habitum, munus Antistitae generalis ei non prorogavit, sed eam nonnisi primam consultricem creavit indeque factum est ut in obscuro et in occultatione vitam ageret. Extremos industriae et integrae vitae annos uti simplex Soror egit, in plena humilitate et consueta patientia, solius gloriae Dei per omnia studiosa, et caritate et angustiis cordis lucernam semper ardentem alendi ; Sponsum exspectans, ut cum eo intraret ad nuptias (cfr. *Mt* 25, 1-11) et ad lucem occasus nesciam, ubi iusti « in paucis vexati, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentavit eos, et invenit illos dignos se » *(Sap* 3, 5).

In contagiosum typhi morbum implicata, aequo animo extremam amaritudinem tulit, quia non potuit animam exspirare coram communitate Sororum Anticariensi, quae in conclavibus contiguis diaetae ubi ea moribunda iacebat, flentes deprecabantur. Pie sancteque de vita decessit die 9 mensis Novembris anno 1899, matutinis horis, sexaginta quinque annos nata.

Sanctitatis fama, qua in vita clara fuit, post eius mortem mansit ; qua re, ab anno 1945 ad annum 1950, apud Curiam episcopalem Malacitanam instructus est Processus Ordinarius Informativus et, apud Curiam episcopalem Barcinonensem, Processus Rogatorialis (annis 1948-1959). Edito Decreto super scriptis, die 25 mensis Novembris anno 1956, Causa beatificationis et canonizationis introducta est die 19 mensis Decembris anno 1963. Annis 1964-1965 apud eandem Curiam Malacitanam actus est Processus Apostolicus super virtutibus in specie, cuius iuridicam validitatem Decretum probavit die 29 mensis Octobris anno 1969 proditum. Ut testimonia compleret et confirmaret, Officium Historicum Hagiographicum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum apparavit ex officio *Inquisitionem* (anno 1974) ; deinde expleta *Positione super virtutibus,* Consultores Theologi m Congressu peculiari, qui die 12 mensis Aprilis anno 1983 convenerant, et posthaec Patres Cardinales, in Congregatione Ordinaria diei 21 mensis Februarii anno 1984, Ponente Em.mo Mario Aloisio Ciappi, agnoverunt Servam Dei heroum modo virtutes théologales, cardinales eisque adnexas exercuisse.

De hisce omnibus per subscriptum Cardinalem Praefectum cer-

tior factus, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Sacrae Congregationis excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Servae Dei virtutibus conscriberetur.

Quod cum rite est factum, hodierna die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi, Causae relatore seu ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis Servae Dei Mariae a Monte Carmelo González Ramos a Puero Iesu, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur,*

Hoc autem Decretum in vulgum edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 7 Aprilis, Anno Iubilaeo Redemptionis 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. ©S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

CHANGANACHERRIEN. SEU VERAPOLITANA

Canonizationis Servi Dei Cyriaci Eliae Chavara, Sacerdotis, Confundatoris Congregationum Fratrum Carmelitarum B. M. V. Immaculatae et Sororum Carmelitarum a S. Teresia.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Si quis diligit me, sermonem meum servabit et Pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus » {*Io* 14, 23). Verba aptiora inveniri nequeunt ad discernendam vitam Servi Dei Cyriaci Eliae Chavara, quod ad eius interiorem spiritum attinet, quam haec verba Domini nostri. Deus inhabitans in eo, aliquo modo, se foris manifestabat, ita ut homines ex vulgo eum aspicerent ut

hominem Dei, seu *hominem divina gratia praeditum* et huiusmodi eum in publico agnoscerent.

Servus Dei Cyriacus Elias Chavara lucem vidit die 10 Februarii a. 1805, apud *Kainahary* in hodiernae archidioecesis Changanacherriensis fines. Baptizatus de more, post octavam nativitatis diem, in ecclesia paroeciali Chennankariensi, nomen suscepit Cyriacum.

Primam educationem habuit domi secus pedes piae matris suae, Mariae Thopil, quae eum docuit preces et ipsa mysteria fidei christianae, eumque manuduxit in via virtutum. Educatione in schola locali absoluta, decimum primum annum agens, superne inspiratus, voluit se devovere servitio Dei in ministerio sacerdotali. Praeparatus ad talem vitam a familia segregatam et Deo dedicatam, commorando in domo paroeciali simul cum parocho pro aliquo tempore, anno 1818, seminarium apud *Pallipuram* ingressus est. Studiis sacerdotalibus expletis, die 29 Novembris, anno 1829, sacerdos ordinatus est ab Exc.mo Domino Maurilio Stabilini, interim Vicario apostolico Malabariae.

Circa hoc tempus, cum Servus Dei adhuc diaconus erat in seminario, duo sacerdotes Syro-Malabarenses, bene noti in Malabaria pro sua scientia et zelo pastorali, scilicet, pater Thomas Palakal, rector seminarii apud *Pallipuram,* et pater Thomas Porukara, secretarius Vicarii apostolici, consultabant inter se de viis et possibilitatibus vitae potioris religiositatis instituendae in Malabaria, saltem pro sacerdotibus, ita ut sacerdotes, in solitudine et oratione viventes, vacarent quoque pastoralibus rebus Ecclesiae. Servus Dei, tunc diaconus, se penitus dicaverat tali formae vivendi.

Sacerdos ordinatus, statim vocatus est ad seminarium apud *Pallipuram* ut adsisteret rectori in ipso seminario dirigendo. At non multo post se contulit ad *Mannanam,* locum scilicet selectum pro prima domo religiosa, ut omnia disponeret congruenti vitae religiosae instituendae. Ita die 11 Maii, anno 1831, Rev. Thomas Porukara, adstantibus ipso Vicario apostolico, patre Thoma Palakal et ipso Servo Dei et multitudine fidelium ac sacerdotum, initium dedit vitae religiosae.

At, antequam vitam religiosam rite ordinarent, duo illi socii fundationis, scilicet pater Thomas Palakal, anno 1841, et pater Thomas Porukara, anno 1846, mortui sunt; et tota ratio novi instituti religiosi cecidit super humeros iuvenis sacerdotis Cyriaci. Alii sacerdotes et multi iuvenes se aggregarunt novo instituto et Servus Dei modum quemdam vitae religiosae, fundatae in vita communi, apud *Mannanam* instituit atque ordinavit. Ipse Servus Dei eiusque socii apud *Mannanam*

multum contulerunt Ecclesiae Malabaricae progressui, verbum Dei praedicando, missiones spirituales per ecclesias instituendo, et candidatos ad sacerdotium rite in seminariis instituendo.

Ecclesiastica approbatio vitae religiosae, quam pater Cyriacus eiusque socii ducebant apud *Mannanam* obtenta est anno 1855. Etenim die 8 Decembris, anno 1855, Servus Dei religiosa emisit vota, coram Rev.mo patre Marcellino Berardi, O. O. D., delegato Vicarii apostolici, nomen suscipiens novum : *Cyriacum Eliam a Sacra Familia.* Deinde, Superior novi instituti constitutus, Servus Dei congregationem usque ad mortem (a. 1871) moderatus est.

Sacerdotibus atque fidelibus vicinarum regionum id postulantibus, Servus Dei novas fundationes instituit : apud *Koonammavu,* anno 1857 ; apud *Elthurut,* anno 1858 ; eodem anno apud *VazhaJculam;* anno 1862 apud *Pulincunnw;* anno 1868 apud *Ampazhakad* ; et anno 1870 apud *Mutholy.*

Interea, anno scilicet 1866, cooperante etiam patre Leopoldo Beccaro, O. C. D., vitam religiosam instituit pro mulieribus apud *Koonammavu,* eo potissimum consilio ut puellae in scientia et in religione christiana educarentur.

Anno 1861, non legitime adveniente episcopo Ohaldaeo, Thoma Rochos, in Malabariam, magna confusio orta est in Ecclesia Syro-Malabarensi, multis fidelibus et sacerdotibus, immo paroeciis integris iurisdictionem episcopi intrusi accipientibus, contra mandata Sedis Apostolicae. Quo in rerum discrimine, Servus Dei nominatus est Vicarius generalis Ecclesiae Syro-Malabarensis cum amplissimis facultatibus. Omnes tunc vires adhibuit ut progressum schismatis contineret et Ecclesiam Malabaricam rite reduceret sub Vicarium apostolicum Verapolitanum. Reformavit et reordinavit celebrationes liturgicas inducendo in eas decus et devotionem ; sacerdotes et fideles novo vigore spirituali suscitavit praedicatione et exercitiis spiritualibus et cura candidatorum ad sacerdotium in seminariis.

Tot tantisque muneribus occupatus, quasi per totam fere vitam, tempus tamen invenit et modum scribendi etiam quosdam libros spirituali refertos doctrina, in bonum fidelium Malabarensium.

Novissimi sui morbi dolores patienter tulit Servus Dei per diversos menses, donec die 3 Ianuarii, anno 1871, Ecclesiae munitus sacramentis et filiis suis spiritualibus stipatus, quos et in ultimo momento exhortatus est ut oboedientiam omnimodam praestarent superioribus ecclesiasticis atque virtutes colerent, obdormivit in Domino. Die proxi-

ma in ecclesia sanctae Philomenae, apnd *Koonammavu* sepultus est. Anno 1889 eius exuviae translatae ad ecclesiam sancti Ioseph apud *Mannanam,* ibi rursus conditae sunt.

Patet cuilibet, vitam eius perscrutanti, Servum Dei totam vitam fide viva informasse. Fides in baptismo recepta, cura piae matris nutrita est domi; et annis crescentibus mirabiliter se manifestavit in cuncta eius vita et actuositate.

Infans lactans dedicatus fuit Matri Dei apud eius sanctuarium et quotannis mater cum filio hanc dedicationem renovabant apud idem sanctuarium. Dedicatio haec simul ac lectiones mysteriorum vitae christianae, quas apud pedes matris habuit, multum habuerunt influxum in eius animam ut vitam duceret omnino fundatam in Fide.

Servus Dei oculis fidei consuevit videre Deum Creatorem suum ac rerum omnium, suaviter omnia ad finem proprium gubernantem et dirigentem, Eumque adorare. Proinde in omnibus vitae adiunctis, sive quoad se sive quoad alios, recognoscebat digitum Dei operantem. In litteris quas ad moniales scripsit, « Deum », dicit, « esse similem matri quae infantem laete nutrit, eum a somno excitans, etsi ipse infans nequeat suam inediam verbis exprimere ». Ita semper et ubique praesentiam Dei coluit et suos subditos ad idem faciendum exhortabatur.

Tali Fide fretus Servus Dei desiderabat Deo sociari per orationem et rerum divinarum contemplationem. Oratio, ipse describit, est colloquium cum Deo, <(quasi cum amico », et magnum Dei privilegium homini concessum considerabat quod Deus permittat homini ut colloquatur cum Eo.

Haec eadem fides eum movit ad amorem et devotionem versus Ecclesiam matrem. Ideo, ut biographus eius dicit : « Sollicitus erat de propaganda in orbe terrarum veritate et luce Ecclesiae; tristis fiebat ad lacrimas cum audiret de eius persecutionibus, eam triumphantem vero videre magnopere cupiebat».

Ecclesia mater verificata erat pro eo in Ecclesia locali, ad quam rite constituendam et tuendam in fide et unitate cum Romano Pontifice, Capite Ecclesiae, totam suam vitam dedicavit : scilicet, verbi Dei praedicatione fideles et clerum conducendo ad vitam spiritualem renovatam ; scholas et seminaria instituens assidue laborando pro formatione candidatorum ad sacerdotium; typographia condita, doctrinam catholicam propagando inter fideles; libros liturgicos reformando devotionem et pietatem inducendo in celebrationes liturgicas;

domum caritatis instituendo, curans de destitutorum et moribundorum salute procuranda ; cathecumenatum ad monasteria adnexum excitando, curans de recta institutione neophitarum in fide christiana; ipsam vitam periclitando et honores mundanos respuendo, avertens omnem occasionem schismatis in Ecclesia ; verbo et exemplo ducendo omnes ad veram oboedientiam fundatam in fide divina et caritate superioribus ecclesiasticis praebendam, ipse totum se impendit pro Ecclesia.

Fama virtutum in vita exercitarum, quae insignis erat dum vivebat, multum aucta est post mortem et adhuc in dies diffunditur. Multae gratiae et beneficia specialia intercessioni eius tribuuntur. Hinc, anno 1957, in Curia Archidioecesis Changanacherriensis, ubi reliquiae eius mortales asservantur, processus ordinarius initium habuit. Cum autem Servus Dei mortuus esset anno 1871, secundum « Motu Proprio » *Già da qualche tempo* Pii Pp. XI, diei 6 Februarii a. 1930, et secundum normas Sacrae Rituum Congregationis diei 4 Ianuarii a. 1939, Causa haec tractanda fuit ad modum Causae historicae.

Documentis ergo historicis omnibus collectis per commissionem specialem, et processu ordinario completo, omnia documenta simul cum actis processus transmissa fuerunt anno 1970 ad hanc Sacram Congregationem.

Scriptis Servi Dei rite perpensis, Sacra eadem Congregatio, die 12 Octobris, anno 1973, edixit nihil obstare quominus ad ulteriora procedi posset.

Positio, cura et directione- Officii Historici Sacrae Congregationis praeparata, submissa est anno 1978 consultoribus historicis, quam die 22 Februarii a. 1978, iidem perpenderunt atque laudaverunt. Denique Congressus ordinarius Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum, die 13 Iulii, anno 1979, instante Rev.mo patre Placido a S. Ioseph, postulatore generali Congregationis Fratrum Carmelitarum Mariae Immaculatae, habitus est, in quo disceptatio facta est de Causae introductione. Cumque exitus eidem favisset, die 15 Martii, a. 1980, Causa Servi Dei apud Apostolicam Sedem est introducta.

Actio demum instituta est apud Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum super virtutibus in specie Servi Dei, et quidem primum die 23 Novembris, a. 1983, in Congressu peculiari officialium praelatorum, patrumque consultorum : deinde in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium die 27 Martii, a. 1984 habita, in qua Rev.mus Cardinalis Ladislaus Rubin, Causae relator seu ponens, sequens proposuit dubium discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus*

necnon de cardinalibus earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur. In utroque autem Coetu vota et responsa affirmativa fuere prolata.

Facta deinde de praemissis omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua ut Decretum super heroicis virtutibus Servi Dei appararetur mandavit.

Die tandem 7 mensis Aprilis a. 1984, ad se accitis Cardinalibus infra scripto Praefecto atque Ladislao Rubin, Causae ponente seu relatore, meque Secretario Sacrae Congregationis ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus, Summus Pontifex sollemniter pronuntiavit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Cyriaci Eliae Chavara, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 7 Aprilis, Anno Iubilaeo Redemptionis 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. ses.

® Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DOCUMENTA SECRETARIATUUM

SECRETARIATUS PRO NON CHRISTIANIS

Notae quaedam de Ecclesiae rationibus ad asseclas aliarum religionum.

L'ATTEGGIAMENTO DELLA CHIESA DI PRONTE AI SEGUACI DI ALTRE RELIGIONI.

(Riflessioni e orientamenti su dialogo e missione)

INTRODUZIONE

1. Il Concilio Vaticano II ha segnato una tappa nuova nelle relazioni della Chiesa con i seguaci delle altre religioni. Molti documenti conciliari fanno esplicito riferimento ad essi, ed uno in particolare, la dichiarazione « Nostra aetate », è interamente dedicato al « rapporto della Chiesa cattolica con le religioni non cristiane ».

2. I rapidi cambiamenti nel mondo e l'approfondimento del mistero della Chiesa, «sacramento universale di salvezza *(LG* 48), hanno favorito questo atteggiamento verso le religioni non cristiane. « Per l'apertura fatta dal Concilio, la Chiesa e tutti i cristiani hanno potuto raggiungere una coscienza più completa del mistero di Cristo » *(RH* 11).

3. Questo nuovo atteggiamento ha preso il nome di dialogo. Questo vocabolo, che è norma e ideale, è stato valorizzato nella Chiesa da Paolo VI con l'enciclica «Ecclesiam suam» (6 agosto 1964). Da allora è diventato frequente nel Concilio e nel linguaggio ecclesiale. Indica non solo il colloquio, ma anche l'insieme dei rapporti interreligiosi, positivi e costruttivi, con persone e comunità di altre fedi per una mutua conoscenza e un reciproco arricchimento.

4. Come segno istituzionale di questa volontà di colloquio e di incontro con i seguaci delle altre tradizioni religiose del mondo, lo stesso Paolo VI istituì nel clima del Concilio Vaticano II, il giorno della Pentecoste 1964, il *Secretariatus pro non Christianis* distinto dalla S. Congregazione per l'evangelizzazione dei popoli. I suoi compiti vennero così definiti dalla Costituzione « Regimini Ecclesiae » : « Cercare il metodo e le vie per aprire un dialogo adatto con i non cristiani.

Esso opera quindi perché i non cristiani vengano rettamente conosciuti e giustamente stimati dai cristiani e che a loro volta i non cristiani possano adeguatamente conoscere e stimare la dottrina e la vita cristiana)) *(AAS* 59 [1967], pp. 919-920).

5. A 20 anni dalla pubblicazione dell'*Ecclesiam suam* e dalla sua fondazione, il Segretariato, riunito in Assemblea Plenaria, ha valutato le esperienze di dialogo avvenute ovunque nella Chiesa ed ha riflettuto sugli atteggiamenti ecclesiali verso gli altri credenti e in particolare sul rapporto esistente tra dialogo e missione.

6. La visione teologica di questo documento si ispira al Concilio Vaticano II e al magistero successivo. Un ulteriore approfondimento da parte dei teologi rimane pur sempre auspicabile e necessario. Sollecitata e arricchita dall'esperienza, questa riflessione ha carattere prevalentemente pastorale ; intende favorire un comportamento evangelico nei confronti degli altri credenti con i quali i cristiani convivono nella città, nel lavoro e nella famiglia.

7. Con questo documento ci si propone di aiutare le comunità cristiane e in particolare i loro responsabili a vivere secondo le indicazioni del Concilio offrendo elementi di soluzione alle difficoltà che possono nascere dalla compresenza nella missione dei compiti di evangelizzazione e dialogo. I membri delle altre religioni potranno anche comprendere meglio come la Chiesa li vede e come intende comportarsi con loro.

8. Molte chiese cristiane hanno fatto esperienze simili nei confronti degli altri credenti. Il Consiglio Ecumenico delle Chiese è provvisto di un organismo per il « Dialogo con i popoli di Fedi vive e ideologie)) nell'ambito del dipartimento « Missione ed Evangelismo)). Con tale organismo il Segretariato per i non cristiani intrattiene rapporti stabili e fraterni di consultazione e di collaborazione.

I. MISSIONE

9. Dio è amore *(1 Gv* 4, 8. 16). Il suo amore salvifico è stato rivelato e comunicato agli uomini in Cristo ed è presente e attivo nel mondo attraverso lo Spirito Santo. La Chiesa deve essere il segno vivo di questo amore in modo da renderlo norma di vita per tutti. Voluta da

Cristo, la sua è una missione di amore, perché in esso trova la sorgente, il fine e le modalità di esercizio (cfr. *AG 2* - 5, 12; *EN* 26). Ogni aspetto e ogni attività della Chiesa devono quindi essere impregnati di carità proprio per fedeltà a Cristo, che ha ordinato la missione e che continua ad animarla e a renderla possibile nella storia.

10. La Chiesa, come il Concilio ha sottolineato, è popolo messianico, assemblea visibile e comunità spirituale, popolo pellegrinante in cammino con tutta l'umanità con la quale condivide l'esperienza. Deve essere lievito e anima della società per rinnovarla in Cristo e renderla famiglia di Dio (cfr. *LG* 9; *GS* 9, 40). «Questo popolo messianico ha per legge il nuovo precetto di amare come Cristo stesso ci ha amati ed ha per fine il Regno di Dio che è già stato iniziato da Lui » *(LG* 9). « La Chiesa peregrinante è quindi per sua natura missionaria)) *(AG* 2, cfr. 6, 35, 36). La missionarietà è per ogni cristiano espressione normale della sua fede vissuta.

11. « Pertanto la missione della Chiesa si esplica attraverso un'azione tale, per cui essa obbedendo all'ordine di Cristo e mossa dalla grazia e dalla carità dello Spirito Santo, si fa pienamente ed attualmente presente a tutti gli uomini e popoli...)) *(AG* 5). Questo compito è unico ma si esercita in modi diversi secondo le condizioni in cui la missione si esplica. « Tali condizioni dipendono sia dalla Chiesa, sia dai popoli, dai gruppi o dagli uomini a cui la missione è indirizzata ... A qualsiasi condizione o stato debbono corrispondere atti appropriati e strumenti adeguati... Fine proprio di questa attività missionaria è l'evangelizzazione e la fondazione della Chiesa in quei popoli e gruppi, in cui non ha ancora messo radici» *(AG* 6). Altri passi dello stesso Concilio sottolineano che la missione della Chiesa è anche lavorare per l'estensione del Regno e dei suoi valori tra tutti gli uomini (cfr. *LG* 5, 9; 35; *GS* 39, 40-45, 91, 92; *U R 2* ; *DH* 14; *AA* 5).

12. I modi e gli aspetti differenti della missione sono stati globalmente delineati dal Concilio Vaticano IL Atti e documenti del magistero ecclesiastico successivo, come il Sinodo dei Vescovi sulla giustizia sociale (1971), quello dedicato all'evangelizzazione (1974) e alla catechesi (1977), numerosi interventi di Paolo VI e di Giovanni Paolo II e delle Conferenze episcopali dell'Asia, dell'Africa e dell'America Latina, hanno sviluppato altri aspetti dell'insegnamento conciliare,

additando per esempio «come elemento essenziale della missione della Chiesa indissolubilmente congiunto con essa» *(RH* 15), l'impegno in favore dell'uomo, della giustizia sociale, della libertà e dei diritti umani e la riforma delle strutture sociali ingiuste.

13. La missione si presenta nella coscienza della Chiesa come una realtà unitaria ma complessa e articolata. Se ne possono indicare gli elementi principali. La missione è costituita già dalla semplice presenza e dalla testimonianza viva della vita cristiana (cfr. *EN* 21), anche se si deve riconoscere che « portiamo questo tesoro in vasi di creta » *(2 Cor* 4, 7), e quindi il divario tra come il cristiano esistenzialmente appare e ciò che afferma di essere è sempre incolmabile. Vi è poi l'impegno concreto per il servizio agli uomini e tutta l'attività di promozione sociale e di lotta contro la povertà e le strutture che la provocano. Vi è la vita liturgica, la preghiera e la contemplazione, testimonianze eloquenti di un rapporto vivo e liberante con il Dio vivo e vero che ci chiama al suo Regno e alla sua gloria (cfr. *At 2,* 42). Vi è il dialogo nel quale i cristiani incontrano i seguaci di altre tradizioni religiose per camminare insieme verso la verità e collaborare in opere di interesse comune. Vi è l'annuncio e la catechesi, quando si proclama la buona notizia del Vangelo e se ne approfondiscono le conseguenze per la vita e la cultura. Tutto questo comprende l'arco della missione.

14. Ogni chiesa particolare è responsabile di tutta la missione. Anché ogni cristiano, in virtù della fede e del battesimo, è chiamato a esercitarla in qualche misura tutta. Le esigenze delle situazioni, la particolare posizione nel popolo di Dio e il carisma personale abilitano il cristiano ad esercitare prevalentemente l'uno o l'altro aspetto di essa.

15. La vita di Gesù contiene tutti gli elementi della missione. Secondo i Vangeli, egli si presenta con il silenzio, con l'azione, con la preghiera, con il dialogo e con l'annuncio. Il suo messaggio è inscindibile dall'azione; annuncia Dio e il suo Regno non solo con le parole, ma anche con i fatti, e con le opere che compie. Accetta la contraddizione, l'insuccesso e la morte; la sua vittoria passa attraverso il dono della vita. Tutto in Lui è mezzo e via di rivelazione e di salvezza (cfr. *EN* 6-12) ; tutto è espressione del suo amore (cfr. *Gv* 3, 16 ; 13, 1 ; *1 Gv* 4, 7-19). Così pure devono fare i cristiani : « Da questo riconosceranno tutti che siete miei discepoli, se vi amerete gli uni gli altri » *(Gv* 13, 35).

16. Anche il Nuovo Testamento dà una immagine composita e differenziata della missione. C'è una pluralità di servizi e di funzioni derivante da una varietà di carismi (cfr. *1 Cor* 12, 28-30 ; *E f* 4, 11-12 ; *Rom* 12, 6-8). Lo stesso S. Paolo nota la particolarità della sua vocazione missionaria quando dichiara di « non essere stato mandato da Cristo a battezzare, ma ad annunciare il Vangelo» *(1 Cor* 1, 17). Per questo accanto agli « apostoli », ai « profeti », agli « evangelisti », troviamo quelli chiamati alle opere comunitarie e all'aiuto di chi soffre; vi sono i compiti delle famiglie, dei mariti, delle mogli e dei figli ; vi sono i doveri dei padroni e dei servi. Ciascuno ha un compito di testimonianza particolare nella società. La prima lettera di Pietro dà ai cristiani viventi in situazione di diaspora indicazioni che non cessano di sorprendere per la loro attualità. Giovanni Paolo II indicava un passo di essa come (da regola d'oro nei rapporti dei cristiani con i loro concittadini di fede diversa : Adorate il Signore Cristo nei vostri cuori, pronti sempre a rendere ragione della speranza che c'è in voi, ma con amabilità e rispetto e coscienza buona » *(1 Pt* 3, 15-16) (Ankara 29.11.1979).

17. Tra i molteplici esempi, nella storia della missione cristiana, sono significative le norme date da S. Francesco, nella Regola non bollata (1221), ai frati che «per divina ispirazione vorranno andare tra i saraceni... : Essi possono ordinare i rapporti spirituali in mezzo a loro in due modi. Un modo è che non facciano liti o dispute, ma siano soggetti a ogni creatura umana per amore di Dio e confessino di essere cristiani. L'altro modo è che, quando vedranno che piace al Signore, annuncino la parola di Dio ».

U nostro secolo ha visto sorgere e affermarsi soprattutto tra il mondo islamico l'esperienza di Charles de Foucauld che esercitò la missione in un atteggiamento umile e silenzioso di unione con Dio, di comunione con i poveri e di fraternità universale.

18. La missione si rivolge sempre all'uomo nel rispetto pieno della sua libertà. Per questo il Concilio Vaticano II, mentre ha affermato la necessità e l'urgenza di annunciare Cristo « la luce della vita con ogni fiducia e fortezza apostolica, fino alla effusione del sangue » se necessario *{DH* 14), ha ribadito l'esigenza di promuovere e rispettare in ogni interlocutore una vera libertà, priva di qualsiasi coercizione, soprattutto nell'ambito religioso. « La verità infatti si deve ricercare nella

maniera propria alla dignità della persona umana e alla sua natura sociale, con libera ricerca, con l'aiuto di un insegnamento o di una istituzione, della comunicazione e del dialogo, in cui gli uni espongono agli altri la verità che hanno trovato o ritengono di avere trovato per aiutarsi vicendevolmente nella ricerca della verità; alla verità conosciuta poi si deve aderire fermamente con assenso personale» *(DH* 3). Quindi « nel diffondere la fede religiosa e nell'introdurre usanze, ci si deve sempre astenere da ogni forma di azione che possa sembrare costrizione o persuasione disonesta o non del tutto retta, specialmente quando si tratta di persone semplici o povere. Tale modo di agire deve essere considerato un abuso del proprio diritto o lesione del diritto degli altri » *(DH* 4).

19. Il rispetto per ogni persona deve caratterizzare l'attività missionaria nel mondo odierno (cfr. *ES* 77; *AAS* 56 [1964], pp. 642-643; *EN* 79-80; *RH* 12). « L'uomo è la prima strada che la Chiesa deve percorrere nel compimento della sua missione» *(RH* 14). Questi valori, che la Chiesa continua ad imparare da Cristo suo maestro, devono guidare il cristiano ad amare e rispettare tutto ciò che c'è di buono nella cultura e nell'impegno religioso dell'altro. ((Si tratta di rispetto per tutto ciò che in ogni uomo ha operato lo Spirito che soffia dove vuole» *(RH* 12; cfr. *EN* 79). La missione cristiana non può mai discostarsi dall'amore e dal rispetto per gli altri e questo per noi cristiani evidenzia il posto del dialogo nella missione.

II. DIALOGO

A) *Fondamenti*

20. Il dialogo non scaturisce da opportunismi tattici dell'ora, ma da ragioni che l'esperienza, la riflessione, nonché le stesse difficoltà, hanno approfondito.

21. La Chiesa si apre al dialogo per fedeltà all'uomo. In ogni uomo e in ogni gruppo umano c'è l'aspirazione e l'esigenza di essere considerati e di poter agire da soggetti responsabili, sia quando si avverte il bisogno di ricevere, sia soprattutto quando si è consapevoli di possedere qualche cosa da comunicare. Come sottolineano le scienze umane, nel dialogo interpersonale l'uomo fa esperienza dei propri limiti, ma anche della possibilità di superarli ; scopre che non possiede la verità

in modo perfetto e totale, ma che può camminare con fiducia verso di essa insieme agli altri. La mutua verifica, la correzione reciproca, lo scambio fraterno dei rispettivi doni favoriscono una maturità sempre più grande, che genera la comunione interpersonale. Le stesse esperienze e visioni religiose possono essere purificate e arricchite in questo processo di confronto.

Questa dinamica dei rapporti umani spinge noi cristiani ad ascoltare e comprendere ciò che gli altri credenti possono trasmetterci onde trarre profìtto dai doni che Dio elargisce.

I cambiamenti socio-culturali con le tensioni e difficoltà inerenti, l'interdipendenza accresciuta in tutti i settori del convivere e della promozione umana, e in particolare le esigenze per la pace, rendono oggi più urgente uno stile dialogico di rapporti.

22. La Chiesa, tuttavia, si sente impegnata al dialogo soprattutto a motivo della sua fede. Nel mistero trinitario la rivelazione ci fa intravvedere una vita di comunione e di interscambio.

In Dio Padre noi contempliamo un amore preveniente senza confini di spazio e di tempo. L'universo e la storia sono ricolmi dei suoi doni. Ogni realtà e ogni evento sono avvolti dal suo amore. Nonostante il manifestarsi talora violento del male, nella vicenda di ogni uomo e di ogni popolo è presente la forza della grazia che eleva e redime.

La Chiesa ha il compito di scoprire, portare alla luce, far maturare tutta la ricchezza che il Padre ha nascosto nella creazione e nella storia, non solo per celebrare la gloria di Dio nella sua liturgia ma anche per promuovere la circolazione tra tutti gli uomini dei doni del Padre.

23. In Dio Figlio ci è data la Parola e la Sapienza in cui tutto è precontenuto e sussiste già prima dei tempi. Cristo è il Verbo che illumina ogni uomo, perché in Lui si manifesta ad un tempo il Mistero di Dio e il Mistero dell'uomo (cfr. *RH* 8. 10. 11. 13). Egli è il Redentore presente con la grazia in ogni incontro umano, per liberarci dal nostro egoismo e farci amare gli uni gli altri come Egli ci ha amato.

Coloro che utilizzano i mezzi di comunicazione sociale a fini di evangelizzazione, contribuendo anche a costruire così un tessuto culturale in cui l'uomo, conscio del suo rapporto con Dio, diventa più uomo, siano dunque consapevoli della loro alta missione; abbiano la necessaria competenza professionale e sentano la responsabilità di trasmettere il messaggio evangelico nella sua purezza e integrità, non confondendo la dottrina divina con le opinioni degli uomini. I *mass media,* infatti, sia che si occupino dell'attualità informativa, sia che affrontino argomenti propriamente culturali, o siano usati a fini di espressione artistica e di divertimento, rimandano sempre a una determinata concezione dell'uomo ; ed è appunto in base alla giustezza e alla completezza di tale concezione che vanno giudicati.

A questo punto il mio appello si fa accorato e si rivolge a tutti gli operatori della comunicazione sociale, di qualunque latitudine e di qualunque religione :

— Operatori della comunicazione, non date dell'uomo una rappresentazione mutila, distorta, chiusa agli autentici valori umani !

— Date spazio al trascendente, che rende l'uomo più uomo !

— Non irridete i valori religiosi, non ignorateli, non interpretateli secondo schemi ideologici !

[7] N. 46.

— La vostra informazione sia sempre ispirata a criteri di verità e di giustizia, sentendo il dovere di rettificare e di riparare quando vi capitasse di incorrere in errore.

— Non corrompete la società, e in particolare, i giovani, con la rappresentazione compiaciuta e insistente del male, della violenza, dell'abiezione morale, compiendo opera di manipolazione ideologica, seminando la divisione !

— Sappiate, voi tutti operatori dei *mass media,* che i vostri messaggi giungono a una massa che è tale per il numero dei suoi componenti, ciascuno dei quali, però, è uomo, persona concreta e irripetibile, che va riconosciuta e rispettata come tale. Guai a chi avrà dato scandalo, soprattutto ai più piccoli ![8]

— In una parola : impegnatevi a promuovere una cultura veramente a misura dell'uomo, consapevoli che, così facendo, faciliterete l'incontro con la fede, della quale nessuno deve avere paura.

5. Un esame realistico conduce, purtroppo, a riconoscere che nel nostro tempo le immense potenzialità dei *mass media* sono usate molto spesso contro l'uomo, e che la cultura dominante disattende l'incontro con la fede, sia nei Paesi in cui è consentita la libera circolazione delle idee, sia laddove la libertà di espressione viene confusa con l'irresponsabile licenza. È compito di tutti risanare la comunicazione sociale e ricondurla ai suoi nobili scopi : i comunicatori si attengano alle regole di una corretta etica professionale ; i critici svolgano la loro utile azione chiarificatrice, favorendo il formarsi della coscienza critica dei recettori ; i recettori stessi sappiano scegliere con prudente oculatezza libri, giornali, spettacoli cinematografici e teatrali, programmi televisivi, per trarne occasione di crescita e non di corruzione; inoltre, anche attraverso opportune forme associative, facciano sentire la loro voce presso gli operatori della comunicazione, aftinché essa sia sempre rispettosa della dignità dell'uomo e dei suoi inalienabili diritti. E, con le parole del Concilio Vaticano II, ricordo che «lo stesso potere pubblico, che giustamente si interessa della salute fisica dei cittadini, ha il dovere di provvedere con giustizia e diligenza, mediante la promulgazione di leggi e l'efficace loro applicazione, che dall'abuso di questi strumenti non derivino gravi danni alla moralità pubblica e al progresso della società)).[9]

» Cfr. *Mt* 18, 6.

[9] Decr. *Inter mirífica,* 12.

6. Infatti, poiché all'inizio della comunicazione vi è un uomo-comunicatore e, al suo termine, vi è un uomo-recettore, gli strumenti di comunicazione sociale faciliteranno l'incontro tra fede e cultura quanto più favoriranno l'incontro delle persone fra loro, affinché non si formi una massa di individui isolati, ciascuno dei quali sia in dialogo con la pagina, o con il palcoscenico, o con il piccolo o grande schermo, ma una comunità di persone consapevoli dell'importanza dell'incontro con la fede e con la cultura e decise a realizzarlo attraverso il contatto personale, nella famiglia, nel luogo di lavoro, nelle relazioni sociali. Cultura e fede, che nei *mass media* trovano utili e talora indispensabili ausili diretti o indiretti, circolano nel dialogo tra genitori e figli, si arricchiscono attraverso l'opera di insegnanti e di educatori, si sviluppano attraverso l'azione pastorale diretta, fino all'incontro personale con Cristo presente nella Chiesa e nei suoi Sacramenti.

Con l'intercessione di Maria Santissima, invoco sugli operatori della comunicazione e sulla sterminata comunità dei recettori, i celesti favori, di cui è propiziatrice la mia Apostolica Benedizione, affinché ciascuno nel proprio ruolo si impegni a far sì che le comunicazioni sociali siano strumenti sempre più efficaci di incontro tra fede e cultura.

Dal Vaticano, 24 Maggio dell'anno 1984, sesto di Pontificato.

IOANNES PAULUS PP. II

II

Ob diem tota Ecclesia ad Missionales res provehendas constitutum Christifidelibus universis missus.

Fratelli e sorelle carissimi!

« Il sangue dei martiri è seme dei cristiani)).*

Durante il mio recente viaggio apostolico in Estremo Oriente ho avuto la gioia di canonizzare centotré Confessori della fede cattolica, che, evangelizzando la Corea con l'annuncio del messaggio di Cristo, hanno avuto il privilegio di attestare col supremo olocausto della loro vita terrena la certezza della vita eterna nel Signore risorto.

Tale circostanza mi ha suggerito alcune riflessioni che desidero sottoporre all'attenzione di tutti i fedeli per la prossima Giornata Missionaria Mondiale.

' Tertulliano, *Apologeticus,* 50: *PL* 1, 534.

1. Valore redentivo della Croce.

In realtà, le Lettere e gli Atti degli Apostoli confermano che è una grazia speciale quella di poter soffrire « pro nomine Iesu ». Leggiamo ad esempio come gli Apostoli « se ne andarono ... lieti di essere oltraggiati per l'amore del nome di Gesù », [2] in perfetta aderenza a quanto il Redentore aveva proclamato nel Discorso della Montagna : « Beati voi quando vi insulteranno, vi perseguiteranno e mentendo diranno ogni sorta di male contro di voi per causa mia. Rallegratevi ed esultate ... ». [3]

Cristo stesso ha attuato la sua opera redentrice dell'umanità soprattutto attraverso la passione dolorosa e il martirio più atroce, additando altresì la via ai suoi seguaci : « Se qualcuno vuol venire dietro a me, rinneghi se stesso, prenda la sua croce e mi segua». [4] L'amore passa quindi, inevitabilmente, attraverso la Croce e in questa esso diviene creativo e sorgente inesauribile di forza redentiva. « Voi sapete — scrive San Pietro — che non a prezzo di cose corruttibili come l'argento e l'oro foste liberati dalla vostra vuota condotta ereditata dai vostri padri, ma col sangue prezioso di Cristo come di agnello senza difetto e senza macchia». [5]

Lo abbiamo meditato profondamente, questo mistero straordinario dell'Amore divino, nell'Anno Santo della Redenzione da poco concluso. Lo hanno meditato e vissuto nell'intimo del loro cuore milioni di fedeli, molti dei quali accorsi a Roma a rinnovare la loro professione di fede sulle tombe degli Apostoli, che per primi hanno condiviso il martirio del Maestro. Fede che già trova una sua prima attestazione ai piedi della Croce nelle parole del centurione e di coloro che facevano la guardia a Gesù : « Davvero costui era Figlio di Dio ». [6]

Da quell'evento cruciale per la storia umana gli Apostoli e i loro successori hanno continuato, nel corso dei secoli, ad annunziare la morte e la risurrezione di Cristo, unico nostro Salvatore : ((In nessun altro c'è salvezza; non vi è altro nome dato agli uomini sotto il cielo nel quale è stabilito che possiamo essere salvati ». [7] Ma è stata in modo particolare la testimonianza della sofferenza fino all'estremo limite,

[2] *At* 5, 41.
[3] *Mt* 5, n.
[4] *Ibid.* 16, 24.
[5] *1 Pt 1,* 18-19; cfr. *1 Cor* 6, 20.
[6] *Mt* 27, 54.
[7] *At* 4, 12.

offerta sia da Cristo come dai suoi seguaci, che ha aperto la mente e il cuore degli uomini alla conversione al Vangelo : testimonianza di amore supremo ; difatti « nessuno ha un amore più grande di questo : dare la vita per i propri amici » .[8]

Ed è questa la testimonianza che schiere di Martiri e di Confessori hanno sofferto nel tempo, rendendo possibile con il loro sacrificio e la loro immolazione il sorgere e il fiorire delle varie Chiese — come quella Coreana cui accennavo all'inizio — e fecondando col loro sangue nuove terre per trasformarle in campi ubertosi del Vangelo ; infatti « se il chicco di grano caduto in terra non muore rimane solo; se invece muore produce molto frutto » .[9]

Questi eroi della fede hanno ben compreso e attuato il concetto fondamentale — da me espresso nella Lettera sul senso cristiano della sofferenza umana — secondo il quale se Cristo ha operato la redenzione dell'umanità con la Croce e ha sofferto al posto dell'uomo e per l'uomo, ogni uomo «è chiamato a partecipare a quella sofferenza per mezzo della quale ogni umana sofferenza è stata anche redenta. Operando la redenzione mediante la sofferenza Cristo ha elevato insieme la sofferenza umana a livello di redenzione. Quindi anche ogni uomo, nella sua sofferenza, può diventare partecipe della sofferenza redentiva di Cristo)).[10]

2. La sofferenza, prezioso strumento di evangelizzazione.

Mi sembra risultino evidenti le implicazioni missionarie di quanto ho esposto. Vorrei pertanto, in questo Messaggio per la Giornata Missionaria 1984, esortare vivamente tutti i fedeli a valorizzare il dolore nelle sue molteplici forme, unendolo al sacrificio della Croce per l'evangelizzazione, cioè per la redenzione di quanti ancora non conoscono il Cristo.

Sono ancora milioni i fratelli che non conoscono il Vangelo e non godono degli immensi tesori del Cuore del Redentore. Per loro il dolore non ha spiegazione sufficiente; è l'assurdo più opprimente ed inesplicabile che contrasta tragicamente con l'aspirazione dell'uomo alla felicità totale.

Soltanto la Croce di Cristo proietta un raggio di luce su questo mistero; soltanto nella Croce l'uomo può trovare una valida risposta

[8] *Gv* 15, 13.
[9] *Ibid.* 12, 24.
[10] *Salvifici doloris,* 19.

all'angoscioso interrogativo che scaturisce dall'esperienza del dolore. I santi lo hanno compreso profondamente ed hanno accettato, e talvolta anche desiderato ardentemente, di essere associati alla passione del Signore, facendo proprie le parole dell'Apostolo: ((Completo nella mia carne quello che manca ai patimenti di Cristo in favore del suo Corpo che è la Chiesa

Invito pertanto tutti i fedeli che soffrono — e nessuno rimane esente dal dolore — a dare questo significato apostolico e missionario alle loro sofferenze.

S. Francesco Saverio, Patrono delle Missioni, nel suo zelo di evangelizzatore, diretto a portare il nome di Gesù fino ai confini della terra, non ha esitato ad affrontare ogni sorta di fatiche: fame, freddo, naufragi, persecuzioni, malattie; solo la morte ha interrotto la sua corsa.

S. Teresa di Gesù Bambino, Patrona delle Missioni, prigioniera di amore nel Carmelo di Lisieux, avrebbe voluto percorrere il mondo intero per piantare la Croce di Cristo in ogni luogo. ((Vorrei — élla scrive — essere missionaria non soltanto per qualche anno, ma vorrei esserlo stata fin dalla creazione del mondo ed esserlo fino alla consumazione dei secoli)).[12] Ed ha concretizzato l'universalità e l'apostolicità dei suoi desideri nella sofferenza chiesta a -Dio e nell'offerta preziosa di se stessa quale vittima volontària all'Amore misericordioso. Sofferenza che raggiunse il culmine e insieme il più alto grado di fecondità apostolica nel martirio dello spirito, nel travaglio della oscurità della fede, offerto eroicamente per ottenere la luce della fede a tanti fratelli ancora immersi nelle tenebre.

La Chiesa, additandoci questi due fulgidi modelli, ci invita non solo alla riflessione ma anche alla imitazione.

Possiamo pertanto collaborare attivamente alla dilatazione del Regno di Cristo e allo sviluppo del suo Corpo Mistico in una triplice direzione:

— imparando a dare alla nostra propria sofferenza il suo scopo più autentico, che si radica nel dinamismo della partecipazione della Chiesa all'opera redentrice di Cristo;

— invitando i nostri fratelli sofferenti nello spirito e nel corpo a comprendere questa dimensione apostolica del dolore e a valorizzare conseguentemente le loro prove, le loro pene, in senso missionario;

[11] *Col* 1, 24.

[12] *Storia di un'anima,* Manoscritto B, f. 3 r.

— facendo nostro, con carità inesauribile, il dolore che quotidianamente colpisce tanta parte dell'umanità, travagliata dalle malattie, dalla fame, dalle persecuzioni, privata dei fondamentali ed inalienabili diritti, quali la libertà; umanità dolente, nella quale si deve discernere il volto di Cristo, ((Uomo dei dolori », e che noi dobbiamo cercare di alleviare come meglio ci è possibile.

3. La valorizzazione della sofferenza : un programma per le Pontificie Opere Missionarie

Questo programma, ampio e completo, richiede in tutti i fedeli una generosa disponibilità. Desidero proporlo a tutti i cristiani, ricordando nuovamente come ogni battezzato è e deve essere, sia pure in diversa misura e maniera, missionario.[13]

Lo affido in modo speciale alle Pontificie Opere Missionarie, che sono lo strumento privilegiato del dinamismo missionario della Chiesa e che non solo nella specifica Giornata Mondiale, ma nel corso di tutto l'anno devono promuovere lo spirito missionario, elemento non già marginale ma essenziale della natura del Corpo Mistico.

L'opera della Propagazione della Fede, l'Opera di San Pietro Apostolo per i seminari e le vocazioni sacerdotali e religiose nelle terre di missione, l'Opera della Santa Infanzia, l'Unione Missionaria dei Sacerdoti, Religiosi, Religiose e Istituti Secolari, costituiscono altrettanti strumenti, collaudati da decenni di esperienze, per la promozione missionaria nei diversi settori.

So bene come queste benemerite Opere, oltre a raccogliere i mezzi economici offerti dalla generosità dei fedeli — mezzi indispensabili per la realizzazione di chiese, seminari, scuole, asili, ospedali — attuino una intensa opera di animazione missionaria. Anche la valorizzazione della sofferenza a scopo missionario, che ho voluto proporre alla speciale considerazione di tutto il Popolo di Dio per la Giornata Missionaria 1984, costituisce una delle più nobili espressioni del loro apostolato che ha suscitato pronta adesione tra gli ammalati, gli anziani, gli abbandonati, gli emarginati, come anche tra i carcerati.

Ma bisogna fare di più. Sono tante, infatti, le sofferenze umane che non hanno ancora trovato la loro sublime finalità e il loro sbocco apostolico, dal quale può derivare un bene immenso per il progresso dell'evangelizzazione, per la dilatazione del Corpo Mistico di Cristo.

[13] Cfr. *Ad Gentes,* 36; *Codice di Diritto Canonico,* can. 781.

È questa la forma forse più alta di coóperazione missionaria, poiché essa raggiunge la sua massima efficacia proprio nell'unione delle sofferenze degli uomini con il sacrificio di Cristo sul Calvario, rinnovato incessantemente sugli altari.

Carissimi fratelli e sorelle, che soffrite nell'anima e nel Corpo, sappiate che la Chiesa fa affidamento su di voi, il Papa conta su di voi perché il nome di Gesù sia proclamato fino ai confini della terra. Vorrei ancora ricordare quanto ho scritto nella Lettera sul senso cristiano della sofferenza umana : « Il Vangelo della sofferenza viene scritto incessàntemente, ed incessantemente parla con le parole di questo strano paradosso : le sorgenti della forza divina sgorgano proprio in mezzo all'umana debolezza. Coloro che partecipano alle sofferenze di Cristo conservano nelle proprie sofferenze una specialissima particella dell'infinito tesoro della redenzione del mondo, e possono condividere questo tesoro con gli altri. Quanto più l'uomo è minacciato dal peccato, quanto più pesanti sono le strutture del peccato che porta in sé il mondo d'oggi, tanto più grande è l'eloquenza che la sofferenza umana in sé possiede. E tanto più la Chiesa sente il bisogno di ricorrere al valore delle sofferenze umane per la salvezza del mondo)).[14]

Maria « Regina martyrum » e ((Regina Apostolorum », risvegli in tutti il desiderio di essere associati alla passione di Cristo Redentore universale.

In questa Domenica di Pentecoste, che deve essere vissuta in spirito missionario da tutta la Chiesa, sono lieto di impartire la mia speciale Benedizione Apostolica a quanti, direttamente o indirettamente, spendono le loro energie e i loro dolori per comunicare all'umanità la luce del Vangelo.

Dal Vaticano, il 10 Giugno, Solennità di Pentecoste, dell'anno 1984, sesto di Pontificato.

IOANNES PAULUS PP. II

[14] ***Salvifici doloris*, 27.**

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

INSTRUCTIO

De quibusdam rationibus « Theologiae Liberationis »

PROOEMIUM

Libertatis nuntius et virtus liberationis est Iesu Christi Evangelium. Quae essentialis veritas proximis hisce annis argumentum fuit theologorum considerationis, et novo quidem cum studio, quod magnam rerum exspectationem prae se fert.

Ante omnia autem ac praesertim liberatio haec est ab extrema peccati servitute. Finis enim eius terminusque est libertas ipsa filiorum Dei, donum profecto gratiae. Ob logicam tamen consecutionem advocat liberationem a pluribus servitutis generibus, indolis culturalis, oeconomicae, socialis, politicae, quae omnia denique ex peccato proficiscuntur quaeque vicissim impedimenta obiciunt prohibentia scilicet homines ne suam secundum dignitatem vivant. Pernecessaria igitur condicio alicuius meditationis theologicae de liberatione est clara distinctio eorum quae sunt principalia et quae potius consectaria.

Etenim, instantibus quaestionibus, nonnulli velint ex una dumtaxat parte efferre liberationem a servitute ordinis terrestris ac temporalis, ita nempe ut liberationem a peccato in secundum locum reicere videantur neque propterea tribuere ei re vera primarium momentum quod eius est proprium. Explicatio ergo quaestionum, quam praebent illi, confusa ita est atque ambigua. Alii vero, cupientes sibi accuratiorem adipisci cognitionem causarum servi tutum quas exstinguere student, sine satis critica cautione utuntur rationibus doctrinae quae difficulter, vel potius nullo modo, segregari possunt a quadam

ideologia, quam non licet cum christiana fide componi neque cum moralibus postulatis inde profluentibus.

Congregatio pro Doctrina Fidei non hic quidem in animo habet ingens argumentum in se tractare libertatis christianae atque liberationis. Alio posteriore documento cogitat istud facere, ubi positivo modo cunctae eius divitiae tum pro doctrina tum pro communi usu illustrabuntur.

Huius autem Instructionis propositum magis circumscriptum est ac definitum : illuc enim spectat ut animus pastorum, theologorum, fidelium omnium convertatur in errores periculaque errorum, qui fidei tantopere nocent vitaeque christianae, quos quaedam formae theologiae liberationis secum inferunt, quandoquidem per viam parum criticam decurrunt ad rerum conceptiones excerptas ex variis principiis marxianae doctrinae.

Haec vero admonitio et cautio nullo prorsus pacto interpretanda est veluti obiurgatio eorum omnium qui magno animo veroque affectu evangelico respondere cupiunt « optioni potiori pro pauperibus ». Nullam offeret excusationem iis qui obstinati inhaerescunt in affectione indifferenti nulliusque partis coram acerbissimis gravissimisque miseriae et iniustitiae quaestionibus. E contrario haec Instructio postulatur, cum certo constet gravia indolis ideologicae vitia, quae hic notabuntur, tandem aliquando ac necessario prodere ipsam pauperum causam. Magis nunc quam alias umquam decet christianos plurimos, quorum fides sit collustrata quibusque deliberatum sit et certum vitam ducere christianam secundum illius integritatem, sese impendere, ex amore erga proprios fratres, destituios, oppressos, vexatos, in certamen pro iustitia et libertate et humana dignitate. Plus quam antehac umquam Ecclesia damnare vult abusus et iniustitias et insidias libertati intentas, ubicumque inveniantur et quicumque sint earum auctores, necnon contendere per usum consiliorum et instrumentorum sibi propriorum ad tuenda provehendaque hominis iura potissimum in pauperum persona.

I - DESIDERIUM QUODDAM

1. Vehemens sane ac paene insuperabilis populorum cupiditas alicuius *liberationis* **unum efficit ex praecipuis** *signis temporum* **quae ad Evangelii lumen scrutetur Ecclesia oportet et interpretetur.**[1] **Haec porro maior quaedam aetatis nostrae res ambitum habet universalem, licet alios apud populos aliis nempe formis gradibusque demonstretur. In primis vero inter gentes quae miseriae onera patiuntur atque inter hominum ordines des ti tu tos hic appetitus magna erumpit cum vi.**

2. Eadem autem haec cupido conceptionem veram quidem, etsi obscuram, prodit dignitatis hominis creati « ad imaginem et similitudinem Dei » *(Gen* **1, 26-27), quae irrisa est et despecta multiplices ob dominationes in re culturae ac politicae artis, in rebus stirpis, in quaestionibus socialibus et oeconomicis saepius una conglobatis.**

3. Dum ipsis Evangelium patefacit propriam eorum vocationem uti Dei filiorum, excitavit simul in hominum animis necessitatem solidamque voluntatem vitae fraternae et iustae et pacificae, in qua observantiam sui quisque reperiat necnon aptas condiciones ad suam progressionem animi corporisque. Quae dein necessitas sine dubio appetitum illum gignit de quo loquimur.

4. Hac de causa iam non homo vult patiendo subire istam miseriae oppressionem cum eius consectariis, quae sunt mors, morbi, privationes. Percipit enim eam miseriam tamquam intolerabilem quandam nati vae dignitatis suae violationem. Complures res, quibus etiam necesse est fermentum adnumerari Evangelii, faverunt expergiscenti huic oppressorum conscientiae.

[1] **Cf. Const. Past.** *Gaudium et Spes,* **n. 4.**

5. Iam nemo ignorat, etiam inter numeros hominum litteras nescientium, posse genus humanum, multitudine sua usque increscens, praestare cuique homini minimum bonorum modum dignitati ipsius personae necessariorum, et hoc propter quendam prodigiosum scientiarum artisque technicae florem.

6. Non amplius toleratur iniuria manifestarum inaequalitatum inter divites et pauperes, sive de inaequalitate agitur inter nationes divites ac pauperes sive de inaequalitate inter sociales ordines unius eiusdemque civitatis. Ex altera enim parte obtenta est rerum abundantia antehac numquam cognita unde provenit etiam earum effusio; ex altera vero ita in condicionibus egestatis vivitur, ubi maximae quoque necessitatis bona desiderantur, ut deficientium alimoniarum victimae computari nequeant.

7. Manca haec aequitas mutilusque coniunctionis mutuae sensus in necessitudinibus inter nationes sic prodest nationibus industria machinali valentibus ut intervallum divitum ac pauperum augescere non cesset. Hinc deceptionis sensus apud tertii mundi populos necnon accusatio abusuum et colonialismi oeconomici, quem dicunt, adversus nationes illas, quae ope machinalis industriae vivunt.

8. Ceterum recordatio maiorum praedicti colonialismi eiusque consectariorum fovet saepius offensiones ac vulnera.

9. Apostolica Sedes porro, secundum Concilii Vaticani Secundi mentem, quem ad modum etiam Episcoporum Conferentiae, numquam desinunt offensam denotare quam prae se fert cursus ille maximus ad armamenta qui, praeter ipsa pericula inde imminentia paci universali, ingentes sibi arrogat pecuniarum copias, quarum pars aliqua tantum satisfacere possit magis prementibus postulationibus populorum rebus necessariis privatorum.

II - Huius DESIDERII INDICIA

1. Appetitio iustitiae veraeque agnitionis ipsius dignitatis uniuscuiusque hominis postulat, haud secus atque alta quaevis cupiditas, ut illuminetur et gubernetur.

2. Etenim est prudentia adhibenda de ipsis *expressionibus* seu declarationibus, in doctrina et in usu, illius desiderii. Plurimi enim motus sunt politici et sociales, sese qui praebent germanos interpretes voluntatis pauperum simulque idoneos — etiam per instrumentorum violentiae usum — ad mutationes inferendas unde oppressio miseriaque populi radicitus exterminen tur.

3. Sic crebrius iustitiae appetitus implicatur opinationibus quae, dum sensum eius obscurant aut vitiant, proponunt huic contentioni populorum ad propriam liberationem certos fines qui vero humanae vitae fini adversantur, ac suadent agendi vias secum importantes meditatum violentiae usum contra ethicam doctrinam personis ipsis faventem.

4. Poscit igitur interpretatio *signorum temporum ad Evangelii lumen* ut sensum quis perscrutetur altae populorum cupiditatis iustitiae, verum pariter investiget peracri prudentia patefactiones, tam in doctrina quam in communi usu, quibus illa appetitio exprimitur.

III - LIBERATIO: ARGUMENTUM CHRISTIANUM

1. In se sumptum ipsum desiderium liberationis non potest in animo menteque christianorum non reperire amplam et fraternam resultantem vocem.

2. Secundum hanc ita cupidinem natus est motus theologicus ac pastoralis, qui nomine agnoscitur « theologiae liberationis », primo nempe in Americae Latinae nationibus, quae

religiosa et culturali eminent hereditate christianae fidei, deinde aliis in tertii mundi nationibus, item atque in quibusdam locis civitatum machinali industria excellentium.

3. Locutio illa : « theologia liberationis » ante omnia significat praecipuam aliquam sollicitudinem, simul gignentem studium iustitiae, intentam in pauperes oppressionisque victimas. Hac profectus a definitione quisque discernere valet plures modos, inter se saepe dissidentes, concipiendi vim christianam paupertatis genusque operae in iustitiam impensae quae idcirco flagitatur. Ut omnes opinionum motus, sic etiam ((theologiae liberationis » diversas exhibent formas theologicas ; fines autem earum doctrinales haud clare definiuntur.

4. Desiderium *liberationis,* quem ad modum dictio suadet ipsa, iterum suscipit principale quoddam argumentum Veteris ac Novi Testamenti. Ita quidem in se intellecta locutio : « theologia liberationis » plane valet : meditationem enim theologicam denotat argumenti biblici de liberatione ac libertate necnon considerationem prementis necessitatis cotidianarum eius consecutionum. Non igitur fortuito accidit ut liberationis cupiditas cum theologus liberationis coniungatur. Illius autem coniunctionis significatio recte intellegi nequit nisi sub concretae doctrinae luce ipsius nuntii Revelationis quem legitime Magisterium Ecclesiae interpretatur.[2]

IV - BIBLICA FUNDAMENTA

1. Theologia sic liberationis recte perspecta ipsos theologos incitat ut certas quasdam essentialesque bibliorum quaestiones altius pervestigent secundum curam gravium illarum et urgentium causarum quas hodierna cupido liberationis necnon ipsi liberationis motus eam cupidinem plus minusve fideliter referentes exhibent Ecclesiae. Minime quidem licet oblivisci discri-

[2] Cf. Const. Dogm. *Dei Verbum,* n. 10.

minis illarum condicionum ex quibus haec sic proclamata theologorum invitatio effluit.

2. Intimus *libertatis christianae*[3] **sensus et cognitio primum caput sive punctum totius rei constituunt. A peccatis nos Christus liberator noster liberavit a legisque servitute et carnis quae ipsa est nota status hominis peccatoris. Nova itaque gratiae vita, effectus nempe iustificationis, liberos nos reddit. Quod vicissim significat servitutum omnium servitutem ipsius peccati esse maximam. Ceterae servitutis formae habent ergo in peccati servitute extremam radicem suam. Haec ratio denique est cur libertas christiana suo pleno ex sensu, prout est vita in Spiritu, misceri numquam possit cum licentia carnis indulgendi desideriis. Est enim vita nova in caritate.**

3. «Theologiae liberationis» maximum momentum tribuunt *Exodi* **narrationi, quae eventum constituit quo efformatio populi electi praecipue innititur. Liberatio porro est ab alieno dominatu servitioque. Dici autem debet propria huius eventus significatio ex eius proposito deduci, quandoquidem liberatio ea ordinatur ad condendum Dei populum et ad cultum fovendum foederis in Monte Sinai celebratum.**[4] **Hinc causa quam ob rem liberatio Exodi redigi haud possit ad liberationem indolis maxime et tantum politicae. Magni aliunde momenti est quod vox** *liberationis* **nonnumquam in Sacris Litteris permutetur verbo valde propinquo** *redemptionis.*

4. Eventum sic primarium Exodi numquam deinceps ex Israelis memoria obliterabitur. Ad illud refertur, cum post Hierosolymorum interitum Babylonisque Exsilium vivitur in novae liberationis spe et ultra eam in exspectatione ultimae alicuius liberationis. Hac in experientia Deus agnoscitur Libe-

[3] **Cf.** ***Gal*** **5, 1 ss.**

*** Cf.** ***Eas*** **24.**

rator. Panget ille suo cum populo Foedus Novum dono sui Spiritus cordiumque conversione signatum.[5]

5. Complurium Psalmorum materiam subministrant angustiae ipsae difficultatesque multiplices quas homo fidelis Deo Foederis subit; commemorant planctus, auxilii in vocationes, gratiarum actiones, ipsam salutem religiosam necnon liberationem. Quibus locis angor non solum et simpliciter habetur idem ac socialis condicio miseriae aut status illius qui oppressionem patitur politicam. Complectitur etiam hostium odium, iniustitiam, mortem, culpam. Psalmis enim reducimur ad essentialem quandam religionis experientiam: a Deo videlicet uno exspectari posse salutem ac medicinam; Deum iam non hominem valere angustiarum condiciones immutare. Sic etiam « pauperes Domini » vivunt prorsus dediti fidentesque amanti providentiae Dei.[6] Per totum vero deserti transitum non procurare desinit Dominus tum liberationem tum emendationem populi sui spiritalem.

6. In Vetere Testamento prophetae post Amos non cessant permagna quadam vi appellare iustitiae mutuaeque necessitudinis postulata et simul iudicium ferre acerrimum in divites qui pauperibus dominantur. Suscipiunt viduae orphanique defensionem. Minas adversus potentes proferunt: cumulatae iniquitates necessario secum inferunt poenas acerbas. Observantia ideo fidelis Foederis sine iustitiae custodia non fingitur. Iustitia enim erga Deum ac iustitia erga homines inter se non possunt seiungi. Deus nempe pauperis defensor est ac liberator.

7. In Novo pariter Testamento tales reperiuntur postulationes. Ad extremum tamen perducuntur, sicut sermo *Beatitudinum* **ostendit. In imo scilicet corde evenire debent conversio ac renovatio.**

[5] **Cf.** ***Ier*** **31, 31-34;** ***Ez*** **36, 26 ss.**

[6] **Cf.** ***Soph*** **3, 12 ss.**

8. Fraternae caritatis mandatum, quod Vetus iam Testamentum praenuntiavit, ad omnes iam homines prolatum normam praebet vitae socialis supremam.[7] Non iam distinctiones illae aut fines impedire possunt quin quisque omnem hominem agnoscat suum *proximum.**

9. Paupertas propter Regnum extollitur. In formaque pauperis adiuvamur ut imaginem et veluti arcanam praesentiam dispiciamus Filii Dei qui nostra causa egenus est factus.[9] Hoc est fundamentum inexhaustibilium Iesu dictorum de Iudicio apud Matthaeum: 25, 31-46. Particeps Dominus noster est dolorum omnium; omnis angor ipsius signatur praesentia.

10. Eodem autem tempore postulata iustitiae ac misericordiae, iam in Vetere Testamento praedicta, sic amplificantur ut novam significationem in Novo Testamento recipiant. Patientes enim ac vexati cum Christo aequantur.[10] Perfectio ea, quam a suis postulat Christus discipulis *(Mt* **5, 18) in eo nempe consistit ut misericordes sint, « sicut et Pater vester misericors est »** *(Lc* **6, 36).**

11. Hac ita luce christianae vocationis et amoris fraterni et misericordiae fulgente, divites graviter commonentur suorum officiorum.[11] Ante Ecclesiae Corinthiae turbationes vehementer Paulus inculcat nexum inter participationem sacramenti ipsius amoris atque communicationem cum fratre indigenti.[12]

12. Docet autem nos Novi Testamenti revelatio peccatum esse summum malum quia hominem in intima parte eius personae ferit. Prima liberatio, ad quam omnes aliae respicere debent, est quae nos a peccato liberat.

[7] Cf. *Dt* 10, 18-19.
» Cf. *Lc* 10, 25-37.
[9] Cf. *2 Cor* 8, 9.
[10] Cf. *Mt* 25, 31-46; *Act* 9, 4-5; *Col* 1, 24.
[11] Cf. *Iac* 5, 1 ss.
[12] Cf. *1 Cor* 11, 17-34.

13. Sane ut indicetur natura extrema liberationis a Christo allatae universisque hominibus oblatae, ut sint politica, ratione liberi vel servi, Novum Testamentum in primis non postulat tamquam praeviam condicionem, ut quis in eam ingrediatur libertatem, mutationem status politici et socialis. Attamen, *Epistula ad Philemonem* comprobat libertatem Christi gratia effectam necessario habere oportere etiam in ordine sociali consectaria.

14. Nemini licet hac de causa ambitum peccati, cuius primus effectus est conturbationem inferre necessitudini inter hominem et Deum, ad illud redigere quod « peccatum sociale » vocatur. Re quidem vera, sola doctrina recta peccati sinit ut gravitati insistatur consectariorum eius socialium.

15. Neque iam malum praecipue ac solum reponendum est in ipsis « structuris » oeconomicis socialibus vel politicis vitiatis, velut si reliqua mala cuncta de istis structuris uti propria de causa proficiscantur, ita nempe ut « hominis novi » effectio ex institutione pendeat diversarum structurarum in re oeconomica ac socio-politica. Necesse profecto est ut magno animo immutemus structuras, quae iniquae sunt quaeque iniquitates générant. Structurae vero bonae aut malae, ut actuum hominis effectus, sunt potius consecutiones rerum quam causae. Mali enim radices iacent igitur in personis liberis auctoribusque propriorum factorum quae Iesu Christi gratia convertantur necesse est ut vivant agantque velut creaturae novae in proximi amore, efficaci inquisitione iustitiae, dominatione sui virtutumque exercitatione.[13]

Si quis autem uti postulatum primum statuat plenam rationum socialium eversionem indeque procedens reprehendat studium perfectionis uniuscuiusque hominis, iam in viam intrat negandi ipsius sensus personae eiusque transcendentis naturae, et laedit ethicam doctrinam una cum fundamento

» Cf. *Iac* 2, 14-26.

ipsius quod est indoles absoluta distinctionis inter bonum ac malum. Cum caritas insuper principium sit verae perfectionis, haec non potest intellegi sine animo aliis aperto promptaque serviendi voluntate.

V - MAGISTERII vox

1. Saepenumero, ut respondeat provocationibus ex oppressione f ameque, in nostrum tempus iactatis, Ecclesiae Magisterium studens excitare christianas conscientias ad sensum iustitiae et socialis officii et coniunctionis cum pauperibus'atque oppressis invocavit praesentem utilitatem immo et necessitatem doctrinae et postulatorum quae in Revelatione continentur.

2. Hic satis esto aliquot haec commemorare, ut puta ea recentiora pontificum acta, quae sunt *Mater et Magistra,* et *Pacem in Terris, Populorum Progressio, Evangelii Nuntiandi.* Item epistulae facimus mentionem ad Cardinalem Eoy missae sub titulo *Octogésima Adveniens.*

3. Quaestiones autem iustitiae libertatisque tractandas suscepit Concilium Vaticanum Secundum in pastorali constitutione *Gaudium et Spes.*

4. Pontifex dein Romanus, nunc feliciter regnans, crebrius haec argumenta inculcavit, nominatim in Litteris Encyclicis *Redemptor Hominis, Dives in Misericordia* et *Laborem Exercens.* Interpellationes plures hae doctrinam renovant de *iuribus hominis,* dum directo tangunt quaestiones liberationis personae humanae variis a generibus oppressionis, quibus persona est obnoxia. Eadem de re praesertim oportet memoretur oratio habita coram XXXVI conventu universali Nationum Unitarum die n Octobris MCMLXXIX.[14] At die xxvni mensis Ianuarii eodem ipso anno Ioannes Paulus II, cum tertiam Conferentiam CELAM in urbe Puebla aperiret, praedicaverat iam totam de

[14] Cf. *AAS* 71 (1979), pp. 1144-1160.

homine veritatem verae liberationis esse fundamentum.[15] Haec elocutio exstat documentum recta via consulendum theologiae liberationis.

5. Bis praeterea *Synodus Episcoporum,* anno scilicet MCMLXXI et MCMLXXIV, sermonem instituit de quaestionibus directo spectantibus ad christianum liberationis conceptum: id est, de iustitia in mundo et de necessitudine inter liberationem oppressorum plenamque liberationem sive hominis salutem. Synodorum autem illarum opera, anno MCMLXXI et MCMLXXIV, Summum Pontificem Paulum VI adduxerunt ut in Exhortatione Apostolica *Evangelii Nuntiandi* vincula definiret inter evangelizationem ac liberationem vel progressionem humanam.[16]

6. Cura dein quam gerit Ecclesia liberationis hominumque progressionis pariter probata est constitutione Pontificiae Commissionis cui nomen *Iustitia et Pax.*

7. Concinentes porro cum Sede Apostolica multi Episcopatus ipsi vicissim necessitatem extulerunt viasque germanae hominum liberationis. Decet hac in re nominatim documenta indicare Conferentiarum Generalium Episcopatus Latino-Americani de Medellin anno MCMLXVIII ac de Puebla anno MCMLXXIX. Ineunte congressu Medellinensi adstabat Paulus VI, Ioannes Paulus II Pueblensi. Uterque vero argumentum pertractavit conversionis ac liberationis.

8. Subsecutus Paulum VI, qui proprietatem nuntii Evangelii illustraverat[17] prout haec originem suam divinam servat, Ioannes Paulus II in sermone apud Puebla explicato meminerat quae tres essent columnae quibus vera theologia liberationis fulciretur tota, videlicet *veritas de Iesu Christo, veritas de Ecclesia, veritas de homine*.[18]

[15] Cf. *AAS* 71 (1979), p. 196.
[16] Cf. Exhort. Apost. *Evangelii Nuntiandi,* n. 25-33, *AAS* 68 (1976), pp. 23-28.
[17] Cf. Exhort. Apost. *Evangelii Nuntiandi;* n. 32, *AAS* 68 (1976), p. 27.
[18] Cf. *AAS* 71 (1979), pp. 188-196.

VI - NOVA CHRISTIANISMI INTERPRETATIO

1. Non poterit quisquam oblivione umquam exstinguere summam ingentem operis quod sui omnino immemores christiani, pastores, sacerdotes, religiosi ac religiosae vel laici homines, absolvunt dum amore permoti erga fratres in condicionibus indignis versantes contendunt opem adferre consolationemque innumerabilibus angustiis quae effectus miseriae sunt. Inter quos quidam nituntur efficacia detegere instrumenta quibus finis quam primum intolerando rerum statui imponatur.

2. Periculum tamen subest ne ardens studium et commiseratio, quae omnium pastorum implere debent animos, devertantur et detorqueantur in coepta homini eiusque dignitati tam exitiosa quam est miseria ipsa quae oppugnatur, nisi quis caverit sibi satis a certis quibusdam invi tamen tis.

3. Anxius enim sensus urgentis necessitatis efficere non debet ut, quod essentiale est, praetermittatur neve responsio Iesu temptatori reddita omittatur *(Mt* **4, 4) : « non in pane solo vivet homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei »** *(Dt* **8, 3). Nonnulli sic moventur urgente necessitate panis partiendi ut secludant in diemque proximum reiciant evangelizationem ipsam : primum panis, postmodum verbum. Capitalis error est ea duo separare, eoque magis inter se opponere. Utrumque autem ut prosequamur iam sponte sua late suadet christianus sensus.**[19]

4. Ipsa autem dimicatio necessaria pro iustitia libertateque humana, secundum sensum oeconomicum et politicum suum, aliquibus videtur constituere rem essentiae propriam omnemque simul salutem. Eorum exin sententia Evangelium in nuntium plane terrestrem redigitur.

[19] Cf. Const. Past. *Gaudium et Spes,* n. 39; Pros XI, Litt. Encycl. *Quadragesimo Anno, AAS* 23 (1931), p. 207.

5. Diversae igitur *theologiae liberationis* **se ita habent secundum rationem suam : hinc ad** *optionem potiorem pro pauperibus* **vehementer luculenterque confirmatam post Medellinensem congressum etiam in Conferentia** *Pueblensi,*[20] **illinc vero ad illecebram illam redigendi Evangelium salutis in evangelium terrenum.**

6. Commonefacimus tamen optionem potiorem apud *Puebla* **statutam re vera esse duplicem: pro pauperibus et** *pro iuvenibus.*[21] **Notari interest optionem illam pro iuvenibus plerumque silentio prorsus praeteriri.**

7. Superius iam (cfr. IV, 4) asseveravimus veram « theologiam liberationis » eam profecto esse quae debita ratione explanato Dei Verbo inhaereat.

8. Sed ob describendi opportunitatem expedit loqui potius de theologus liberationis, quoniam locutio haec amplectitur sententias theologicas vel interdum etiam ideológicas, quae non solum discrepant, verum saepius inter se componi nequeunt.

9. Hoc autem in documento sermo dumtaxat erit de consectariis illius cogitandi viae, quae sub tituló « theologiae liberationis » tribuunt fidei doctrinae ipsique vitae christianae novatricem aliquam interpretationem quae a fide Ecclesiae valde errat, quinimmo negationem eius in re secumfert.

10. **Res commodatae sine iudicio a philosophia marxistarum necnon usus opinationum alicuius explicationis biblicae rationalismo infectae subiacent novae huic interpretationi quae dein omnia corrumpit vera quae primum magnanimum studium pro pauperibus habuit.**

[20] **Cf. n. 1134-1165 et n. 1166-1205.**

[21] **Cf. *Doc. de Puebla,* IV, 2.**

VII - MARXISTARUM ENODATIO

1. Impatientia voluntasque efficientiae quosdam christianos adduxerunt ut, alios modos penitus desperantes, se converterent ad illud quod « analysim marxistam » appellant.

2. In hanc videlicet sententiam ratiocinantur: intolerabilis rerum displodensque condicio *actionem efficacem* **deposcit quae diutius differri non potest. At efficax talis actio pro concesso sumit aliquam** *analysim scientificam* **causarum miseriae ex structuris fluentium. Verum eius generis explicationem iam perfecit marxismus. Eam igitur satis est adhibere ad tertii mundi condicionem ac praesertim ad Americae Latinae statum.**

3. Eruditam autem cognitionem ipsius rerum condicionis viarumque, quae percurri possint, transformationis socialis esse praevium fundamentum cuiusvis actionis, quae attingere valeat propositas metas, iam per se patet. Nota est seriae gravitatis obligationis.

4. Adiectivum tamen « scientificam » vi quadam fascinanti homines quidem capit uti f abella; nec omnia quae nomen prae se ferunt scientificum idcirco continuo vere sunt scientifica. Hac de causa usum alicuius rationis tractandi veras mundi res praecedere debet criticum iudicium indolis epistemologicae. Talis autem praevia investigatio critica plus quam uni « theologiae liberationis » deest.

5. Humanis socialibusque in disciplinis animus attendat oportet plures vias ac sententias quarum quaeque unum tantum rei latus collustrat quae suam ob implicatam naturam effugit unicam univocamque explanationem.

6. In illa autem marxistarum doctrina, quam pro opportunitate quis usurpare velit, eo magis fieri iubetur praecedens quaedam iudicatio, quod cogitatio Caroli Marx offert prospectum mundi qui universa complectitur, ubi indicia praebita ex

observatione explicationeque descriptiva rerum complentur structura philosophica et ideologica quae sibi illam vim significationemque vindicat quam eis quis assignare vult. Sententiae autem *a priori* **captae praeponuntur ipsi cognitioni condicionis verae societatis. Sic disiunctio elementorum dissimilium, quae constituunt hanc summam epistemologica ratione diversam, effici non potest; ita ut, cum putat quis se accipere id quod velut rerum explicatio ostenditur, simul alliciatur ad ipsam philosophiam seu ideologiam amplectendam. Quapropter non raro accidit ut ideologicae rationes dominentur in iis praeceptis, quae plures « theologi liberationis » ex auctoribus marxianis hauriunt.**

7. Permanet etiam hodie prorsus valida Pauli VI monitio: ope marxismi, prout sese exprimit concretis vitae modis, discerni valent variae rerum rationes variaeque quaestiones christianis propositae ad deliberandum et ad agendum. Nihilominus « vanum profecto est atque periculosum eam ob causam oblivisci arctissimi illius vinculi, quod penitus easdem coniungit; item diversa amplecti elementa marxianae investigationis, nulla habita ratione necessitudinis, quae cum doctrina ipsis intercedit; denique ingredi in mediam illam classium contentionem eiusque marxianam interpretationem, dum perspicere omittitur genus societatis violentae atque imperii absoluti, ad quae paulatim actio illa perducit *n.*[22]

8. Nemo quidem negat suis ab originibus, at multo magis proximis hisce annis, marxianam doctrinam sic variatam esse ut plura sententiarum corpora pepererit insigniter inter sese distantia. Quatenus autem vere persistait esse marxianae, eatenus opiniones illae haud desinunt cum principiis quibusdam principalibus conspirare quae cum christiana hominis societatisque conceptione dissentiunt.

[22] **PAULUS VI, Epist. *Octogésima Adveniens,* n. 34; *AAS* 63 (1971), pp. 424-425.**

Hinc ideo formulae nonnullae iam non sunt omnino neutrius partis, sed retinent eam significationem quam secundum primigeniam marxistarum opinationem receperant. Quod ita valet de « contentione classium ». Locutio illa etiam nunc abundat ea vi quam Carolus Marx ipsi indidit neque ergo existimari potest secundum rerum experientiam eadem ac « acris contendo socialis ». Quicumque proin similes adhibent formulas, fingentes se aliquot tantum conservare marxianae explicationis elementa quae aliunde in summa refutabitur, saltem gravem fovent ambiguitatem in propriorum lectorum animis.

9. In memoriam rursus vocamus atheismum ac negationem personae humanae eiusque libertatis et iurium locum quidem medium obtinere totius mentis marxianae. In se ideo ea errores continent qui recta via minitantur fidei veritatibus de sorte hominum aeterna. Praeterea si theologiam quis perficere velit aliqua « analysi », cuius normae interpretandi ex hac athea conceptione pendeant, se necessario concludat in repugnantias exitiales. Ceterum falsus intellectus indolis spiritalis personae faciet ut haec tota submittatur communitati ipsi sicque principia negentur vitae socialis ac politicae dignitati humanae respondentis.

10. Opus est theologo praesertim critica inquisitione in modos analysis ex aliis disciplinis receptos. Lux enim fidei propria principia subministrat theologiae. Elementorum itaque philosophiae vel scientiarum humanarum usus a theologo ipso habet suum momentum uti « instrumentum » debetque critico subici iudicio indolis theologicae. Aliis videlicet verbis: postrema ac decretoria veritatis regula non alia esse potest denique tandem ac norma theologica ipsa. Secundum fidei proinde lumen et ea, quae fides nos de veritate hominis docet deque sensu extremo eius sortis, diiudicanda est auctoritas aut gradus auctoritatis in iis quae reliquis disciplinis exhibentur, sae-

pius quidem instar coniecturae, veluti veritates de homine eiusque historia et fortuna.

11. Usus interpretandi rationum, ex corpore marxianae doctrinae sumptarum, ad res ipsas oeconomicas sociales politicas etiam hodiernas potest primo aspectu exhibere quandam quasi veri similitudinem, prout scilicet status aliquarum civitatum suadet certam proportionem cum iis quae Carolus Marx descripsit exposuitque in medio saeculo superiore. Secundum has similitudines redduntur simplices rerum explanationes quae, sepositis necessariis beneque definitis elementis, reapse prohibent vere strictam investigationem causarum ipsius miseriae turbationesque gignunt.

12. In certis Americae Latinae regionibus cumulatio maximae divitiarum partis a paucis dominis conscientiae socialis expertibus, fere nullus vel mancus Status iuris, dictaturae militares ludibrio habentes primaria etiam hominum iura, corruptela quorundam gubernatorum auctoritate praeditorum, saevi mores alicuius capitis pecuniae alienis ex nationibus — haec omnia sunt quae violentum seditionis sensum aiunt inter eos qui impotentes se esse arbitrantur sic victimas novi colonialismi technologicae oeconomicae nummariae indolis. Huic iniustitiarum conscientiae comitatur quaedam *commiseratio***, quae sermones suos marxismo infixit eosque perperam exhibet veluti « seien tifíeos ».**

13. Princeps condicio alicuius investigationis est mens plane docilis ipsi rerum veritati quae sunt describendae. Critica ergo conscientia iungatur oportet cum usu hypothesium operis quas sibi quis sumpsit. Sciendum propterea est hypotheses illas certae cuidam respondere mentis sententiae, idque vicissim necessario efferre ex una sola parte aliquot rationes veritatis rerum, ceteris in obscuritate relictis. Circumscriptio haec, ex ipsa socialium disciplinarum natura proficiscens, ab iis negligi tur qui

ad modum hypotheticarum opinationum confugiunt in conceptionem aliquam omnia amplectentem, qualis est Caroli Marx doctrina.

VIII - EVERSIO SENSUS IPSIUS VERITATIS AC VIOLENTIA

1. Conceptus ille universa continens sic logicam suam consequentiam imponit praecipitque, ut « theologiae liberationis » summam accipiant sententiarum quae cum christiana hominis imagine componi nequeunt. Nucleus enim doctrinae ad marxismum adhaerens, cui res referuntur, munere fungitur *decretorii cuiusdam principii.* **Quae partes illi assignantur virtute appellationis** *scientificae,* **id est rei necessario verae, quae indita est ei. Distingui autem possunt hoc in nucleo plura elementa eum componentia.**

2. Secundum consequentem marxistarum mentem « analysis » iam non potest segregari ab *usu* **communi et ratione historiae intelligendae, cui** *usus* **ille iungitur. Ita criticum est instrumentum analysis atque iudicium criticum pars dumtaxat est ipsius dimicationis seditiosae. Quae dimicatio pertinet ad ordinem Proletariatus instructum historica functione.**

3. Peragere ergo is solus potest rectam analysim qui huius dimicationis est particeps.

4. Vera conscientia igitur est conscientia factiosa sive potius *partium.* **Uti patet, de ipsa hic agitur conceptione veritatis quae omnis nempe invertitur: nihil inibi esse veritatis contendunt nisi in et pro** *usu* **factioso.**

5. Usus sive *praxis* **ac veritas inde profluens sunt** *praxis* **et veritas factiosae, quoniam historiae primaria compages denotatur** *contentione classium.* **Oportet igitur ex necessitate obiectiva ingredi contentionem classium (quae dialectice opponitur abusui qui repudiatur). Veritas est classis ipsius veritas; neque veritas exsistit nisi in certamine classis eversivae.**

6. Princeps historiae lex, quae nempe contentionis classium lex est, significat societatem ipsam in violentia esse conditam. Violentiae enim, quae condicionem efficit dominationis divitum in pauperes, respondere debet contraria eversionis violentia, qua superior condicio permutabitur.

7. Ita profecto praestatur classium contentio veluti necessaria et obiectiva lex. Ingrediens eius processum in favorem oppressorum aliquis « facit » veritatem agitque « scientifice ». Quam ob rem conceptio veritatis aequaliter coniungitur cum violentiae necessariae affirmatione ideoque etiam cum politici amoralismi asse ver atione. Haec cum ita sint, mentio postulatorum ethicorum, ex quibus renovationes extremae animosaeque ipsarum structurarum et institutionum flagitantur, omnem suum amittit sensum.

8. Principalis porro lex contentionis classium prae se fert indolem alicuius summae atque universitatis. Repetitur enim omnibus in vitae regionibus : in religione et ethica doctrina, in cultura et institutis. Nulla rerum provincia libera est ab illa lege. In unaquaque lex haec decretorium est elementum.

9. Ipsa ethicae doctrinae natura, hisce principiis originis marxistae adhibitis, in dubium penitus vocatur. Etenim transcendens ratio ipsius distinctionis inter bonum et malum, omnis doctrinae moralis fundamentum, implicite negatur in illo prospectu contentionis classium.

IX - « THEOLOGICA » ILLIUS NUCLEP INTERPRETATIO

1. Reperiuntur sententiae, de quibus est hic sermo, nonnumquam minutatim enucleatae quibusdam in scriptionibus « theologorum liberationis ». Apud alios vero consequenter eae deducuntur ex eorum propositionibus. Praefiguntur illae alibi aliquibus liturgicis usibus, cum verbi causa « Eucharistia » in celebrationem convertitur populi pugnantis, etiamsi adstantes

his ritibus haud sibi sunt rei plene conscii. Verum igitur proponitur quoddam « systema », quamvis dubitent quidam persequi logicam eius consecutionem usque in finem. Uti tale istud corpus vel institutum est corruptio christiani nuntii, prout eum Deus suae commendavit Ecclesiae. Quare is nuntius videtur totus vocari in quaestionem a « theologus liberationis ».

2. Non iam *factum* **ipsum ordinum socialium cum iniquitatibus et iniustitiis quae eis insunt, sed ipsa** *opinatio* **sive theoria de contentione classium veluti lege structurarum principali in historia suscipitur a « theologus liberationis » instar principii. Inde colligitur sic intellectam classium contentionem scindere ipsam Ecclesiam, et secundum eandem res quoque ecclesiales esse iudicandas. Pariter contenditur affirmationem, qua amor in sua universalitate possit id vincere quod constituit primam legem structuralem societatis capitalistae, nihil aliud significare quam fallaciam mala fide alere.**

3. In hoc rerum conceptu contentio classium est historiae incitatrix. Fit ita historia cogitatio maxima. Deus ipse dicetur facere se historiam. Addent insuper unam esse historiam solam in eaque nefas esse historiam salutis distingui ab historia profana. Si quis discrimen illud retineat, cadere eum dicent in « dualismum ». Similes asseverationes produnt immanentismum quendam historicum. Facile ideo quis vult Regnum Dei eiusque tempus venturum aequare humanae liberationis motui efficereque ipsa ex historia materiam propriae progressionis veluti rationem aliquam qua per classium contentionem se homo ipse redimit. Haec vero aequatio fidei Ecclesiae adversatur, quem ad modum Concilium Vaticanum II eam instillavit.[23]

4. Hanc ad mentem eo usque nonnulli tendunt ut Deum immo ipsum historiamque idem esse dicant fidem definientes velut « fidelitatem erga historiam », id est fidelitatem impensam

[23] **Cf. Const. Dogm.** ***Lumen Gentium,*** **n. 9-17.**

in consuetudinem politicam quae conceptionem futurae aetatis hominum generis sequitur sensu cuiusdam messianismi dumtaxat temporalis.

5. Fides inde spes et caritas novum sibi induunt sensum ac significationem : sunt enim « fidelitas erga historiam », « fiducia de futuro aevo », « optio pro pauperibus ». Quod significat eas sua in veritate theologali negari.

6. Novo autem ex hoc conceptu consequitur necessario extrema interpretatio politica ipsarum affirmationum, fidei iudiciorumque theologicorum. Iam nihil refert ut animus intendatur in consectaria effectaque politica fidei veritatum quae praesertim observentur secundum earum vim transcendentem. Tota enim fidei doctrina aut theologiae subditur cuidam politicae regulae, quae ipsa vicissim pendet ex sententia de classium contentione uti historiae incitatrice.

7. Qua de causa ostenditur ingressus ipse in classium contentionem tamquam caritatis ipsius necessitas; reicitur uti animus impediens contrariusque pauperum amori ipsa voluntas diligendi iam nunc omnem hominem, ad quemcumque ordinem pertinet, ac studium succurrendi ei per non violentas colloquii persuasionisque vias. Si autem quis affirmat hominem iam non odio esse debere, item simul asseverat, eo quod re vera pertineat ad orbem divitum, iam *a principio* eum inimicum classis esse debellandum. Quapropter universalis natura amoris proximi ac fraternitas fiunt eschatologicum principium quod soli <(novo homini » valebit qui ex eversionis victoria exorietur.

8. Quod ad Ecclesiam vero spectat, inclinant ad eam putandam tantummodo rem historiae inhaerentem oboedientemque etiam illis legibus quae regere creduntur venturam aetatem historicam in eius immanentia. Haec autem imminutio propriam vacuefacit Ecclesiae veritatem, quae donum gratiae divinae est ac fidei mysterium. Pariter infitiantur christianorum, ad op-

positos ceteroquin ordines pertinentium, participationem eiusdem mensae eucharisticae quidquam significare.

9. Pro sua positiva significatione *Ecclesia pauperum* indicat potiorem locum sine ulla exceptione destinatum pauperibus, secundum cunctas miseriae humanae formas, quandoquidem illos Deus praefert. Significat quoque haec locutio hac nostra aetate sive ecclesiam uti communionem institutionemque sive eius membra conscientiam habere paupertatis evangelicae necessitatum.

10. Attamen « theologiae liberationis », quarum merito loci insignes prophetarum et Evangelii de pauperibus tuendis proprium momentum recuperaverunt, confusionem moliuntur calamitosam inter *pauperem* Sacrae Scripturae ac *proletariatum* Caroli Marx. Quocirca *christianus* sensus pauperis corrumpitur et certatio pro pauperum iuribus fit classis certamen ad ideologiam contentipnis classium normam. Sed tunc Ecclesiam classis significat *Ecclesia pauperum,* quae necessitates perspexit eversivae certationis ut gressum ad liberationem quaeque liberationem liturgicis suis ritibus concelebrat.

11. Aliquid porro simile animadvertendum est quod attinet ad dictionem *Ecclesiae populi.* Pastorali quidem ratione intellegi possunt per illam vocem ei, ad quos potissimum evangelizatio dirigitur, nempe ei in quos ob propriam eorum condicionem pastoralis Ecclesiae amor praesertim intenditur. Potest etiam ea vox pertinere ad ecclesiam tamquam « populum Dei », populum scilicet Novi Foederis in Christo pacti.[24]

12. Verumtamen « theologiae liberationis », de quibus hic agitur, *Ecclesiam populi* intellegunt esse Ecclesiam classis, Ecclesiam populi oppressi, Ecclesiam cuius « conscientiam » oportet excitare constitutae contentionis liberatricis causa. Sic au-

[24] Cf. Const. Past. *Gaudium et Spes,* n. 39.

tem sumptus populus, nonnullis opinantibus, fit etiam fidei argumentum.

13. **Tali imagine Ecclesiae populi censura exoritur ipsarum Ecclesiae structurarum. Hinc iam non agitur tantum de fraterna correctione Ecclesiae pastorum, quorum agendi ratio non evangelicum animum ministerii reddit sed obsoletis signis adhaeret auctoritatis quae pauperes offendunt. Verum etiam in controversiam adducitur** *sacramentalis et hierarchica compages Ecclesiae* **qualem Dominus ipse voluit. In hierarchia enim ac magisterio incusantur ii qui vere classis dominantis, quam devinci oportet, personam gerunt. Theologica ratione haec sententia defendit populum esse ministeriorum originem eumque ergo suo arbitrio sibi eligere posse ministros secundum necessitates sui muneris historici et eversivi.**

X - NOVA RATIO INTERPRETANDI

1. **Factiosa veritatis notio, quae in consuetudine sive eversiva classium** *praxi* **demonstratur, illam confirmat sententiam. Theologi, qui cum opinionibus « theologiae liberationis » non conveniunt, hierarchia ac in primis magisterium Romanum iam eam ob rem obtrectantur tamquam oppressorum classium participes. Eorum dicitur theologia esse classis. Eorum ergo argumentationes et praecepta iam non in se sunt perscrutanda cum nihil aliud nisi referant classis commoda. Eorum itaque sermo iam principio affirmatur falsus.**

2. Hinc ipsius « theologiae liberationis » indoles universalis, quae omnia complectitur, elucet. Quam ob rem aestimetur ipsa oportet non secundum hanc illamve suam affirmationem, verum ex isto classis prospectu quem sibi *a priori* **arrogat quique in ea est quasi decretorium principium hermeneuticum fundamentale.**

3. Propter praeiudicatam hanc opinationem de classibus admodum difficile est, ne dicamus omnino fieri non posse, ut quibusdam cum « theologis liberationis » vera instituatur collocutio, in qua collocutor audiatur eiusque excutiantur argumenta iudicio obiectivo et attento animo. Hi namque theologi, modo plus minus conscio, principio nituntur sententiam classis oppressae et eversivae, quae eorundem nempe est opinio, efficere unicam speciem veritatis. Theologicae regulae veritatis sic minoris momenti fiunt subiciunturque necessitudinibus ipsius contentionis classium. Qua in rerum conditione sufficitur in locum *orthodoœiae* **uti rectae fidei normae ipsa notio** *orthopraxis* **veluti lex veritatis. Ad hoc autem quod attinet, haud licet intentionem practicam, quae propria etiam theologiae translaticiae est eodemque titulo ac intentio speculativa, commisceri aliquo cum primatu peculiaris iuris, qui tribuitur certo generi** *praxis.* **Haec enim ultima est usus eversivus qui sic fieret suprema veritatis theologicae regula. Porro sana methodologia theologica sine dubio rationem habet** *praxis* **Ecclesiae ibique unum reperit fundamentorum suorum; sed hoc fit quia ipsa ex fide promanat eiusque est testimonium vitae ratione datum.**

4. Socialis Ecclesiae doctrina cum indignatione respuitur. Quam dicunt prodire vana ex spe alicuius compromissi, quam habent classes mediae quibus nulla est historica sors.

5. Nova *interpretandi* **via, « theologiae liberationis » propria, ad retractationem praecipue** *politicam* **Sacrae Scripturae perducit. Maius hinc pondus adicitur ipsi eventui** *Exodi,* **cum liberatio illa sit a politica servitute. Politica similiter lectio proponitur cantici** *Magnificat.* **Error autem in eo non est quod animus in rationem politicam locorum biblicorum dirigitur, sed quod ex illo aspectu deducitur ratio princeps atque exclusiva quae ducit ad lectionem Scripturarum angustandam.**

6. Item homo se collocat in conspectu messianismi temporalis, quod unum est ex extremis signis saecularis interpretationis Regni Dei eiusque inclusionis in historiae humanae immanentiam.

7. Hanc politicam rationem anteponendo, inducimur ad Novi Testamenti *extremam novitatem* **denegandam ac praesertim Iesu Christi, veri Dei et veri hominis, personam infitiandam, sicut etiam propriam naturam liberationis quam ille nobis affert quaeque ante omnia liberatio est a peccato, omnium maiorum fonte.**

8. Ceterum, probata Magisterii interpretatione recusata, quae uti classis explicatio reicitur, simul a Traditione disce-di tur. Quapropter abicitur necessaria quidem interpretandi regula theologica et in vacuitatem inde exortam sententiae extremae admittuntur exegesis rationalistae. Redintegratur ita sine critico animo repugnantia inter *Iesum historiae* **ac** *Iesum -fidei.*

9. Profecto asservatur littera formularum fidei, ac nominatim fidei Calcedonensis, at sub iisdem novus subicitur sensus, qui fidei Ecclesiae negatio est. Hinc enim christologica doctrina ex Traditione prodita reicitur propter legem classis; hinc vero contenditur posse « Iesum historiae » attingi procedendo de eversiva experientia certaminis pauperum ad propriam liberationem.

10. Iterum affectatur instauranda experientia, eius similis quam Iesus habuisse putatur. Experientia enim pauperum pugnantium pro sua liberatione, quae dicitur fuisse etiam Iesu, ipsa, et quidem sola, proferret cognitionem veri Dei eiusque Regni.

11. Patet autem hinc fidem negari in Verbum incarnatum mortuum ac resuscitatum propter omnes homines, et quem Deus

Dominum et Christum fecit.[25] Pro eo autem submittitur « figura » Iesu quae species quaedam signi est in se colligentis postulata contentionis oppressorum.

12. Ita tribuitur Christi mortui interpretatio dumtaxat politica. Virtus ideo ipsius salutaris totaque redemptionis oeconomia pernegatur.

13. Afficitur ergo nova interpretatione integra summa mysterii christiani.

14. Efficit proinde illa generatim id, quod vocari potest inversio symbolorum. Sic potius quam ut cum Sancto Paulo videatur in Exodo figura baptismi,[26] poterit hoc ipsum politicae liberationis populi signum existimari.

15. Eadem vero interpretandi regula adhibita ad ecclesialem vitam constitutionemque hierarchicam Ecclesiae, ratio necessitudinis inter hierarchiam atque « basim » fit necessitudo dominationis obnoxia legi contentionis classium. Sacramentalis natura, quae radix est ministeriorum ecclesialium quaeque Ecclesiam constituit spiritale institutum quod redigi nequit ad explicationem tantummodo sociologicam, prorsus ignoratur.

16. Conversio haec symbolorum animadvertitur etiam in *sacramentorum* **regione. Iam enim Eucharistia non comprehenditur sua in veritate, nempe ut praesentia sacramentalis sacrificii reconciliantis ac donum Corporis et Sanguinis Christi, sed putatur celebratio populi suum certamen certantis. Quocirca Ecclesiae unitas funditus negatur. Unitas enim et reconciliatio et communio in amore non iam percipiuntur velut donum a Christo receptum.[27] Historica quidem classis pauperum unitatem molietur per suam ipsius dimicationem. Con-**

[25] Cf. *Act* 2, 36.

[26] Cf. *1 Cor* 10, 1-2.

[27] Cf. *Eph* 2, 11-22.

tentio classium via huius unitatis est. Eucharistia ita classis evadit Eucharistia. Eodem pariter tempore triumphans vis negatur Dei amoris qui nobis est datus.

XII - DIRECTORIAE MONITIONES

1. Cautio ac provisio gravium errorum, quos quaedam ((theologiae liberationis » propagant, nullo tamen modo accipienda est tamquam approbatio, ne obliqua quidem, impertita illis qui quidquam conferunt ad miseriam populorum conservandam, illis qui commodum ex ea trahunt, illis qui resides animadvertunt, vel illis qui eandem miseriam nihil omnino curant. Evangelio Misericordiae hominisque amore ducta Ecclesia clamorem pro iustitia[28] excipit eique omnibus suis viribus respondere contendit.

2. Invitatio ideo maxima ad Ecclesiam dirigitur. Cum audacia ac fortitudine, cum sagacitate ac prudentia, cum studio ac fervore animi, cum amore pauperum qui ad sacrificium usque pertingit, pastores suum potissimum munus putabunt huic invitationi responsum reddere, haud secus ac plurimi eorum iam faciunt.

3. Universi autem illi, sacerdotes religiosi ac religiosae et laici homines, qui audito clamore pro iustitia cupiunt operam suam navare evangelizationi humanaeque progressioni, id efficient consonantes cum suis episcopis et cum Ecclesia, unus quisque secundum propriam suam ecclesialem vocationem.

4. Sibi praeterea conscii ecclesialis naturae vocationis suae theologi fideliter praestabunt animoque ad colloquium propenso industriam consociatam cum Ecclesiae Magisterio. In Magisterio enim discernent Christi donum Ecclesiae ipsius con-

[28] Cf. *Doc. de Puebla, I,* 3, n. 3. 3.

cessum[29] observantiaque filiorum propria amplectentur verbum eius ac monita.

5. Tantummodo ex evangelizandi munere eius cum integritate ex toto sumpto comprehenduntur necessitates promotionis humanae veraeque liberationis: quae liberatio quibusdam veluti columnis necessariis innititur, quae sunt: *veritas de Iesu Christo Redemptore, veritas de Ecclesia, veritas de homine eiusque dignitate*[30] Ad lumen quidem Beati tu dinum, in primisque Beatitudinis de pauperibus spiritu, Ecclesia quae universo in orbe pauperum esse vult Ecclesia, in animo habet nobili contentioni servire pro veritate et pro iustitia. Quemque hominem appellat eaque de causa cunctos homines. Ipsa est « Ecclesia universalis, Ecclesia incarnationis. Non unius classis aut unius ordinis est Ecclesia. Et pro ipsa veritate loquitur illa. Quae quidem veritas res tangit in se ipsas ». Ea etiam efficit ut ratio ducatur « cuiusque condicionis humanae, cuiusque iniustitiae, cuiusque discriminis, cuiusque contentionis ».[31]

6. Efficax ideo iustitiae tutela adnitatur oportet ad veritatem de homine qui ad Dei imaginem est creatus ad divinaeque filiationis gratiam vocatus. Verae consuetudinis agnitio inter hominem ac Deum fundamentum ponit iustitiae, quia inde reguntur necessitudines inter homines ipsos. Ea est causa, cur pugna pro hominis iuribus, quae numquam desistit Ecclesia commemorare, secum inferat veram pro iustitia contentionem.

7. Postulat autem veritas de homine ut pugna haec pugnetur instrumentis humanae dignitati congruentibus. Meditatus idcirco deliberatusque violentiae caecae usus, quacumque provenientis ex parte, est repudiandus.[32] Si quis igitur fidat instru-

[29] Cf. *Lc* 10, 16.

[30] Cf. IOANNES PAULUS II, *Oratio ad initium conferentiae de Puebla, AAS* 71 (1979), pp. 188-196; *Doc. de Puebla,* II, 1.

[31] Cf. IOANNES PAULUS II, *Oratio habita in loco « Vidigal » Rivi Ianuarii,* 2 Iulii 1980, *AAS* 72 (1980), pp. 852-858.

[32] Cf. *Doc. de Puebla,* II, 2, n. 5. 4.

mentis violentis, sperans inde magis restauratimi iri iustitiam, in exitialem procidat deceptionem. Vim enim parit vis deicitque hominem; hominis dignitatem ludificat in personis victimarum atque hanc ipsam dignitatem infringit eorum, qui vim usurpant.

8. Urgens autem necessitas reformationum penitus faciendarum, quae afficiunt structuras miseriam gignentes constituentesque ipsas formas violentiae, facere non debet ut ignoretur fontem iniustitiarum in corde inveniri hominis. Nonnisi igitur compellando *ethicas facultates* **personae et perpetuam interioris conversionis necessitatem, sociales importabuntur mutationes quae re vera homini deservient.**[33] **Etenim, ut homines libere intersunt — privatim atque communiter — his necessariis mutationibus, ipsi excitati ad sensum conscientiamque suorum officiorum crescent humanitate. Inversio autem inter doctrinam moralem et structuras abundat anthropologia materialista quae componi nequit cum veritate de homine.**

9. Item gravissimus eam ob rem error admittitur, si creditur novas ex se ipsis structuras parituras esse « hominem novum » secundum significationem, id est, veritatis de homine. Nescire enim non potest christianus Spiritum Sanctum, qui datus sit nobis, omnis verae novitatis esse originem Deumque ipsum historiae esse dominum.

10. Pariter structurarum iniustitiam generantium eversio per violentiam seditiosam non iam *ipso facto* **initium est instaurandi regiminis iusti. Factum aliquod maioris momenti huius aetatis facere debet attentos eos omnes, qui ex animo liberationem veram exoptant fratrum suorum. Multa centena milia aequalium nostrorum legitime nituntur primarias recuperare libertates, quibus destituti sunt a regiminibus penitus dominantibus et Deum negantibus quae per violentas seditiosasque**

[33] **Cf.** ***Doc. de Puebla,*** **IV, 3, n. 3. 3.**

vias potita sunt omni potestate, omnino sub titulo liberationis populi. Hoc aetatis nostrae dedecus neglegi non licet: profitentes libertatem se afferre aliqui totas nationes continent in condicionibus servitutis indignis plane homine. Ii qui, fortasse inscii, consortes se reddunt eiusmodi subiugationum, pauperes decipiunt quibus inservire volunt.

11. Classium contentio, tamquam iter ad societatem sine classibus, fabula est quae renovationes praepedit miseriamque auget atque iniustitias. Qui vero se abripi hac fabula patiuntur, ponderent necesse est acerba experimenta historiae quae illa intulit. Inttelegent tunc nullo modo agi de deserenda efficaci via pro pauperibus pugnandi deque serviendo commodis alicuius vanae speciei, quae omni carebit effectu. Interest potius ex contrario ut quis se expediat a ficta quadam imagine ut fulciatur Evangelio eiusque operandi virtute.

12. Una autem ex condicionibus alicuius necessariae correctionis theologicae est recta aestimatio *doctrinae sociaMs Ecclesiae.* **Haudquaquam clausa haec doctrina est. Verum aperta patet novis quaestionibus cunctis quae progrediente tempore numquam non cooriuntur. Quo in rerum prospectu partes theologorum et intelligendi auctorum totius orbis regionum etiam nunc pernecessariae sunt Ecclesiae meditationi.**

13. Eorum pariter experientia, qui coram in evangelizatione et in pauperum oppressorumque promotione versantur, poscitur ad deliberationem doctrinae actionisque pastoralis Ecclesiae. Hoc sensu dicendum est conscientiam quorundam aspectuum veritatis accipi ex ipsa vita sive *praxi,* **si eo sub-nomine intellegatur consuetudo pastoralis ususque socialis quae sectantur evangelicam rationem.**

14. Ecclesiae doctrina in re sociali praebet maximas directorias normas moralis naturae. Ut vero illa possit gubernare directo ipsam actionem, homines idonei exercitatique in scientiis

arteque technica, sicut etiam in provincia scientiarum humanarum vel politicarum rerum, ei opus sunt. Animos pastores intendent ad tales instituendos homines idoneos, radicitus viventes ex Evangelio. Hic autem potissimum tanguntur laici, quorum proprium officium est societatem aediñcare.

15. Opinationes « theologiarum liberationis » late disseminantur, simplici adhuc forma, apud circulos educationis vel coetus « a basi » qui dicuntur, catechetica ac theologica carentes instructione. Ita accipiuntur illae sententiae a viris feminisque generosis, etsi ferri non potest criticum iudicium.

16. Invigilandum itaque pastoribus est tam qualitati quam doctrinae ipsi catechesis et educationis, cuius semper officium est exhibere *integritatem nuntii salutis* **et postulata verae hominum liberationis intra definitos fines huius nuntii integri.**

17. In hac autem demonstratione integra christiani mysterii expediet quasdam essentiales rationes in clariorem lucem proferre quas « theologiae liberationis » praesertim proclives sunt ad perperam comprehendendas vel praetermittendas : transcendentiam gratuitamque indolem liberationis in Iesu Christo vero Deo ac vero homine, principatum ipsius gratiae, veram naturam salutis instrumentorum nominatimque Ecclesiae et sacramentorum. Inculcabitur vera significatio moralis doctrinae, ob quam discrimen boni ac mali non potest relativismo subici, germanus peccati sensus, conversionis necessitas et ipsius fraterni amoris lex universalis. Cavebitur ne omnis vita humana rationibus politicis circumvadatur quae ignorantes totam summam proprietatum Regni Dei atque personae transcendentiam illuc tandem tendunt ut politicam doctrinam reddant sacram utque captatam religionem populi torqueant in commoditatem inceptorum seditiosorum.

18. Interdum exprobratur defensoribus « orthodoxiae » passivus quidam animus, indulgentia vel conspiratio culpabilis

quod spectat ad in tolerandas iniustitiae* condiciones et ad politica regimina quae illum sustinent statum. Spiritalis autem conversio, magnitudo amoris in Deum ac proximum, studium iustitiae et pacis, evangelicus sensus pauperum et paupertatis flagitantur ab omnibus, at potissimum a pastoribus iisque in quos incidit rerum officium. Cura integritatis fidei non procedit sine cura pariter reddendi, per integram theologiam, responsionem efficacis testificationis ministerii erga proximum, ac praesertim omnino erga pauperem atque oppressum. Ex tali sua testificatione dynamica quidem et constructiva iacient ita Christiani fundamenta illius « civilis cultus amoris » de quo post Paulum VI locuta est conferentia de Puebla.[34] Ceterum complures ii sunt, sacerdotes religiosi et religiosae laici homines, qui modo reapse evangelico se addicunt societati iustae aedificandae.

CONCLUSIO

Pauli VI verba in Professione Fidei Populi Dei absoluta perspicuitate fidem Ecclesiae exprimunt, a qua recedere non licet quin simul novae miseriae novaeque excitentur una cum spiritali ruina Servitutes.

((Confitemur pariter Regnum Dei, quod hic in terris in Christi Ecclesia primordia habuit, "non esse de hoc mundo", "cuius figura praeterit", itemque eius propria incrementa idem existimari non posse atque progressionem humanitatis cultus, vel scientiarum, vel technicarum artium, sed in eo consistere, ut investigabiles divitiae Christi altius usque cognoscantur, ut spes in aeternis bonis constantius usque ponatur, ut Dei caritati flagrantius usque respondeatur, ut denique gratia atque sancti tu do largius usque diffundantur inter homines. At eodem amore Ecclesia impellitur, ut etiam verum hominum bonum temporale continenter cordi habeat. Dum enim quotquot habet

[34] **Cf.** *Doc. de Puebla,* **IV, 2, n. 2. 3.**

filios monere non cessat, eos "non habere hic" in terris "manentem civitatem", eosdem etiam exstimulat ut, pro sua quisque vitae condicione atque subsidiis, propriae humanae civitatis incrementa foveant, iustitiam, pacem atque fraternam concordiam inter homines promoveant, atque fratribus suis, praesertim pauperioribus et infelicioribus, largiantur adiumentum. Quare impensa sollicitudo, qua Ecclesia, Christi Sponsa, hominum necessitates prosequitur, hoc est eorum gaudia et exspectationes, dolores et labores, nihil aliud est nisi studium, quo ipsa vehementer impellitur, ut iis praesens adsit, eo quidem consilio, ut Christi luce homines illuminet, universosque in Illum, qui ipsorum unus Salvator est, congreget, atque coniungat. Nunquam vero haec sollicitudo ita accipienda est, quasi Ecclesia ad res huius mundi se conformet, aut deferveat ardor, quo ipsa Dominum suum Regnumque aeternum exspectat ».[35]

Hanc Instructionem in Conventu ordinario huius Sacrae Congregationis deliberatam, Summus Pontifex PP. Ioannes Paulus II, in Audientia infrascripto Cardinali Praefecto concessa, adprobavit et publici iuris fieri iussit.

Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 6 Augusti, in Festo Transfigurationis Domini, anno 1984.

IOSEPH Card. RATZINGER, *Praefectus*

*** ALBERTUS BOVONE, Archiep. tit. Caesarien. in Numidia,** *Secret.*

[35] **PAULUS VI,** ***Sollemnis Professio fidei,*** **30 Iunii 1968,** ***AAS*** **60 (1968), pp. 443-444.**

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETUM

CAMERINENSIS ET ALIARUM

De finium mutatione

Conferentia Episcopalis Picena, Christifidelium in eadem Regione degentium spirituali saluti magis consulere studens atque normis decreti Sacrosanti Concilii Oecumenici Vaticani II « Christus Dominus» n. 23 obsequens, ab Apostolica Sede petivit ut quarundam circumscriptionum territorium in Piceno, sive inter dioeceses eiusdem pastoralis regionis sive cum finitibus Ecclesiis Umbriae plagae, rectius disponeretur, quin tamen ignoret alia in eadem regione inveniri territoria ulterius studium expostulantia ut aptior pastoralis regionis ordinatio habeatur.

Auditis ideo locorum Ordinariis quorum interest, Sacra Congregatio pro Episcopis rata huiusmodi immutationem in bonum animarum cessuram, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Ioanne Paulo, Divina Providentia Pp. II tributarum, praesenti decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur decernit :

1. ab archidioecesi Camerinensi territorium separat -paroeciarum nomine :

— S. Stefano in Villa S. Stefano, Ss. Salvatore in Valcarecce, S, Michele Arcangelo in Castello, S. Giorgio in Castreccioni, S. Nicolò in Moscosi in municipio vulgo Cingoli situm, et dioecesi Cingulanae adnectit.

Praeterea ab eadem Ecclesia territorium distrahit paroeciarum nuncupatarum S. Michele Arcangelo in Casamontanara, S. Donnino in S. Donnino, S. Michele Arcangelo in Rocchetta, S. Gregorio in Colleponi, infra fines municipii vulgo Genga extensum, atque paroeciarum nomine S. Michele Arcangelo in Murazzano, S. Pietro Apostolo in Scorzano, infra fines municipii vulgo Sassoferrato, quae territoria dioecesi Fabrianensi adiungit.

2. A dioecesi Auximana territorium distrahit paroeciarum nomine :

— Ss. Giovanni Battista e Pietro Apostolo, ad municipium vulgo Appignano pertinens, et Maceratensi Ecclesiae tribuit;

— S. Donato, S. Antonio a Osterianova, infra fines municipii vulgo Montefano, quod Recinetensi Ecclesiae adnectit.

3. A dioecesi Recinetensi disiungit et Auximanae Ecclesiae unit territorium paroeciarum vulgo S. Stefano Protomartire, Ss. Annunziata in Crocette, S. Pietro Apostolo in S. Agostino, S. Antonio da Padova una cum vicaria curata San Rocco appellata, quod intra fines municipii vulgo Castelfidardo extenditur.

Insuper eadem Sacra Congregatio pro Episcopis, ut unitas iurisdictionis in eadem regioni civili et immo in eodem municipio efficiatur, seiungit :

I. a dioecesi Nucerina-Tadinensi territorium paroeciarum nomine :

— S. Pietro Apostolo in Sassoferrato, S. Fecondino in Sassoferrato, S. Giovanni in Cabernardi, Ss. Giovanni Ev. e Ermete in Castagna, S. Croce in Casal vento, S. Bartolomeo Ap. in Castiglioni, Natività di Maria Ss. in Catobagli, S. Maria Assunta in Coldapi, S. Lorenzo Martire in Coldellanoce, S. Paterniano in Frassineta, Ss. Ercolano e Sabino in Liceto e Gaville, SS. Salvatore in Montelago, S. Famiglia in Monterosso, S. Stefano Prot. in Morello, S. Paterniano V. in Perticano, S. Cristoforo M. in Rotondo, S. Egidio Abate in S. Egidio, S. Felice P. M. in S. Felice, S. Giovanni Apostolo, S. Venanzio M. in Venatura, in municipio vulgo Sassoferrato situm, quod dioecesi Fabrianensi unit;

— S. Maria V. in Bastia, S. Ilario in Belvedere, S. Maria Assunta in Cancelli, S. Pietro Ap. in Campodiegoli, S. Maria delia Neve in Campodonico, S. Ni vola V. in Coccore, S. Sebastiano M. in Marischio, S. Maria Assunta in Melano, S. Nicola V. in Rucee e Viacce, S. Donato V. M. in S. Donato di Fabriano, S. Cassiano M. in S. Cassiano al Cupo, S. Gregorio P. M. in Serradica, S. Michele Arcangelo in Varano, in municipio vulgo Fabriano situm, quod dioecesi Fabrianensi adnectit ;

— S. Bartolomeo Mart. in Percozzone, in municipio vulgo Pergola situm, quod dioecesi Pergulanae unit;

— S. Stefano Prot. in Caudino, Immacolata Concezione in Costa,

ad municipium vulgo Arcevia pertinentes, quod dioecesi Senogalliensi adnectit;

— S. Maria Assunta in Sefro, S. Biagio Mart. a Sorti, in municipio vulgo Sefro; S. Mauro Ab. in Copogna, S. Lorenzo Mart. a Dignano, S. Martino V. di Serravalle-Castello, in municipio nomine Serravalle; S. Maria della Spina in Poggio Sorifa, Ss. Martino e Carlo a Laverino, in municipio vulgo Fiuminata, quod archidioecesi Camerinensi adnectit.

II. a dioecesi Civitatis Castelli territorium paroeciarum nomine:

— S. Martino in Apecchio, S. Stefano in Baciocheto, Ss. Quirico e Giulitta in Caselle, S. Maria della Cella, S. Paolo in Fagnille, S. Stefano in Osteria Nuova, S. Martino del Piano, S. Lorenzo in Sessaglia, in municipio vulgo Apecchio, quod dioecesi Calliensi tribuit et territorium paroeciae S. Andrea di Sorbello, in municipio vulgo Cortona, quod Ecclesiae Cortonensi adscribit.

III. a dioecesi Nursina territorium paroeciarum nomine:

— S. Maria-Collegiata in Visso, Ss. Giovanni e Fortunato in Aschio, S. Pietro in Chiusita, S. Stefano in Croce, S. Maria e S. Salvatore in Cupi, S. Maria Assunta in Fematre, unita aeque principaliter a S. Lorenzo in Riofreddo, S. Maria in Mevale, S. Marco in Orvano, S. Andrea in Villa S. Antonio, S. Bartolomeo in Villa S. Antonio, omnes in municipio Visso;

— S. Stefano in Castel S. Angelo sul Nera, S. Martino in Gualdo, S. Giovanni Battista in Macchie, S. Vittorino in Nocria, S. Lucia in Rapegna, S. Pietro in Vallinfante, in municipio Castel S. Angelo sui Nera;

— S. Maria della Pieve di Ussita, S. Andrea in Calcara, Ss. Vincenzo e Anastasia in Casali, S. Placido in S. Placido, S. Stefano in Sorbo, Ss. Donato e Reparata in Vallestretta, in municipio Ussita, quod Ecclesiae Camerinensi adscribit.

Statuit quoque Sacra Congregatio ut, una cum territorio paroeciarum ecclesiae, oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona, iura et onera quomodocumque ad paroecias illas vel ecclesias illas spectantia adnectantur.

Mandat insuper ut documenta et acta praefata territoria respicientia, a curia a qua ad curiam dioecesis cui territoria aggreganda sunt tradantur.

Ad clerum vero quod attinet, simul ac praesens decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium legitime detinent, ceteri autem clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ordinario tamen uniuscuiusque dioecesis a quo territorium distrahitur, fas est ob congruas rationes atque collatis consiliis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione intra annum disponere, audito Ordinario dioecesis cui territorium illud adnectitur.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum P. D. Marcellum Morgante, Episcopum Asculanum in Piceno atque Conferentiae Episcopalis Picenae praesidem, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eamdem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar peractae exsecutionis actus remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 19 mensis Martii anno 1984.

© **SEBASTIANUS** Card. **BAGGIO**, *Praefectus*

L. © S.

© Lucas Moreira Neves, Archiep. tit. Feraditanus maior, *a Secretis*

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit. Videlicet :

die 25 Iulii 198— Titulari episcopali Ecclesiae Liberaliensi R. D. Ioannem étrutwa, Catholicae Universitatis Lublinensis historiae ecclesiasticae professorem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Boleslai Pylak, Episcopi Lublinensis.

die H Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Mvariensi Exc.mum P. D. Damianum Iguacén Borau, hactenus Episcopum Terulensem et Albarraciensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Martanaênsi R. D. Petrum Iacobum

De Nicolò, e clero Ariminensi, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, a consiliis Nuntiaturae, quem deputavit Nuntium Apostolicum in Republica Costaricensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Guardiensi Exc.mum P. D. Ioannem Gerardi Conedera, hactenus Episcopum Quicensem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Prosperi Penados del Barrio, Archiepiscopi Guatimalensis et Praelati SS. D. N. I. C. de Esquipulas.

28 Augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Sanctae Fidei in Argentina Exc.mum P. D. Edgardum Gabrielem Storni, hactenus Episcopum titularem Croensem et Auxiliarem eiusdem Sedis Metropolitanae.

— Cathedrali Ecclesiae Sancti Nicolai de los Arroyos Exc.mum P. D. Dominicum Salvatorem Castagna, hactenus Episcopum titularem Germaniensem in Numidia et Auxiliarem Em.mi ac Rev.mi P. D. Ioannis Caroli S. R. E. Cardinalis Aramburu, Archiepiscopi Bonaêrensis.

die 1 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Oxomensi-Sorianae R. D. Iosephum Diéguez Reboredo, Pro-Vicarium Generalem archidioecesis Compostellanae.

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare. Nimirum, per Apostolicas sub plumbo Litteras, praefecit :

die 4 *Iunii 1981^.* — Metropolitanae Ecclesiae noviter erectae Beirensi Exc.mum P. D. Iacobum Petrum Gonçalves, hactenus Episcopum eiusdem nominis dioecesis.

— Metropolitanae Ecclesiae nuper erectae Nampulensi Exc.mum P. D. Emmanuelem Vieira Pinto, hactenus Episcopum eiusdem nominis dioeceseos.

— Cathedrali Ecclesiae Kenemaënsi R. P. Ioannem C. O'Riordan, Congregationis S. Spiritus sub tutela Immaculati Cordis Beatissimae Virginis Mariae sodalem eiusdemque dioecesis Apostolicum Administratorem ((sede vacante ».

— Titulari episcopali Ecclesiae Bonustensi R. D. Isaac Danu, e clero nativo birmano, generalem Procuratorem Episcopalis Conferentiae Nationalis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Sebastiani Shwe Yauk, Episcopi Tunguensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Carcabiensi R. P. Aloisium Mbwôl-Mpasi, sodalem Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae Congregationis eiusdemque Novitiorum Magistrum atque Provinciae Consultorem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Aloisii Antonii Jansen, Isangiensis Episcopi.

die 22 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Krishnagarensi R. P. Lucam Sirkar, e Societate Salesiana S. Ioannis Bosco, indigenam, scholae artium in Delhiensi civitate Moderatorem.

— Cathedrali Ecclesiae de Louis Trichardt-Tzaneen R. P. Hugonem Slattery, Superiorem Regionalem Missionariorum Sacratissimi Cordis Iesu in Australi Africa operantium.

— Cathedrali Ecclesiae Portus Blairensi nuper erectae in India R. P. Alexium das Neves Dias, Societatis missionalis « de Pilar » sodalem, Rectorem necnon docentem Sociologiae in Seminario maiori in Goana archidioecesi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Elephensi R. P. Paulum Schmitz, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, Superiorem Vice-Pro vinciae Ordinis in America centrali, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Salvatoris Schlaefer, Vicarii Apostolici Bluefieldensis in Nicaragua.

— Titulari episcopali Ecclesiae Turuzitanae R. D. Armandum Toasy, vicarium episcopalem dioecesis Ambaniaënsis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Armandi Razafindratandra, Episcopi Maiungaënsis.

die 25 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Dedzaënsi R. D. Gervasium Moysen Chisendera, e clero saeculari dioeceseos Lilongvensis, olim Moderatorem Nationalem in Malavio Pontificalium Operum Missionalium.

— Titulari episcopali Ecclesiae Caput Cillensi R. P. Vidonem Romano, Congregationis Sanctissimi Redemptoris sodalem, olim Vicarium

Generalem Mameyensis dioecesis, quem deputavit Administratorem Apostolicum ((sede vacante » eiusdem dioecesis.

die 2 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Lucknovensi Exc.mum P. D. Alanum Basilium de Lastic, hactenus Episcopum titulo Cissensem ac Auxiliarem Archiepiscopi Calcuttensis.

— Coadiutorem Exc.mi P. D. Georgii Bernarding, Archiepiscopi Montis Hagensis, constituit R. P. Michaelem Meier, Societatis Verbi Divini sodalem, Consultorem necnon parochum ecclesiae Sancti Pauli, quem etiam archiepiscopali dignitate ornare dignatus est.

— Cathedrali Ecclesiae Buniaènsi Exc.mum P. D. Leonardum Dhejju, hactenus Episcopum Uviraënsem.

— Cathedrali Ecclesiae Taeieonensi Exc.mum P. D. Iosephum Kapryong Kyeong, hucusque Episcopum titulo Buffadensem ac Auxiliarem Archiepiscopi Seulensis.

— Cathedrali Ecclesiae Gunturensi R. D. Gali Bali, presbyterum autochthonem, Sacrae Scripturae docentem in Seminario maiori Sancti Ioannis civitatis Hyderabadensis.

— Cathedrali Ecclesiae Bandungensi R. D. Alexandrum Soetändio Djajasiswaja, Vicarium Generalem Archidioecesis Semarangensis.

— Cathedrali Ecclesiae Kuduguensi Exc.mum P. D. Basilem Tapsoba, hactenus Episcopum titulo Mesarfeltensem et Auxiliarem eiusdem dioeceseos.

— Cathedrali Ecclesiae Ioannesburgensi Exc.mum P. D. Reginaldum Iosephum Orsmond, hactenus Episcopum titulo Assuritanum atque Administratorem Apostolicum « sede plena » eiusdem dioeceseos.

— Cathedrali Ecclesiae Imae Telluris Exc.mum P. D. Ernestum Maximinum Lucianum Cabo, hactenus Episcopum titulo Bocconiensem atque eiusdem dioeceseos Auxiliarem.

NOMINATIONES

Peculiaribus datis decretis, Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

die 7 *Aprilis 198^.* — Exc. P. D. Ioannem Khamsé Vithavong, Episcopum titulo Moglaenensem, *Administratorem Apostolicum* « ad nutum Sanctae Sedis » Vicariatus Apostolici Luangensis-Prabangensis.

die 9 Aprilis. — R. P. Antonium J. Sharma, Societatis Iesu sodalem, *Superiorem ecclesiasticum* Missionis « sui iuris » Nepalianae, novae erectionis in Nepalia.

die 28 Aprilis. — Exc. P. D. Iulium Riyadi Darmaatmadja, Archiepiscopum Semarangensem, *Vicarium Castrensem* in Indonesiana Ditione.

die 18 Maii. — R. P. Victorium Emmanuelem Maldonado Barreno, Ordinis Fratrum Minorum sodalem, *Praefectum Apostolicum* Galapagensis Praefecturae in Aequatoria.

die 2 Iunii. — Exc. P. D. Aloisium Nkinga Bondala, Episcopum Kolensem, *Administratorem Apostolicum* « sede plena » dioeceseos Lueboënsis.

die 10 Iunii. — Exc. P. D. Laurentium A. Burke, Episcopum Nassaviensem, *Superiorem Ecclesiasticum* Missionis ((sui iuris », novae erectionis in Antillis, « Turks and Caicos » vulgo nuncupatae.

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

DIVIONEN.

Canonizationis Ven. Servae Dei Elisabeth a SS. Trinitate (in saeculo: Elisabeth Catez), Monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatorum.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Laudem gloriae » Dei (cfr. *Eph* 1, 6) nomen et vocationem suam in Ecclesia esse cum, superno instinctu acta, intellexisset, Dei Famula Elisabeth Catez a Trinitate, ita vitam duxit ut, ipsamet teste, « caelum in terris adinveniret », Patris et Filii et Spiritus Sancti in templo animae suae viventium, « adoratrix in spiritu et veritate » facta (cfr. *Io* 4, 24).

Nata die 18 Iulii anno 1880 in loco quem vulgo appellant *Camp oVAvor*, Bituricensis intra fines dioeceseos, Elisabeth inter moniales Divionenses Ordinis Carmelitarum Discalceatorum anno 1901 recepta est, quibus sese perpetuo per vota religiosa die 11 mensis Ianuarii anno 1903 devinxit, die autem 9 Novembris a. 1906 « ad lucem, ad vitam, ad amorem » patriae transiens. Intima cum Deo communione iugiter coniuncta, inde vires hausit quibus « iuxta crucem Iesu » (cfr. *Io* 19, 25) cum B. Maria Virgine ad mortem usque fideliter stetit, in gaudium habens quod sibi daretur adimplere in carne sua quae desunt passionum Christi pro eius corpore, quod est Ecclesia (cfr. *Col* 1, 24).

Eam autem, servatis omnibus de iure servandis, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 12 Iulii anno 1982, heroicas virtutes excoluisse declaravit.

Ad sollemnem autem eius beatificationem consequendam unam, ad novi iuris normam, ex aliis sanationibus quae, eadem Venerabili Serva Dei intercedente, divinae actionis indicia videbantur, Causae actores selegerunt, eamque Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt.

Agitur videlicet de mira sanatione sacerdotis Ioannis Mariae Chanut, Ordinis Cisterciensium Strictioris Observantiae, Archiabbatiae de Cistercio in Gallia, qui mense Februario anni 1943 per intercessionem eiusdem Servae Dei, a tuberculosi renali perfecte con valuit.

Cum praeter naturae vires huiusmodi sanationem contigisse diceretur, canonicae inquisitiones adornatae sunt apud Curiam episcopalem Divionensem, et quidem tum potestate ordinaria (a. 1948), tum auctoritate apostolica (aa. 1963-1965), de quarum iuridica forma et vi Decretum die 5 Iulii a. 1969 exiit.

Coadunato postea, die 10 Iunii a. 1983, huius Sacrae Congregationis Consilio Medico, prolataque favorabili de sanationis praedictae indole preternaturali sententia, quaestio subiecta est theologorum iudicio, primum quidem, die 29 Novembris anno 1983, in Congressu Consultorum theologorum, et postea, die 24 Ianuarii hoc anno 1984, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium huic Sacro Dicasterio praepositorum, ponente seu relatore Em.mo Cardinali Mario Aloisio Ciappi. Et utroque in Coetu quaestioni an sanatio praedicta divinitus patrata fuerit per intercessionem Venerabilis Servae Dei Elisabeth a SS.ma Trinitate, responsum est datum affirmativum.

De hisce omnibus certior factus per subscriptum Cardinalem Prae-

f ee tum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II suffragia Sacrae Congregationis rata habens, decretum super mira eadem sanatione apparari iussit.

Quod cum rite esset factum, hodierno die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis S. Congregationis pro Causis Sanctorum, ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater edixit : *Constare de uno miraculo, Venerabili Serva Dei Elisabeth a SS.ma Trinitate, moniali professa Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, intercedente, a Deo patrato, scilicet de rapida, perfecta et constanti sanatione sacerdotis Ioannis Mariae Chanut a tuberculosi renali dextera, in subiecto praegresso morbo a Pott affecto.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 17 Februarii, Anno Iubilaeo Redemptionis 1984.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. & S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

IANUEN.

Canonizationis Servae Dei Virginiae Centurione vid. Bracelli, Fundatricis Instituti Sororum Dominae Nostrae a Refugio in Monte Calvariae vulgo « Brignoline ».

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Dilectus meus mihi, et ego illi » *(Cont* 2, 16) : ita Sacrae Litterae sponsalem canunt amorem plenum, perpetuum atque irrevocabilem. Eiusmodi amor est « fortis ut mors », devorans sicut ((lampades ignis, lampas Domini» *(Cant* 8, 6). Vere lampas Domini est amor, quia ex ipsa Dei natura oritur, qui seipsum patefecit Amorem

seque propter amorem dedit: « Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret » *(Io* 3, 16); Filius autem, qui Patris est amor, ob amorem se dedit et ad mortem obtulit: « Cum dilexisset suos ... in finem dilexit eos» *(Io* 13, 1), et mandatum novum suis discipulis dedit, ut diligamus invicem, sicut dilexit nos (cfr. *Io* 13, 34), pro proximis nos devovendo. Hoc profecto postulat verus christianus amor; namque nos in Deum Amorem immittit, quasi in rapidum flumen, et trahit in eius amoris inceptum, in Calvaria consummatum.

Hoc accidit Venerabili Virginiae Centurione Bracelli, quae Deum sibi sponsum elegit eique in puperibus servivit atque idem consilium filiabus suis religiosis proposuit, quas quidem ex Monte Calvaria denominavit, ut commonefaceret earundem esse incommoda perpeti et in opus salutis incumbere.

Virginia Genuae nata est die 2 mensis Aprilis anno 1587 e Georgio Centurione et Laelia Spinola, veteris prosapiae urbis. Biduo post baptizata ac deinde in solidam pietatem formata, iam puellula ostendit se ad monasterii vitam propensam; sed ei obsequendum fuit ferreae voluntati patris, qui voluit eam, quindecim tantum annos natam, Gaspari Bracelli in matrimonium dare, iuveni nobili loco orto et magnarum opum heredi, sed natura ad vitam voluptuariam et ad lusum proclivi. Hae propensiones, per primam iuventam male coërcitae, extra proruperunt post matrimonium, intra quinque annos debilem eius corporis constitutionem consumpserunt eumque ad ultimum vitae discrimen adduxerunt Alexandriae, quo se contulerat caelum salubrius quaesiturus.

In illis rerum angustiis tota Virginiae virtus effulsit; quae, iam ab initio nisa tenemmo et magnanimo amore coniugem ad bonam frugem revocare, cum cognovit eum iamiam esse moriturum, patri obsistens firme vetanti, accucurrit ut ei assiderei; et, re vera, efficacissimis remediis tum corporis tum spiritus adhibitis, iterum fidei cordi eius memoriam renovavit, eumque gratia renatum Deo reddidit die 13 mensis Iunii anno 1607. Tum Virginia illum amisit maritum, qui ei duas reliquit filias, sed secundis nuptiis sibi divinum Sponsum iunxit, qui eam matrem facturus erat multarum filiarum spiritualium, in eius disciplina eruditarum. Eo enim die, votum castitatis perpetuae suscipiens, divino Sponso se dedit dono pleno et irrevocabili, parata semper et per omnia ad Calvariam cum eo iter dirigere. Firmiter itaque novas nuptias recusavit, quas ei pater paraverat, et domi se abdidit, in paenitentiam, in laborem, in filiarum educationem

incumbens, simulque operam impendens in « Opus ecclesiarum pauperum agrestium», quibus pecuniam donabat et vestes. Sed Sponsus eam intellegere fecit se velle non in domo sua sibi serviretur, sed in sua ipsius persona, serviendo pauperibus. Ilico ea oboedivit, primo scholas condidit moribus formandis et professionibus discendis ; deinde senibus et aegrotis se addixit, in quorum usum dimidiam redituum suorum partem contulit, rigidam patris custodiam semper devitans ; ad ultimum, filiabus collocatis, negotiis domesticis magis vacua, totum tempus consumpsit in serviendo pauperibus Iesu.

Occasio data est hieme, anno 1624-1625, cum profugorum turmae in urbem concurrerent prementibus hostium exercitibus, qui in interiorem terram Genuensem impetum faciebant. Nocte quadam fletus auditus est puellae, in frigida via desertae. Virginia eam in domum suam recepit. Postea puellae numerum quindecim impleverunt. Iis omnibus Virginia cibum praebuit et calorem. Eas appellabat «quindecim sui Rosarii mysteria», quandoquidem auxilio ei erant in conficienda via a divino Sponso patefacta et ad caelum scandendum cum Eo. Parvum hoc semen evangelicum germinavit et crevit in arborem robustam in quam multi confugerunt, quibus calamitati fuerunt funesti illi eventus, unde Genua et magna Italiae septemtrionalis pars, exeunte secundo decennio et tertio ineunte decimi septimi saeculi, turbatae sunt. Bellum secuta est bonorum defectio, deinde fames et pestis et maxima indigentia.

Tunc Virginia, qui ab anno 1626 iam omni censui suo renuntiaverat pro pauperibus, caritatem suam ad immensum dilatavit, constituendo et regendo « Auxiliarías Matronarum a Misericordia », quas sapientibus constitutionibus stabilivit. Non enim oportebat solummodo obolum indigentibus dare, stipem per portas emendicando, sed opus erat inválidos secernere a desidiosis adhuc valentibus : illi erant adiuvandi, hi de errationibus reducendi et ad laborem fructuosum incitandi. Eius consultum ordinatius factum est et certius post aliquot annos, cum instituit «Centum Matronas a Misericordia, patronas pauperum Iesu Christi », quae domos frequentando coram cognoscerent pauperum necessitates, praesertim verecundorum. Denique, postquam et ipsa facta est *Matrona a Misericordia,* et ideo est corpori rei publicae inserta, cuius erat Magistratus pauperum largitiones egenis distribuere, suburas suscepit curandas et vel naves actuarías conscendebat, servis onustas, multos mire convertens. Etiam valetudinarium invisit, incredibiliter differtum multitudine putrefacta viro-

rum, mulierum, senum et puerorum, qui omnes sicut bestiae promiscue vivebant, aggressa perficere propositum tam multas corporum et spirituum miserias allevandi; idque propositum continuavit alacriter, neglectis minis, percussionibus, lapidum ictibus aliquorum disciplinae impatientium.

Interim christianam doctrinam pueris tradebat, Evangelium praedicabat, Rosarium recitabat una cum populo apud aediculas Beatae Mariae Virginis, illudque laudibus spiritualibus extollebat, quas Orborum sodalicium, ab ipsa conditum, canere incipiebat.

Haec multiplex et varia industria congruit cum ((Opera Refugii)), quae ad tempus orta est, ut multae puellae destitutae et periclitantes ibi aptum haberent receptaculum. Hospitio domum eas ad se recepit; ubi autem haec plena fuit, die 13 mensis Aprilis anno 1631, monasterium Visitationis in Monte Calvaria conduxit, quo misit quadraginta ex iis, quas tecto receperat, easque tutelae commendavit Dominae Nostrae a Refugio ; cum vero et hoc ob crescentem puellarum numerum angustius visum est, secundam domum conduxit ad fluvium *Bisagno,* ad quam optimas misit; tertiam postea domum conduxit apud ecclesiam Sancti Bartholomaei; denique, domum propriam exstruxit in *Colle Carignano,* quae Operae facta est domum princeps. Eodem tempore earum, quae erant hospitio acceptae, delectum habebat secundum aetatem, indolem et mores. Ita secretae sunt veri nominis *sorores religiosae* et *filiae saeculares vel simpliciter protectae.* Priores, ut. ipsa scripsit anno 1634 in <(Ordine pro domo ad Bisagnum », vivere debebant, etsi sine votis, sicut religiosae observantiores, vitam vere communem, perfectam, in oboedientia, labore et paupertate positam ; earumque vestis ex panno rudi, qualis esset vestis rusticarum loci, esse debebat. A ceteris mulieribus differre non clausura vel aliis consuetudinibus canonicis debebant, sed vitae sanctitate et operam navando absolutam et perfectam cuilibet dolenti. Hoc spiritu excitatae sunt tum primae sorores, quas misit tamquam aegrorum ministras ad varia urbis nosocomia, tum quae, post decem annos, nempe anno 1656, ministerio pestilentia laborantium se addixerunt: quarum quinquaginta tres fortiter perierunt in suo munere exsequendo.

Has sorores et filias Virginia non Antistitae auctoritate aut Conditricis dignitate formabat, sed sola exempli sui vi alliciente : ex quo exemplo eius spiritus summa humilitas, firmissima divini auxilii fiducia, studiosissima erga pauperes Iesu intentio, vel impendio vitae, apparebant. Semper in ultimo loco consedit, vitam communem agens

cum sororibus et filiabus ; de earum mensa cibum, et saepe reliquias sumebat; earum ulcera curabat et emundabat insectis.

Ubi ob infirmitates et laborem eius vires deficere coeperunt, coepit etiam crescere eius gratia apud potestates religiosas et civiles. A Senatu obtinuit ut Beata Virgo Maria civitatis Genuensis renuntiaretur Regina; operam dedit apud archiepiscopum ut religio Quadraginta Horarum induceretur, missiones ad populum praedicarentur et ad id in adversis factionibus invidia commotis; grave discidium, inter archiepiscopum ortum et Genuensium ducem ob párvulas causas, composuit. Mortua est die 15 mensis Decembris anno .1651, non a solo populo desiderata, sed ab ipso archiepiscopo, qui eam regiminis pastoralis optimam sociam habebat.

Eius fama sanctitatis, quam viva est consecuta, certior exstitit ex eius sepulcro et foris magis emicuit die 20 mensis Septembris anno 1801, quando eius corpus inventum est incorruptum, adhuc tactile, quasi dormirei. Exinde signa et prodigia multiplicata sunt, e quibus manifestum erat Dominum velle etiam in terris sponsam suam fidelem illustrare.

Die 15 mensis Decembris anno 1931 apud Curiam archiepiscopalem Genuensem coeptus est instrui processiculus « diligentiarum » super scriptis ; die 28 mensis Aprilis anno 1933, apud eandem Curiam initium habuit Processus Ordinarius super fama sanctitatis et miraculorum, qui perduravit usque ad annum 1957. Tum omnia collecta instrumenta tradita sunt Sectioni Historicae Sacrae id temporis Congregationis Rituum. Die 10 mensis Aprilis anno 1959 editum est Decretum super scriptis; postea, Kalendis Decembribus anno 1971, Consultores historici Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum disseruerunt et concorditer probaverunt *Positionem* ob Officio Historico Hagiographia apparatam. Deinde, die 20 mensis Ianuarii anno 1977 proditum est Decretum Introductionis Causae. Praeparata *Positione* super virtutibus, die 18 mensis Octobris anno 1983, Consultores theologi eiusdem Sacri Dicasterii, in Congressu Peculiari censuerunt Servam Dei heroum modo virtutes exercuisse. Patres quoque Cardinales Sacro eidem Dicasterio addicti, ponente seu relatore Em.mo ac Rev.mo D. Silvio Oddi, simile ediderunt responsum in Congregatione Ordinaria habita die 20 mensis Martii anno 1984 in Aedibus Vaticanis.

De favorabili utriusque disceptationis exitu certior est factus Summus Pontifex Ioannes Paulus II per subscriptum Cardinalem

Praefectum ; Qui responsum Sacrae Congregationis ratum habens, mandavit ut Decretum super heroicis virtutibus Servae Dei conficeretur.

Quod cum rite esset factum, Sanctitas Sua hodierno die ad se accivit Em.mos Cardinales infrascriptum Praefectum et Silvium Oddi, Causae ponentem seu relatorem, meque Antistitem a Secretisceterosque de more convocandos, eisque astantibus sollemniter edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis Servae Dei Virginiae Centurione viduae Bracelli, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Aprilis, Anno Iubilaeo Redemptionis 1984.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

QUITEN, SEU BARCINONEN.

Canonizationis B. Fratris Michaelis (in saeculo: Francisci Febres Cordero), Religiosi professi Instituti Fratrum Scholarum Christianarum.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Constat magnam esse venerationem et peculiarem honorem civium Aequatorianae Reipublicae erga Beatum Fratrem Michaelem Febres Cordero, ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum, qui ortum duxit Choncae die 7 Novembris anno 1854 et die 9 Februarii anno 1910 vita functus est.

Fuit ille vir suae gentis litteratus celeber, institutioni iuvenum deditus; fuit quoque ac potissimum vir religione insignis, qui christianas et religiosas virtutes heroum in modum exercuit. Quapropter eum, servatis de iure servandis, Paulus Papa VI die 30 mensis Octobris anno 1977 in Beatorum album inseruit. Ut autem Sanctorum Caelitum honores eidem rite decernerentur, Causae actores unam inter alias, ad novi iuris normam, miram sanationem, quae, eodem novensili Beato deprecatore, a Deo patrata dicebatur, selegerunt, eamque Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt. Agitur videlicet de perfecta et prodigiosa sanatione dominae Beatricis Gomez de Nuñez, civis Aequatorianae, quae, humanis subsidiis et remediis perperam adhibitis, per intercessionem Fratris Michaelis a miastenia gravi, mense Novembri anno 1977 omnino convaluit.

Super hac sanatione apud Curiam ecclesiasticam Quitensem instructus est processus auctoritate apostolica, anno 1982, de cuius iuridica forma et vi decretum S. Congregationis pro Causis Sanctorum die 18 Februarii anno 1983 exiit.

Servatis itaque de iure servandis, editaque favorabili Medici Collegii peritali sententia, quaestio subiecta est examini, et quidem primum die 20 Decembris a. 1983 in Congressu Consultorum theologorum; deinde, die 21 Februarii a. 1984 in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium, huic S. Congregationi praepositorum ; in qua Exc.mus ac Rev.mus Dominus Paulinus Limongi, Archiepiscopus tit. Nicaeensis in Haemimonto, Causae ponens seu relator, dubium discutiendum posuit : *An et de quo miraculo, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem, constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Et omnes qui aderant Em.mi Cardinales affirmativum suffragium singuli dederunt.

De hisce autem omnibus certior factus est, per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II : Qui vota Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum rata habuit iussitque Decretum apparari super praefata mira sanatione.

Quod cum factum esset, Beatissimus Pater ad se arcessiri mandavit infrascriptum Cardinalem Praefectum necnon Exc.mum ac Rev.mum Dominum Paulinum Limongi, Causae ponentem seu relatorem, meque Antistitem a Secretis ceterosque de more convocandos, iisque astantibus sollemniter edixit : *Constare de uno miraculo, Beato F atre Michaeli Febr es Cordero intercedente, a Deo patrato, scilicet*

de rapidissima, perfecta ac constanti sanatione Dominae Beatricis Qomez de Nuñez, a gravi miastenia.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri praecepit.

Datum Romae, die 7 Aprilis, Anno Iubilaeo Redemptionis 1984.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. ©S.

ÊB Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

IV

TAURINEN.

Canonizationis Ven. Servi Dei Friderici Albert, Sacerdotis saecularis fundatoris Congregationis Sororum Vincentianarum ab Immaculata Conceptione.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Servus Dei Fridericus Albert ortus est Augustae Taurinorum die 16 mensis Octobris anno 1820. Relicto militari curriculo, quod gentilicium ei erat, nomen dedit ecclesiasticae militiae. Doctoralem in sacra theologia lauream assecutus, anno 1843 sacerdotio auctus est. Post tirocinium sacerdotalis ministerii tum apud aulam Caroli Alberti, Pedemontani regni regis, tum apud oratoria pro iuvenibus S. Ioannis Bosco et apud paroeciam S. Caroli in urbe Taurinensi, anno 1852 Vicarius seu parochus renuntiatus est pagi quem vulgo *Lanzo Torinese* appellant. Forma factus spiritualis gregis, in huius bonum se impendit et superimpedit. Fundator exstitit primae Coloniae seu Scholae Agrariae illis in regionibus erudiendis agricolis. Scholas instituit ad pueros et puellas elementa docendos, necnon orphanotrophium condidit : quibus regendis operibus Sorores Vincentianas ab Immaculata Conceptione anno 1869 fundavit. Sanctitate, aspero vitae genere, ferventi oratione et effusa in pauperes et egenos caritate, plurimos Deo reconciliavit. Qua erat efficaci eloquentia dita-

tus, sacris concionibus et missionibus per viciniores pagos assidue vacavit. Supremum diem obiit die 28 Septembris anno 1876.

Sanctitatis fama qua in vita et post mortem circumdatus fuit crebrescente, Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta est. Adornatis igitur canonicis inquisitionibus potestate tum ordinaria tum apostolica, Summus Pontifex Pius XII, die 16 Ianuarii anni 1953, declaravit Famulum Dei Fridericum Albert christianas virtutes heroum in modum exercuisse.

Porro, eodem anno, Iacobus Geninatti Prin, iuvenis viginti et unum annos natus, invocato ferventibus precibus Venerabilis Friderici Albert nomine, a peritonaei inflammatione plastica plene sanatus est.

Qua super sanatione processus apostolica auctoritate constructus est annis 1962-1971 apud Curiam archiepiscopalem Taurinensem cuius iuridica forma et validitas agnita est die 27 Ianuarii mensis anno 1983 ab hac Sacra pro Causis Sanctorum Congregatione. Consilium autem Medicum eiusdem Sacrae Congregationis, severo examini subiectis depositionibus tum testium tum medicorum a curatione, ab inspectione et ex officio deputatorum, praeter naturae vires praefatam sanationem contigisse affirmavit.

Instante deinde Rev.do P. Antonio Ricciardi, O. F. M. Conv., Causae huius legitime constituto Postulatore, quaestio an ageretur de sanatione divinitus patrata per intercessionem Venerabilis Friderici Albert subiecta est disceptationi theologorum, primum quidem, die 20 Decembris a. 1983, in Congressu Consultorum theologorum, et deinde, die 20 Martii hoc decurrente anno, in Ordinaria Congregatione Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Em.mo Cardinali Iosepho Casoria. In utroque autem Coetu concors et propitium est datum responsum.

De praemissis omnibus certior factus per subscriptum Cardinalem Praefectum. Summus Pontifex Ioannes Paulus II vota Sacrae Congregationis rata habens, mandavit ut Decretum super praedicta mira sanatione appararetur.

Quod cum rite factum esset, ad se accitis hodierno die Cardinalibus infrascripto et Iosepho Casoria, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis Sacrae Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Summus Pontifex declaravit : *Constare de uno miraculo, Venerabili Servo Dei Friderico Albert interce-*

dente, a Deo patrato, scilicet de instantánea, perfecta ac constanti sanatione domini Iacobi Geninatti Prin a plastica peritonaei inflammatione et irreversibilibus consectariis pathologicis.

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 7 Aprilis, Anno Iubilaeo Redemptionis 1984.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L.m s.

£B Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

V

BARCINONEN.

Canonizationis Ven. Servi Dei Iosephi Manyanet Vives, sacerdotis fundatoris Congregationum Filiorum Sacrae Familiae et Sororum Missionariarum Filiarum a Sacra Familia de Nazareth.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Apostolicos inter viros, quos Deus suscitavit priore saeculo, qui apostolatum ad familias directum veluti unum ex potioribus officiis exercuerunt, annumerandus est Ven. Servus Dei Iosephus Manyanet Vives. Qui « novas instituit religiosas familias, ut nuntium Nazarethanae familiae in rem praesentem perduceret ; et ad exitum adduxit propositum vitae suae suique apostolatus, in eo consistens, ut Nazareth exemplum in omnem familiam portaret » *(Decretum super virtutibus : AAS* 74 [982], p. 1081).

Ortum duxit Servus Dei die 7 Ianuarii anno 1833 in oppido cui nomen vulgo *Tremp,* intra TJrgellensis fines dioeceseos, in Hispania. Theologicis absolutis studiis, sacerdos est ordinatus anno 1853. Eum autem christianas virtutes heroum modo coluisse Summus Pontifex Ioannes Paulus II, servatis de iure servandis, die 12 mensis Iulii a. 1982 declaravit. Exinde quaestio est instituta de miraculo quod ad sollemnem eiusdem beatificationem requiritur. Porro, iuxta novum ius per Const. Ap. quae a verbis incipit « Divinus perfectionis Magister » die 25 Ianuarii anno 1983 a Ioanne Paulo Papa II datam *(AAS* 75 [1983],

pp. 349-355) et per subsequens «Regolamento della Sacra Congregazione per le Cause dei Santi» ab eodem Summo Pontifice approbatum die 21 mensis Martii a. 1983 (art. 26, § 1), unum dumtaxat requiritur ad beatificationem miraculum rite agnitum et approbatum, necnon solida fama signorum. Quapropter sollertes Causae actores unam selegerunt ex aliis miris sanationibus, quae divinitus ferebantur patratae per intercessionem Venerabilis Iosephi Manyanet, eamque huic Sacrae Congregationi ad cognoscendum exhibuerunt. Proposita sanatio obtigit Barcinone Dominae Franciscae Trías Iglesias, matri familias quinquaginta annos natae quae, remediis medicae artis frustra adhibitis, intercedente praefato Venerabili, die 15 mensis Octobris a. 1960, repente ac perfecte a gravissimis haemorragiis productis ab anhaemia hemolitica adquisita est sanata. Sanatae familiares multique testes ac medici a curatione huiusmodi sanationem praeter naturae vires evenisse statim asseverarunt. Quare super eadem asserta mira sanatione processus cognitionalis, idest ordinaria simul et apostolica potestate, instructus est apud archiepiscopalem curiam Barcinonensem mensibus Iulio et Octobri anno 1981, excussis undecim testibus duobusque ab inspectione medicis. Cuius canonicae inquisitionis iuridica forma et vis agnita est ab Apostolica Sede per decretum die 29 Octobris anno 1982 editum. Collegium deinde Medicum Sacrae huius Congregationis, die 13 Februarii a. 1984, praedictae sanationis indolem et adiuncta scientifico ac diligenti studio indagavit censuitque eam praeter naturae leges et modum contigisse.

Quibus peractis, quaestio tota subiecta est iudicio eiusdem Sacrae Congregationis, et quidem primum, die 26 Aprilis a. 1984, in Congressu, qui dicitur, Peculiari Consultorum Theologorum, moderante Fidei Promotore, et postea, die 22 mensis Maii eodem anno, in Ordinaria Patrum Cardinalium Congregatione, ponente seu relatore Em.mo Cardinali Mario Aloisio Ciappi. Et utroque in Coetu vota fuere afirmativa, nimirum agi de mira sanatione intercessioni tributa Venerabilis Servi Dei Iosephi Manynet Vives, Summoque Pontifici referri posse censuerunt ad impetrandam Ipsius decretoriam sententiam.

Porro, facta de omnibus praedictis Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum fideli relatione, Sanctitas Sua suffragia Sacrae Congregationis excipiens, mandavit ut Decretum super mira eadem sanatione conficeretur.

Quod cum esset rite factum, Beatissimus Pater, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Mario Aloisio Ciappi,

Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus sanxit: *Constare de uno miraculo, Venerabili Servo Dei Iosepho Manyanet Vives deprecatore, a Deo patrato, videlicet de instantánea, perfecta et constanti sanatione dominae Franciscae Trías Iglesias ab « emorragia digestiva; shock emoraggico irreversibile in decorso post-operatorio di splenectomia per anemia immunoemolitica acquisita »*.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 9 mensis Iunii A. D. 1984.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

VI

QUEBECEN.

Canonizationis Servae Dei Mariae Catharinae a S. Augustino (in saeculo: Catharinae Symon de Longprey), Monialis professae Sororum Hospitalariarum a Misericordia Ord. S. Augustini.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Quies mea in hoc est: Deus est fortitudo mea, fulcimen meum, spes mea, anima desideriorum meorum ». Haec scripsit, spiritus moderatore iubente, Dei Famula Catharina a S. Augustino, cuius integrum vitae cursum mirum conatum dixeris Dei voluntati in omnibus amanter obsequendi. Eos inter adiecta qui Ecclesiae in Canadia firmandae operam impendere debebant, adulescens adhuc in immensam illam martyrum regionem pervenit, peculiari voto suscepto se numquam, difficultatibus et sollicitationibus omne genus neglectis, ab ea esse discessuram. Ibi reapse velut lilium floruit, et dedit odorem et fronduit in gratiam, precationibus, sui ipsius devotione, actuosa

caritate bonus odor Christi in salutem fratrum novae suae Canadiensis patriae facta.

Dei Famula die 3 Maii anno 1632, parentibus Iacobo Symon de Longprey et Francisca Jourdan de Launay, in loco cui vulgo nomen *Saint Sauveur le Vicomte*, dioecesis Costantiensis, in Normannia, nata est, eodemque die Baptismate regenerata. Infans avis materais instituenda tradita, pietate et caritate alita est, ab ipsomet S. Ioanne Eudes ad perfectionis iter vel in tenella aetate terendum acta. Die 7 mensis Octobris anno 1644, duodecim annos et sex menses nata, inter Moniales Hospitalarias Ordinis S. Augustini recens conditi asceterii « *Hôtel-Dieu* » Baiocensis est recepta, inibi die 24 mensis Octobris anno 1646 vestem religionis indutura. Ad missionem Canadiensem, quo paulo ante Moniales Hospitalariae concesserant, cum sese obtulisset, votis simplicibus die 15 mensis Aprilis anno 1648 suo in asceterio nuncupatis, iter animose instituit, in quo, die 4 mensis Maii eiusdem anni Nannetibus professionem sollemnem fecit, dieque 27 Maii in portu Rupellensi conscensa navi, in Novam sibi dilectissimam Galliam, post difficilem navigationem, die 19 mensis Augusti pervenit, ubi sorores monasterii « *Hôtel-Dieu* » Quebeci laetantes in domum suam eam receperunt.

Humilis omnium ancilla, etsi valde iuvenis, intellectu tamen dives, quem Deus dat parvulis (cfr. *Ps* 118, 130), depositaria, consiliaria, novitiarum magistra renuntiata, vel minima summa prudentia est executa. Infirmis curandis addicta, sui immemor totam se aegrotis in «*Hôtel-Dieu*» receptis dedidit, ab illis prae omnibus desiderata et amata, et fide ac caritate Christi mota, paschale mysterium suis in membris infirmis adhuc agentis, facultate speciali excellere videbatur eos ad spem erigendi mireque consolandi. Suavis enim et comis, omnes laetitia replebat quos obvios habebat, velut radius manifestus bonitatis Dei, quem quodammodo fide contemplan, vel inter maximas occupationes, videbatur.

Ardore caritatis magis quam infirmitate consumpta, sex et triginta annos nata, pientissime Quebeci in Domino obiit die 8 mensis Maii anno 1668.

Brevem vitae cursum omnino Dei voluntate nisa humilis ancilla exegit. Ideo enim, favente Spiritu Sancto, perfectae caritati enixe studuit adsequendae, quod divinae voluntati, tamquam fundamento obsequentissima semper fuit, illamque ita vitae normam habuit, et cum in ordinariis tum in arduis suam in eam convertebat, ut sola

voluntas divina in illa cuncta moliretur, disponeret, moderaretur, operaretur. Mirum sane est eam, Spiritus praeventam consilio, vix tres annos natam, animo iam sibi proposuisse ut perfecte Dei voluntatem perficeret, quam ad mortem usque optatum supremum habuit, saepius dictitans : *Fiat voluntas tua in me.*

Dei voluntate ducta, firma enitebat fide, qua Altissimo, summae Veritati, simpliciter adhaerebat, verbum Dei thesaurum habens, quo acta per Christum ad Patrem in Spiritu Sancto trahebatur. Eucharistiam impense coluit, Ecclesiam matrem vehementer dilexit. Etiam in temptationibus, quibus velut aurum in fornace (cfr. *Sap* 3, 6), probata fuit, fidem fortiter confessa est, Deo gratias agens de ipsis purificationibus, quibus ditior in fide fiebat, ad quam praesertim in Canadia dilatandam, missionali spiritu plena, et misericordem Dei amorem iugiter precabatur et hostiam placationis semet ipsam offerebat et laetissime in catechesim vel rudibus indigenis tradendam incumbebat. Spe autem gaudens (cfr. *Rom* 12, 12), Deum iugiter quaerebat, quo coram semper ambulabat, eo uno dives qui solus sufficit. Inde animosa ab omnibus rebus seiunctio, suavis spiritus libertas, summa Dei fiducia, quam significabat ea continens cum Deo amoris coniunctio, qua precatio, etiam inter difficillimis curas, continua videbatur. Nam Deum unum dilexit, quem semper mente gerebat, firma voluntate prosequebatur, totis viribus in humilibus et infirmis fratribus complectebatur. Nam, ut Spiritu ad Deum sine intermissione trahebatur, ita trahebatur ad proximum, cuius in « *Hôtel-Dieu* » Quebecensi, aegrotorum ministra, consolatrix indefatigabilis diu noctuque fuit, numquam suavissimo cum Sponso colloquio intermisso, quem in aegrotis contemplabatur et generosa sui donatione recreabat.

Etenim, si universa prorsus eius vita intime temptationibus, vexationibus, spiritus angustiis, nemine praeter animi moderatores rei conscio, exercitata fuit, exterius velut flamma visa est ignem caritatis ubique accendens. Eo igne exaestuans, universam spiritu complectebatur Ecclesiam, eam prae primis quae in Canadia per sanguinem et persecutiones aedificabatur, cum episcopo, missionariis, fidelibus mire coniuncta, materno animo ergo infideles insignis, pro quorum conversione piacularem hostiam se Deo obtulit, humilis et laetabunda, etsi doloribus inferni circumdata (cfr. *Ps 11,* 7). Cum Virgine Maria, quam ardentissima coluit pietate cuiusque precibus et auxiliis suffulciebatur, indesinenter stetit iuxta crucem (cfr. *Io* 19, 25) pro salute omnium.

Illius, cum adhuc viveret, virtutes maximi fecerunt Beati Franciscus de Montmorency-Laval et Maria Guyart Martin ab Incarnatione, necnon insignes Societatis Iesu sodales, qui Ecclesiae in Nova Gallia instituendae operam dederunt. Fama autem sanctitatis ad tempora usque nostra continenter perstante, Archiepiscopo Quebecensi flagitante, processus canonici annis 1923-1926 Quebeci et Baiocis constructi sunt ac Romam delati. Decreto super scriptis anno 1970 edito, ampla *Positione* super fama sanctitatis et virtutibus ab Officio Historico S. Congregationis pro Causis Sanctorum apparata et rite exquisita, Causa die 11 mensis Septembris anno 1980 introducta est.

Servatis autem omnibus de iure servandis, instante Rev.do P. Simeone a S. Familia, O. C. D., Causae postulatore legitime constituto, disceptatum est de virtutibus Servae Dei, primum quidem die 13 mensis Decembris anno 1983 in Congressu peculiari Consultorum theologorum, et postea die 10 mensis Aprilis anno 1984 in coetu ordinario Patrum Cardinalium, relationem apparatam a Card. Paulo Philippe, ponente, subito pridie vita defuncto, legente infrascripto Cardinali Petro Palazzini. De faventi autem utriusque coetus exitu Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 2 mensis Iunii anno 1984 certior factus, Decretum super virtutibus heroicis Servae Dei praeparari iussit.

Quod cum rite factum esset, hodierno die Beatissimus Pater coram accersitis et adstantibus infrascripto Cardinali Praefecto, meque Antistite a secretis Sacrae Congregationis, ceterisque de more convocandis, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Mariae Catharinae a S. Augustino, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum promulgari et in Acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Iunii, anno Domini 1984.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Venerdì, 7 Settembre 1984, S. E. il Signor EDWARD SEAGA, Primo Ministro di Giamaica.

Giovedì, 27 Settembre 1984, S. A. I. il Principe NARUHITO.

Giovedì, 27 Settembre 1984, l'On. LIONEL BOWEN, Vice-Primo Ministro e Ministro per il Commercio del Governo Federale d'Australia.

Giovedì, 27 Settembre 1984, il Signor M'HAMED ESSAAFI, Segretario Generale aggiunto dell'O. N. U.

Giovedì, 27 Settembre 1984, il Signor ABDULLAH O. NACEEF, Segretario della Lega Islamica mondiale.

Venerdì, 28 Settembre 1984, S. E. il Signor MOBUTO SESE SEKO, Presidente della Repubblica dello Zaire.

Dalla Domenica, 9 Settembre al Venerdì, 21 Settembre 1984 il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Canada, sostando a Québec, Sainte Anne de Beaupré, Trois Rivières, St. John's, Moncton, Halifax, Toronto, Midland, Unionville, Winnipeg, Saint-Boniface, Edmonton, Yellow Knife, Vancouver, Ottawa/Hull.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

8 settembre 1984. S. E. mons. Paolo Tabet, Arciv. tit. di Sinna, *Pro Nunzio Apostolico in Nigeria.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

29 agosto 1984. Mons. Agostino Lauro, *Capo Ufficio nella Sacra Congregazione per it Clero.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

24 febbraio 1984. Mons. Georg Kriechbaum (Salzburg).
8 giugno » Mons. Alfredo Garne vali (Castellammare di Stabia).
» » » Mons. Oscar Reschigg (Castellammare di Stabia).
9 » » Mons. Aldo Parisio (Susa).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

28 ottobre 1983. Mons. Benjamín Pardo Londoño (Antioquia).
23 novembre » Mons. Giovanni Battista Caviglia (Genova).
5 marzo 1984. Mons. Jean-Marie Piume (Digne).
» » » Mons. July Audibert (Digne).
14 » Mons. Alberto Luque (Sonsón - Rionegro).
19 » » Mons. Joachim Cheevers (Nelson).
» » » Mons. Francis Lawrence Flynn (Nelson).
10 aprile » Mons. Albert D. O'Brien (Edmonton).
14 » » Mons. Ramon A. Agunday (Legazpi).
» » » Mons. Salvador B. Bor jal (Legazpi).
27 » » Mons. Félix Dufour (Marseille).
5 maggio » Mons. Vincenzo Vitti (Conversano).
» » » Mons. Angelo Centrone (Conversano).
» » Mons. Fernando Pérez Aysa (Zaragoza).
8 » » Mons. Dominique Cauvin (Nice).
» » Mons. Roger Berg (Nice).
11 » » Mons. Bruno Nobili Spinetti (Apuania).
» » » Mons. Luigi Aldo Fregosi (Apuania).
» Mons. Edmondo De Simone (Trivento).
17 » Mons. Charles Lussier (Saint-Jérôme).
» » » Mons. Joseph Naem (Hassaké-Nisibi).
21 » » Mons. Feliciano Redondo Cadenas (Oviedo).
» » » Mons. Carlo Pinto (Napoli).
26 » » Mons. Richard Fahney (Mainz).
29 » » Mons. William J. Boone (Saint George's).
19 giugno » Mons. Jan Kahl (Chelmno).

Cappellani di Sua Santità.

28 ottobre 1983. Il sac. Anastasio Kehinde Silva (Ibadan).
» » » Il sac. Felix Adedoyin Adeigbo (Ibadan),
28 gennaio 1981. Il sac. Anton Schirmer (Rottenburg - Stuttgart),
24 febbraio » Il sac. Anton Fellner (Salzburg).
» » » Il sac. Egon Katinski (Salzburg).
» » » Il sac. Johann Shasser (Salzburg).
» » » Il sac. Johann Zwinger (Salzburg).
» » » Il sac. Felix Wulff (Essen).
» » » Il sac. Antonio Sudario (Iligan).
26 marzo » Il sac. Renato Y. Manansala (Balanga).
4 aprile » Il sac. J. de Jesús Banuelos Robles (Ciudad Guzmán).

4	aprile	1984.	Il sac. Ambrosio Delgadillo Ocampo (Ciudad Guzmán).
14	»		II sac. John Chang (Legazpi).
18	»		II sac. Gabriel Ly (Kiayi).
30	»		II sac. Vicente García Juive (Tortosa).
11	maggio		II sac. Domenico Parenti (Apuania).
»	»		II sac. Gigliante Maffei (Apuania).
21			II sac. Angelo Ferrillo (Napoli).
»	»		II sac. Onofrio Langella (Napoli).
»	»		II sac. Giovanni Mazza (Napoli).
»	»		II sac. Vincenzo Pelvi (Napoli).
29			II sac. Alberto Fuchs (Regensburg).
4	giugno		II sac. Virtus Pschieres (Regensburg).
16	»		II sac. Carlo Filippo Lucarelli (Vasto).
19	»		II sac. Jan Bernard Szlaga (Chelmno).
»			II sac. Tadeusz Rogatka (Chelmno).
»	»		II sac. Ryszard Kwialek (Chelmno).

NECROLOGIO

6	settembre	1984.	Mons. Philip F. Pocock, Arcivescovo emerito di Toronto *(Canada)*.
7	»	»	Card. Josyf Slipyi, del Titolo di S. Atanasio, Arcivescovo maggiore di Lwów degli Ucraini.
11	»	»	Mons. Alfred Ancel, Vescovo tit. di Mirina.
14	»	»	Mons. Jean-Baptiste Fauret, Vescovo emerito di Pointe-Noire *(Congo)*.
16	»	»	Mons. Luis A. Caillouet, Vescovo tit. di Setea.
22	»	»	Mons. Paul L. Hagarty, Vescovo emerito di Nassau *(Bahamas)*.

An. et vol. LXXVI 5 Novembris 1984 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Beato Leopoldo Mandic a Castro Novo, Sanctorum caelitum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

« Omnia autem ex Deo qui reconciliavit nos sibi per Christum et dedit nobis ministerium reconciliationis, quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, et posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur tamquam Deo exhortante per nos : obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo» *(2 Cor* 5, 18-20).

Haec verba et exhortationes apostoli Pauli optime adhiberi possunt ad Leopoldum Mandié, qui totam vitam suam consumpserit in bono animarum promovendo per administrationem sacramenti reconciliationis.

Ille in oppido Castro Novo (Herceg-Novi) dioecesis Catharensis natus est die xn Maii MDCCCLXVI et sacro baptismatis fonte rite ablutus, Bogdan (scilicet Deodatus) Ioannem accepit nomen et omen. Parentes habuit Petrum Antonium Mandic et Carolam Zarevié natione Croatos, morum integritate, puritate fidei pietatisque studio praestantes qui maritimum commercium exercebant. Duodecim liberos de matrimonio susceptos, quorum Bogdan Ioannes fuit undecimus, christiana religione instituerunt. Praecipue mater precandi fervorem et amorem filio instillavit.

Scholas elementarias publicas alacritate magna et studiorum prosperitate frequentans vespere ad ludum privatum apud Fratres Minores se conferebat. Cotidie mane patrem ad ecclesiam comitabatur quocum ad sacram Mensam accedebat.

A teneris suis annis proinde ad christianam perfectionem animum applicuit omniumque virtutum specimina dedit. Cum esset adhuc puer se devovit Beatissimae Virgini Mariae.

Maioris autem perfectionis aviditate flagrans in animo suo maturavit se totum Deo consecrandi consilium, quod eius parochus probavit et fovit; deinde a sodali Societatis Iesu admonitus est ut Capuccinus fieret. Nam ad vicinum conventum Capuccinorum ventitare solitus erat, Annos natus quindecim cum dimidio die xvi Novembris MDCCCLXXXII Castro Novo discessit atque TJtinum ad Seminarium Capuccinorum est profectus.

In seminario vero Utinensi duos annos transegit disciplinas gymnasiales perficiens. Socii eius aequales testati sunt eum fuisse unicum exemplar disciplinae, diligentiae in litteris, moderationis in operibus et praecipue pietatis in oratorio ubi tamquam sanctus precabatur.

Die autem II Maii MDCCCCLXXXIV annos natus duodeviginti habitum Religiosorum induit, assumpto nomine Leopoldi, in conventu novitiatus Bassani ad Grappam sito et die iv Maii sequentis anni in eodem conventu professionem religiosam simplicem emisit, unde continuo ad conventum Patavinum translatus est; ibi studiis philosophiae incumbens vota sollemnia nuncupavit die xxvin Octobris MDCCCLXXXVIII semperque maxime placuit ei hunc statum religiosum profiteri. Inde Venetias ad conventum in Giudecca missus est ut studia theologiae perageret ibique Ordines minores suscepit ac denique die xx Septembris MDCCCXC sacerdotio est auctus.

Ceterum, cum paulatim institueretur iuvenis Leopoldus, rem persensit animo quae deinceps totam vitam eius illuminavit, scilicet specialem vocationem ad apostolatum pro Ecclesiae unitate. Hanc vocationem anno aetatis vigesimo primo ita clare percepit, ut etiam post quinquaginta annos permoto animo de ea recordaretur: « Hoc anno (MCMXXXVII videlicet) quinquagies vertitur anniversarium in quo prima vice Dei vocantis sensi vocem, qua me vocabat ad orandum, ad promovendum reditum dissidentium Orientalium ad catholicam unitatem ... ». Quam vocem postea saepius in vita sua percepit. Ita die VII Octobris anno MCMXII scripsit: « Hodie in sacra Synaxi sumenda clare intellexi ex copia rerum et veritatis evidentia me vocari ad opus redemptionis

populi mei. Id est Dominus Iesus et Virgo Maria volunt pascere oves errantes ; inter ceteros ad hoc opus vocatos volunt ut et ego sim. Erunt ergo ratio totius vitae meae illa verba divina: "Erit unus Pastor et unum ovile" ».

Sacerdos initiatus septem annos remansit Venetiis ad perficiendam formationem sacerdotalem, sacris ministeriis incumbens quae a Superiore locali ei committebantur. Annis MDCCCXCVII-MCMIX in nonnullis conventibus provinciae religiosae Venetae moratus est : tres annos ut Superior loci in conventu Iadrensi (Zara) ubi optimam memoriam virtutum religiosarum et sacerdotalium reliquit. Inde translatus est in conventum novitiatus Bassani ad Grappam, ubi quinque annos mansit (MCM-MCMV). Per annum fuit vicarius in conventu Iustinopolis (Capodistria) ac postea tres annos in Thienensi, audiendis confessionibus addictus.

Sed vera ipsius missio coepta est in conventu Patavino, quo anno MCMIX translatus est ibique permansit, excepto brevi tempore, usque ad obitum die XXX Iulii MCMXLII. Exorto primo bello universali, cum civitatem Italicam accipere renuisset, MCMXVI in regiones australes Italiae relegatus est; primo in conventum Acri (Provinciae Consentinae), deinde Tora (Provinciae monasticae Fodiensis), denique Arienzo (Provinciae monasticae Neapolitanae). Anno MCMXVIII bello profligato conventum Patavinum repetiit ibique usque ad mortem remansit.

Hoc autem potissimum temporis spatio, annis scilicet MCMXVIII-MCMXLII, effulsit magnitudo et sanctitas Leopoldi Mandié. Superiorum voluntati obsequentissimus, intellexit non esse consilium Dei ut ipsemet in plagas orientales se conferret ad munus apostolicum exercendum sed ut in cellam audiendis confessionibus destinatam se per totam reliquam vitam includerei. Tunc scripsit haec memorabilia verba : « Omnis anima quae meum est petitura ministerium, erit interea meus Oriens». Et re vera in ministerio confessionum totam vitam suam impendit. Sufficit recolere quem decursum vitae singulis diebus constantissime sit secutus.

Qui hora circiter quarta matutina in templum descendebat ut se ad Missae celebrationem praepararet. Hora V Missam celebrabat et quidem tanto devotionis affectu totque lacrimas profundens ut etiam lintea altaris madefaceret. Post gratiarum actionem statim in cellam confessionalem ecclesiae adiacentem se conferebat in eaque sedebat usque ad horam prandii. Deinde post brevem animi remissionem cum fratribus, in cubile suum se recipiebat usque ad horam precum vesperarum. Qui-

bus absolutis cellam confessionalem iterum petebat ut fidelium ad se venientium ministerio vacaret ad horam cenae nihil curans nec de rigido frigore hiemis nec de fervidis caloribus aestatis. Ac saepe quidem tam magnus erat confitentium numerus ut Moderatores eum ab aliquibus actibus communibus eximerent.

Si quando vero post breve tempus a confessionibus liber remanebat, flexis genibus orationi vacabat. Post cenam et brevem recreationem in oratorium valetudinarii domestici se recipiebat ibique prolixe orabat aut flexis genibus aut stans nulli umquam fulcro innixus usque ad mediam circiter noctem; cuius rei rationem hanc afferebat: se pro peccatoribus quos eo die absolvisset deprecari et paenitentiam agere debere. Tandem in cubiculum suum referebat se ut brevem requiem quattuor vel quinque horarum caperet.

Per diem e conventu non exibat nisi forte ad confessiones in aliquo instituto religioso excipiendas aut aegrotos invisendos. Numquam ferias sibi concessit.

Si vero nunc ad eius virtutes respicimus, ille fuit sacerdos pientissimus ac vere « homo Dei ». Spiritu enim Dei repletus et ambulans coram Deo numquam accessit ad proximum, quin simul magnum bonum afferret omni coetui hominum sive sapientium sive rudium, sive divitum sive pauperum. Videre erat innumerabiles sane turbas quae per triginta annos sacramentalis confessionis causa eum adibant et ille semper promptus serenus humanissimus apparebat ad quamcumque molestiam pro bono ac servitio sustinendam paratus. Tandem oculis ac stomacho laborans et arthritide deformanti affectus, quae ambulanti acérrimos dolores afferebat, numquam tamen a sacro destitit ministerio.

Ita cum Deo intime coniunctus semper vixit ut merito diceretur vir in Deo semper defixus, in Deum immersus, iugiter cum Deo conversans, mentem ad Deum erectam habens. Quae coniunctio continua oratione alebatur. Etiam in audiendis confessionibus Deo semper intentus videbatur.

Magna praeterea fuit illius cum Dei voluntate conformitas praecipue in rebus adversis et afflictionibus. Etenim in adversitatibus laetabatur, hilarescebat, molestias et aegritudines, quibus in omnibus vitae suae temporibus acriter divexatus est, patientissime tolerabat et gravissimum laborum pondus adsidue alacriterque sustinebat.

Item magna semper diligentia et perfectione observantiam tum praeceptorum Dei et Ecclesiae, tum evangelicae disciplinae consiliorum, tum arctioris instituti legum coluit. Insuper ille nec in minimo quidem

voluit Deo displicere et omni conatu curavit conscientiae puritatem etiam in levibus servare.

Eximia sollertiae sollicitudine atque laborum adsiduitate ipse Divini amoris ignem in omnibus incendere excitare et fovere contendebat. Omnem vero operam potissimum in eo posuit ut quam plurimos a peccato averterei et ad Dominum adduceret.

Ceterum negotium omnium gravissimum totius vitae Leopoldi Mandié nihil aliud fuit nisi proximi salutem procurare. Quare omnibus omnia factus est pro amore Dei.

Praeterea omni ipse ratione omni studio omni industria aliena peccata expiavit ac vita virtutibus emendare studuit : in familiari consuetudine immo et quavis in confabulatione sermonem a terrenis fluxisque rebus sollerter divertens ad Deum revocabat.

Neque minus admirabilis fuit illius amor tum erga pauperes tum erga afflictos tum erga aegrotos sive Ordinis sodales sive extraneos. Tantus erat eius amor in illos ut eorum dolores in se recipere non recusaret.

Heroico amori erga Deum ac proximum virtutem spei iunxit quam et infundebat omnibus quibuscum versabatur. Dictus est vir prudentiae fuitque iustitiae observantissime, quam observantiam ab omnibus exigebat, in primis cum de pauperum debilium oppressorum tutela agebatur.

Yir fuit incredibilis patientiae, constantis serenitatis, illibatae castitatis ita ut angelus in carne videretur. Tantaeque erat humilitatis ut ultimum fratrum se haberet ac de derisionibus gauderet quibus interdum afficiebatur.

Gratiam a Deo petierat ministerium suum usque ad mortem explendi ; et exaudita est eius oratio. Etsi tumore ad oesophagum affectus, quo ultimis hebdomadis ne quemlibet deglutiret cibum excepta S. Eucharistia impediebatur, non tamen destitit opus sueta diligentia exsequi. Quoad potuit etiam magna cum difficultate in ecclesiam se conferebat. Deficientibus autem viribus fideles suo cubiculo excipiebat. Pridie mortis ad quinquaginta hominum confessiones audivit. Postero die nempe xxx Iulii MCMXLII primo mane, cum Beatus ad Missam celebrandam se pararet, sanguinis ictu correptus est. Dein, devotissime oleo infirmorum recepto factaque animae commendatione, dum una cum fratribus « Salve Regina » recitabat, ad illa verba « O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria», manus ad caelum tendens placidissime exspiravit.

Eius morte vix divulgata factus est ingens concursus fidelium ex urbe Patavina et undique, quamquam continuum periculum instabat igniferorum globorum ut tempore belli. Funus non in parva ecclesia Capuccinorum sed in vastissimo templo Servorum Mariae celebratum est, praesentibus auctoritatibus civilibus et ecclesiasticis urbis et immensa hominum multitudine. Corpus sepultum est in coemeterio communi Patavino, quo fideles catervatim confluebant, donec die xix Septembris MCMLXIII translatum est iii conventum ubi vitam traduxerat prope cellam confessionalem quae et ipsa frequentium peregrinationum ex tota Europa atque exteris regionibus meta est facta.

Eius autem fama sanctitatis perscrebrescente caelestibus quoque signis confirmata, anno MCMXLVI processus ordinarii Patavii incohati sunt et anno MCMLII expleti. Inde Romam delati die xxvi Martii eiusdem anni rite aperti sunt. Edito die II Aprilis MCMLIV super scriptis decreto Ioannes Papa XXIII Decessor Noster commissionem introductionis Causae die xxv Maii MCMLXII obsignavit. Processus apostolici super virtutibus et miraculis in specie Patavii et Venetiis annis MCMLXiii-vi rite peracti sunt ac de eorundem validitate die xxx Novembris MCMLXVIII decretum prodiit.

Quapropter Causae actores statim post editum die i Martii MCMLXXIV Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus duas insigniores selegerunt sanationes easque examini Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum exhibuerunt ut eidem Venerabili Servo Dei honores Beatorum Caelitum tribuerentur.

De hisce peracta discussione Summus Pontifex Paulus Papa VI Decessor Noster die xn Februarii MCMLXXVI decrevit: constare de duobus miraculis Venerabili Servo Dei Leopoldo a Castro Novo intercedente a Deo patratis scilicet : de instantánea perfectaque sanatione tum iuvenis Elsae Raimondi a peritonitide tuberculari fibrinosa, tum domini Pauli Castelli a gravissima trombosi arteriae mesentericae superioris cum infarcto late extenso tenuis intestini.

His ergo omnibus absolutis die II mensis Maii MCMLXXVI in area coram Sancti Petri Basilica Venerabilis Leopoldus Mandió a Summo Pontifice Paulo Papa VI in Beatorum numerum sollemniter relatus est.

Ceterum post indultam Leopoldo Mandié venerationem novis prodigiis eum Altissimus illustrare dignatus est. Quare causa reassumpta ab actoribus proposita est sanatio dominae Elizabeth Ponzolotto ab ischaemia postembolica artus inferioris sinistri in patiente cardiopathica ob valvulopathiam mitralicam fibrillantem ; in quam rite est

inquisitum eamque Consilium Medicum a Sacra Congregatione pro Causis Sanctorum coactum anno MCMLXXXIII cunctis sententiis affirmavit praeter naturae vires et leges contigisse. Re in suetis coetibus eiusdem Sacrae Congregationis pertractata Nos die ix mensis Iunii anno MCMLXXXIII ediximus constare de uno miraculo Beato Leopoldo Mandic a Castro Novo intercedente a Deo patrato, videlicet de instantánea, perfecta constantique sanatione Elisabeth Ponzolotto ab ischaemia postembolica sicut supra descripsimus.

Universis igitur rebus expeditis Nos in sollemni consistorio die xxvn mensis Septembris MCMLXXXIII habito statuimus ut Beatus Leopoldus Mandic a Castro Novo xvi mensis Octobris eodem anno Sanctus palam renuntiaretur.

Hoc igitur faustissimo die in area ante Basilicam Vaticanam patente coram S. R. E. Cardinalibus et Romanae Curiae aliisque e regionibus Praesulibus non paucis atque Episcopis in Synodo coadunatis necnon sacrorum ministrorum religiosorum fidelium multitudine Nos precibus concessimus Venerabilis Fratris Nostri Petri S. R. E. Cardinalis Palazzini Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum Praefecti flagitantis ut Beatus Leopoldus a Castro Novo a Nobis in Sanctorum album referretur. Qua de causa cunctis Caelitibus prius in adiutorium advocatis divinoque implorato Spiritu Nos pro munere supremi Ecclesiae universalis Pastoris Christique in terris Vicarii haec tandem pronuntiavimus verba : « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatum Leopoldum Mandié a Castro Novo Sanctum esse decernimus et definimus ac Sanctorum Catalogo adscribimus statuentes eum in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti».

Quibus vocibus prolatis item praecepimus ut hae conficerentur litterae Decretales. Postquam vero gratias Deo una cum adstantibus egimus et sermonem habuimus de novi Sancti vita et virtutibus quo docuimus, cum oporteat testificari Deum amorem esse ipsa in historia generis hominum totiusque mundi, novum eiusdem hunc Sanctum illud luculenter et operibus suis et exemplis etiam sine documentis scriptis praedicasse proindeque dignum esse quem imitentur omnes Evangelii


testes ac praecones. Denique eius auxilium primi invocavimus atque sacris operari in eiusdem honorem perreximus.

Quapropter omnibus, quae investiganda ac ponderanda fuerant, accuratissime peractis, ea quae super gesta commemoravimus, iam toti Ecclesiae patefacimus mandantes ut harum Litterarum exemplis etiam typis impressis manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque obsignatis eadem prorsus fides habeatur quae his ipsis tribueretur si quando deinde exhiberentur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die decimo sexto mensis Octobris anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo tertio Pontificatus Nostri sexto.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***



In Secret. Status tab., n. ***122320.***

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

GORAKHPUREN.

Detractis nonnullis territoriis a dioecesi Varanasiensi, in India, nova eparchia Ritus Syro-Malabarensis conditur, nomine Gorakhpurensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quare die undecima mensis Iulii anno millesimo nongentesimo octogesimo primo, Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia Pp. II, de consilio Congregationis pro Episcopis, voto favorabili praehabito Cardinalis Vice Sacra Urbis Antistitis atque R. P. D. Abbatis Ordinarii Sancti Pauli de Urbe, novum ordinem pastoralem disposuit et quidem ad triennium, experimenti gratia.

Cum vero hoc temporis decursu, utilitas pastoralis novae ordinationis a copiosis operum fructibus comprobata sit, eadem Sanctitas Sua, Em.mo Cardinali Vicario cum Consilio Episcopali atque Abbate

Ordinario Sancti Pauli petentibus et infrascripto Cardinali Congregationis pro Episcopis Praefecto proponente, ea quae sequuntur stabiliter decernit praesenti decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

1. Sancti Pauli de Urbe Abbati Ordinario civitatis plagae Sancti Pauli Basilicae adiacentis ac iure extraterritoriali pollentis, id est regio in qua sistunt vulgo « gli stabili di Via Colossi, i due Oratori, la Palazzina dell'Amministrazione e il Collegio Beda », cura pastoralis committitur cum omnibus iuribus, facultatibus et officiis, quae Abbatibus Ordinariis territorialium abbatiarum ad normam iuris communis competunt.

2. Ipse Abbas curam animarum in plaga extraterritoriali, servatis normis ac formis propriis, exercere tenetur concorditer et congruenter cum actione pastorali in Romana dioecesi vigente nec non cum agenti rationibus a Latiali Conferentia Episcoporum statutis.

3. Curam pastoralem fidelium in ipsa plaga extraterritoriali degentium Abbas Ordinarius, coadiuvante religioso viro ab ipso Abbate delegato exercebit. Delegatus erit Parochus pro tempore Sancti Pauli paroeciae, qui a Vicariatu Urbis, Abbate proponente, nominatur.

4. In extraterritoriali plaga Sancti Pauli, Abbas pastoralem curam ut Ordinarius loci pleno iure geret. Pro totius Sancti Pauli paroeciae territorio Cardinalis in Urbe Vicarius, ad consociatam pastoralem operam inter Abbatiam territorialem et paroeciam promovendam, Abbatem vicarium suum episcopalem nominabit, opportunas facultates illi delegans. Vicissim Sancti Pauli Abbas Ordinarius Cardinali Vicario, Praelato Vicesgerenti necnon Episcopo Auxiliari meridianae Urbis regionis habitualem delegationem ad Sacramenta administranda intra fines territorii sui concedet.

5. Ministerium pastorale, quod Abbas, ut Vicarius Episcopalis in Sancti Pauli paroeciae territorio exercebit, habendum erit ut proprium Romanae dioeceseos ministerium sub Cardinalis Vicarii ductu et iurisdictione peragendum.

6. Abbas Ordinarius Sancti Pauli de Urbe sacramentum Confirmationis conferre poterit in universa Romana dioecesi iuxta praxim Vicariatus.

7. Oratoria pro iuvenibus et pro puellis, firmo manente munere Vicariatus Urbis invigilandi eorum administrationi oeconomicae, sub iurisdictione spirituali Abbatis Ordinarii Sancti Pauli erunt.

Cum autem Oratoria pluribus inserviant paroeciis, moderamen morale ac spirituale iuvenum ibi convenientium communi consensu agendum erit a Cardinali Vicario, a Patre Abbate et a Congregationibus religiosorum quibus Oratoria commissa sunt.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Eomae, ex Aedibus Congregationis pro Episcopis, die 29 Septembris anno 1984.

BERNARDINUS Card. G **ANTIN,** *Praefectus*

E. © S.

Marcellus Costalunga, *Subsecr.*

In S. Congr. pro Episcopis tao., n. 223/84.

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Sacra Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 21 Augusti 198Jf. — Cathedrali Ecclesiae Ibarrensi R. D. Aloisium Osvaldum Pérez Calderón, hactenus Vicarium Generalem eiusdem dioecesis.

die Uf Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Pagadianensi Exc.mum P. D. Antonium Tobias y Realubin, hactenus Episcopum titularem Tipasensem in Numidia et Auxiliarem Archiepiscopi Zamboangensis.

die 4 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Siguitanae R. D. Ioannem G. ter Schure, sodalem Societatis S. Francisci Salesii : S.D.B., Vicarium Generalem Ruremundensis dioecesis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis **B.** M. Gijsen, Episcopi Ruremundensis.

die 6 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Potosiensi in Bolivia R. D. Edmundum Abastoflor Montero, hactenus moderatorem Seminarii maioris ditionis bolivianae.

die 25 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Cellensi in Proconsulari R. D. Ioannem Robu, quem Administratorem Apostolicum ad nutum Sanctae Sedis archidioecesis Bucarestiensis constituit.

die 26 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Pertusensi E. D. Casimirum Górny, curionem paroeciae Sancti Maximiliani Kolbe in oppido vulgo Oswiecim, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Francisci S.R.E. Cardinalis Macharski, Archiepiscopi Cracoviensis.

— Cathedrali Ecclesiae Czestochoviensi R. D. Stanislaum Nowak, moderatorem Seminarii Cracoviensis archidioecesis.

die 28 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Zacatecensis Exc.mum P. B. Xaverium Lozano Barragán, hactenus Episcopum titularem Thimisensem in Numidia et Auxiliarem archidioecesis Mexicanae.

die 29 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae S. Deodati R. D. Paulum Mariam Guillaume, professorem Sacrae Scripturae Seminarii maioris Insulensis dioecesis.

die 31 Octobris. — Auxiliarem Archiepiscopi Guayaquilensis Exc.mum P. D. Ernestum Alvarez, Archiepiscopum emeritum archidioecesis Conchensis in Aequatore.

— Titulari episcopali Ecclesiae Egnatiensi R. D. Iosephum Preiksas, parochum-decanum Vilkaviökensem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ludovici Povilonis, Administratoris Apostolici Kaunensis et Vilkaviskensis.

die 8 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Carolinanae, R. D. Ioannem Donoghue, Vicarium Generalem et moderatorem Curiae archidioecesis Vashingtonensis.

— Cathedrali Ecclesiae Atlacomulcanae, noviter erectae, Exc.mum P. D. Richardum Guizar Díaz, hactenus Episcopum titularem Nonensem et Auxiliarem dioecesis de Aguas Calientes.

die 9 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Matiensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Patricium Alo, hactenus Episcopum titularem Thibiucensem et Auxiliarem Archiepiscopi Davaënsis.

die 11 Novembris. —• Titulari episcopali Ecclesiae Gaudiabensi R. D. Ioannem Saldarmi, alterum a Vicario Generali archidioecesis Mediolanensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Caroli Mariae S.R.E. Card. Martini, Archiepiscopi Mediolanensis.

die 12 Novembris. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Quirini Adolfi Schmitz, O.F.M., Episcopi Otonipolitani, Exc.mum P. D. Ferdinandum Antonium Figueiredo, O.F.M., hactenus Episcopum titularem Ulciniensem et Auxiliarem eiusdem sedis.

die 15 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Dublinensi Exc.mum P. D. Coemgenum McNamara, hactenus Episcopum Kerriensem.

die 16 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Iacensi R. D. Rosindum Alvarez Gaston, Vicarium Generalem Onubensis dioecesis.

die 19 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Equizetensi R. D. Iosephum Victorium Tommasi, Vicarium Generalem archidioecesis Sinus Albi, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Georgii Mayer, Archiepiscopi Sinus Albi.

die 20 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Bladinensi R. D. Iosephum Vilaplana Blasco, Vicarium Episcopalem Valentinae archidioecesis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Michaelis Roca Cabanellas, Archiepiscopi Valentini.

— Titulari episcopali Ecclesiae Croensi R. D. Iacobum García Aracil, delegatum episcopalem pro Laicorum apostolatu archidioecesis Valentinae, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Michaelis Roca Cabanellas, Archiepiscopi Valentini.

NOMINATIO

Decreto sacrae Congregationis pro Episcopis:

die 16 Novembris 1984. — Exc.mo P. D. Ludovico Povilonis, Administratori Apostolico Kaunensi et Vilkaviskensi, dignitas archiepiscopalis collata est.

SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

DECRETA

I

URBIS ET ORBIS

Ordo Benedictionum Ritualis Romani fit publici iuris.

Benedictionum celebrationes, inter sacramentalia ad bonum pastorale populi Dei ab Ecclesia instituta, peculiarem obtinent locum. Ipsae enim, quatenus liturgicae actiones, christifideles ad Deum laudandum adducunt eosque disponunt, ut praecipuum Sacramentorum effectum attingant atque varia vitae adiuncta recte sanctificent.

Sacramentalium vero recognitionem praecipiens, Oecumenicum Vaticanum II Concilium statuit ut in illis celebrandis conscia, actuosa et facilis christifidelium participatio summopere esset attendenda atque ab eis prorsus arcerentur ea, quae decursu temporum sacramentalium naturam ac finem minus elucentia reddidissent.

Idem autem Concilium insuper decrevit ut benedictiones reservatae perpaucae extarent, et in favorem tantum Episcoporum vel Ordinariorum atque opportune provideretur, quo sacramentalia quaedam, saltem in specialibus rerum adiunctis et de iudicio Ordinarii, a laicis congruis qualitatibus praeditis administrari possent.

Quibus decretis obsecuta, Congregatio haec pro Cultu Divino novum Ritualis Romani titulum apparavit, quem Summus Pontifex Ioannes Paulus II auctoritate Sua Apostolica approbavit evulgarique iussit.

Quapropter eadem Congregatio, de speciali mandato Summi Pontificis, *Ordinem Benedictionum* publici iuris facit, qui, lingua latina exaratus, statim ac prodierit vigere incipiet; linguis autem vernaculis, cum interpretationes a Sede Apostolica sint recognitae, a die quem conferentiae Episcoporum statuerint.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis pro Culto Divino, die 31 Maii 1984.

© A. MAYER, O. S. B., Archiep. tit. Satrianensis, *Pro-Praefectus*

L. © S.

© Vergilius Noè, Archiep. tit. Voncariensis, *a Secretis*

In S. Congr. pro Cultu Divino tab., n. 1200/84.

II

URBIS ET ORBIS

Novum Caeremoniale Episcoporum fit publici iuris.

Recognitis ex decreto Oecumenici Concilii Vaticani II cunctis fere libris liturgicis, necessarium visum est etiam Caeremoniale Episcoporum ex integro reficere et nova forma edere, ut in ritibus celebrandis Episcopus « sacerdos magnus sui gregis, a quo vita suorum fidelium in Christo quodammodo derivatur et pendet» *(Sacrosanctum Concilium,* n. 41), luculenter appareat atque hoc libro totus ambitus instauratae liturgiae congrue praesentetur.

Quod magis elucet si novis normis pastoralibus ac iuridicis de Episcopo a competentibus Sanctae Sedis Dicasteriis edictis animi attentio ponatur.

Notandum vero quod novum Caeremoniale Episcoporum liber liturgicus stricto sensu haberi nequit, eo quod in celebrationibus liturgicis non adhibetur. Perutile autem erit ipsi Episcopo, diversi gradus ministris necnon magistro caeremoniarum, qui in eo invenient, quae ab unoquoque eorum in celebrationibus sunt agenda.

Liber hic ritus ab Episcopo peragendos ita proponit, ut tamen traditiones ac exigentiae locorum propriae servari possint.

Normae, de quibus supra, ab Apostolica Sede editae, necnon normae ac rubricae in libris liturgicis iam statutae, nisi in hoc libro corrigantur, eandem vim obligandi retinent. Ceterae normae ponuntur ad securius obtinendam episcopalem liturgiam, quae sit vera, simplex, clara, dignitate pastoralique efficacitate plena, quatenus spiritualis unitas potius foveatur inutilesque singularitates iugiter vitentur.

Novum Caeremoniale Episcoporum, a Congregatione pro Cultu Divino apparatum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, in Audientia infrascriptis Pro-Praefecto et Secretario eiusdem Congregationis, die 7 septembris 1984 concessa, auctoritate Sua approbavit evulgarique iussit.

Quapropter haec Congregatio, de mandato Summi Pontificis, novum *Caeremoniale Episcoporum* publici iuris facit, statuens ut, statim ac prodierit, in locum praecedentis Caeremonialis Episcoporum, vigere incipiat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis pro Cultu Divino, die 14 Septembris 1984, in festo Exaltationis Sanctae Crucis.

ffi A. MAYER, O. S. B., Archiep. tit. Satrianensis, *Pro-Praefectus*

© Vergilius Noè, Archiep. tit. Voncariensis, *a Secretis*

L. *B* S.

In S. Congr. pro Cultu Divino tab., n. 1300/84.

EPISTULA *

De usu Missalis Romani iuxta editionem typicam anni MCMLXII.

E.me Domine,

quattuor abhinc annos, iubente Summo Pontifice Ioanne Paulo II, universae Ecclesiae Episcopi invitati sunt ad relationem exhibendam :

— circa modum, quo sacerdotes et christifideles in suis dioecesibus Missale auctoritate Papae Pauli VI promulgatum recepissent, statutis Concilii Vaticani II rite obsequentes;

— circa difficultates in liturgica instauratione exsequenda evenientes ;

— circa renisus forte superandos.

Exitus consultationis notus factus est omnibus Episcopis (cf. *Notitiae,* n. 185, decembris 1981). Eorum responsionibus attentis, fere in totum solutum visum est problema illorum sacerdotum atque christifidelium, qui ritui ((Tridentino)) nuncupato inhaerentes manserant.

Cum autem problema idem perduret, ipse Summus Pontifex, coetibus istis obsecundare desiderans, Episcopis dioecesanis facultatem concedit utendi Indulto, quo sacerdotes et christifideles, qui in petitione proprio Episcopo exhibenda explicite indicabuntur, Missam celebrare valeant Missale Romanum adhibendo iuxta editionem typicam anni 1962, servatis autem normis, quae sequuntur:

a) Sine ambiguitate etiam publice constet talem sacerdotem et tales fideles nullam partem habere cum iis qui legitimam vim doctrinalemque rectitudinem Missalis Romani, anno 1970 a Paulo VI Romano Pontifice promulgati, in dubium vocant.

o) Haec celebratio fiat tantummodo ad utilitatem illorum coetuum qui eam petunt; item in ecclesiis et oratoriis quae Episcopus dioecesanus deputaverit (non autem in templis paroecialibus, nisi Episcopus in casibus extraordinariis id concesserit) ; iisque diebus atque condicionibus ab ipso Episcopo, sive per modum consuetudinis, sive per actus, adprobatis.

c) Huiusmodi celebratio secundum Missale anni 1962 fiat et quidem lingua latina.

* *Praesidibus conferentiarum Episcoporum missa.*

d) Nulla habeatur commixtio inter ritus et textus alterutrius Missalis.

e) Unusquisque Episcopus hanc Congregationem certiorem faciet de concessionibus ab ipso datis atque, expleto anno ab hoc Indulto tributo, de exitu quem eius applicatio obtinuerit.

Concessio huiusmodi, sollicitudinis signum qua Pater communis omnes suos prosequitur filios, adhibenda erit sine ullo praeiudicio liturgicae instaurationis observandae in vita uniuscuiusque Communitatis ecclesialis.

Iuvat me vero hac uti opportunitate me E.tiae Tuae Eev.mae addictissimum in Domino profitendi.

Ex aedibus Congregationis pro Cultu Divino, die 3 Octobris 1984.

© A. MAYER, O. S. B., Archiep. tit. Satrianensis, *Pro-Praefectus*

© Vergilius Noè, Archiep. tit. Voncariensis, *a Secretis*

In S. Congr. pro Cultu Divino tab., n. *686/84.*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

ROMANAE ET ALIARUM

Studium S. Congregationis pro Causis Sanctorum instituitur.

1. Apud H. S. Congregationem instituitur Schola pro formatione Postulatorum aliorumve operam praestantium de qua in art. 15 vigentis Ordinationis (((Regolamento»), necnon eorum, qui assumendi sunt ad officium Iudicis delegati vel Promotoris Iustitiae apud Tribunalia pro tractatione causarum Sanctorum.

2. Schola, cui nomen est «Studium S. Congregationis pro causis Sanctorum », propria ordinatione regitur, sub ductu Exc.mi Secretarii et Rev.mi-Subsecretarii, vigilante eiusdem Studii Secretario Generali, e docentibus selecto.

Docentibus Em.mus Cardinalis Praefectus munus confert ad quinquennium iterabile, auditis Exc.mo Secretario et Rev.mis Officialibus Maioribus.

3. Absoluto curriculo, S. Congregatio documentum donat de frequentatione necnon de feliciter peractis examinibus.

Summus Pontifex Ioannes Paulus II in Audientia die 2 m. Iunii: a. 198Jf infrascripto Cardinali Praefecto concessa, decretum hoc adprobavit et publici iuris fieri iussit.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

l i . © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

In S. Congr. pro Causis Sanctorum tab., n. 2438/984.

II

RIVIBAMBEN. OLIM BOLIVAREN.

Canonizationis Ven. Servae Dei Mercedis a Iesu Molina, Fundatricis Instituti Sororum a S. Maria Anna a Iesu.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Christianas virtutes théologales, nempe fidem, spem et caritatem tum in Deum tum in proximum, et cardinales, scilicet prudentiam, iustitiam, fortitudinem et temperantiam, eisque adnexas, heroum in modum coluisse Venerabilem Servam Dei Mercedem a Iesu Molina, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, servatis omnibus de iure servandis, declaravit die 27 mensis Novembris anno 1981.

In Aequatoriana Republica ortum ipsa duxit anno 1828, parentibus christianis moribus necnon opibus conspicuis. Erga pauperes et egenos caritate et misericordia se iam a pueritia praeditam ostendit.

Missionalibus operibus prius intenta apud Indios, quos *Jibaros* vocabant, in urbe Concha dein orphanis in asylo a se erecto instituendis se addixit; ac demum, anno 1872 Rivibambae, religiosarum familiam nomine et protectione Beatae tunc Mariae Annae a Iesu Paredes condidit, quarum finis esset puellas orphanas ac pauperes excipere, instituere, a malo praeservare, necnon lapsas mulieres e vitiis conversas colligere easque in nova gratiae vita confirmare. Sanctitudinis fama circumdata, in Domino obdormivit die 12 Iunii anno 1883.

Ad iuris autem normam ut Beatorum Caelitum honoribus eadem Venerabilis Serva Dei condecoretur, actio demum instituenda erat de miraculis quae, eadem deprecante, patrata ferebantur. Quem in finem Causae actores, statim post editum Decretum super virtutum heroicitate, unam, ut nova nuper instaurata lex requirit, selegerurtt miram sanationem inter multas intercessioni eiusdem Venerabilia tributas, eamque Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt. Nimirum de repentina agitur sanatione trimulae puellulae Zoilae Helenae Cáceres Larrea, Riobambae in Aequatoria commorantis. Quae vespere diei 11 mensis Martii a. 1965, hausit matre interim absente, circa duodecim frustula casei veneno muribus interficiendis, quod iii litteris medicis indicatur per numeros 10-80, irrorata. Nullo adhibito veri nominis antidoto, communia subsidia subministrata omnino inefficacia fuerunt, quia a medicis curantibus prognosis infausta quoad vitam edita fuit. Tunc, omni spe medicis subsidiis recuperandae salutis deiecta, Venerabilis Mariae a Iesu Molina intercessio suppliciter invocata est ; et ecce post paucas horas puellula convaluit, decessit omnibus signis gravis syndromatis. Quam sanationem a curatione medici et testes de visu praeter naturae vires contigisse affirmarunt.

Quapropter super eiusmodi mira sanatione inquisitiones Apostolicae Sedis auctoritate peractae sunt annis 1974-1975 apud dioecesanam curiam Rivibambensem, de quarum iuridica forma et vi latum est decretum Sacrae huius Congregationis die 22 Ianuarii anno 1982. Consilium autem Medicum eiusdem Sacri Dicasterii in indolem et in adiuncta illius sanationis, examini subiectis testificationibus tum testium tum medicorum a curatione et ab inspectione atque ex officio deputatorum, inquisivit atque, omnibus perpensis, eandem sanationem praeter naturae ordinem et vires accidisse declaravit in coetu diei 6 Maii anno 1983.

Quibus peractis, tota quaestio subiecta est iudicio Sacrae eiusdem Congregationis pro Causis Sanctorum et quidem primum, die 6

mensis Martii an. 1984, in Congressu Peculiari Consultorum Theologorum, moderante Promotore Fidei; et subinde, die 22 Maii eodem anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Em.mo ac Rev.mo Domino Aloisio Ciappi. In utroque autem Coetu posito dubio num constet de miraculo responsum est datum affirmativum.

De hisce omnibus per subscriptum Cardinalem certior est factus Summus Pontifex Ioannes Paulus II, qui vota Sacrae Congregationis libenter excipiens, mandavit ut Decretum super eadem mira sanatione appararetur.

Quod cum rite esset factum, hodierna die Beatissimus Pater, advocatis Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Aloisio Ciappi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eiusque astantibus, sollemniter declaravit: *Constare de uno miraculo a Deo patrato, intercedente Venerabili Serva Dei Mercede a Iesu Molina, nimirum de rapida, perfecta ac stabili sanatione puellulae Zoilae Helenae Cáceres « da uno stato di assenza completa di segni di vitalità, accertato clinicamente dai medici curanti, ad un recupero completo e duraturo »*.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Iunii A. D. 1984.

PETRUS Card. **PALAZZINI,** *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

U Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, 19 Novembre 1984, S. E. il Signor BEN EDWARD MWANGI, Ambasciatore del Kenya presso la Santa Sede.

Giovedì, 22 Novembre 1984, S. E. il Signor DALUWATUMULLE GAMAGE BANDUSENA DE SILVA, Ambasciatore dello Sri Lanka presso la Santa Sede.

Lunedì, 26 Novembre 1984, S. E. il Signor SAMUEL JONATHAN OKIKIOLA SARR, Ambasciatore del Gambia presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Mercoledì, 7 Novembre 1984, S. E. il Signor MARCELINO OREJA AGUIRRE, Segretario Generale del Consiglio d'Europa.

Lunedì, 12 Novembre 1984, S. E. il Signor GAÉTAN DUVAL, Vice-Primo Ministro di Mauritius.

Venerdì 23 Novembre 1984, S. E. il Signor DIDIER RATSIRAKA, Presidente della Repubblica Democratica del Madagascar.

Mercoledì, 28 Novembre 1984, S. E. il Signor IMRE MIKLÓS, Segretario di Stato e Presidente dell'Ufficio statale per gli Affari ecclesiastici della Repubblica Popolare di Ungheria.

Giovedì, 29 Novembre 1984, S. E. il Signor SEYNI KOUNTCHÉ, Presidente della Repubblica del Niger.

Sabato, 1 Dicembre 1984, S. E. il Signor ANDREAS PAPANDREOU, Presidente del Consiglio dei Ministri di Grecia.

Venerdì, 9 Novembre, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è riunita alla presenza del Santo Padre la Sacra Congregazione per le Cause dei Santi.

Giovedì, 15 Novembre 1984, il Santo Padre ha presieduto una riunione dei Capi Dicastero della Curia Romana.

«

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

25 ottobre 1984. Mons. Eaffaello Funghini, ***Prelato Uditore del Tribunale della Sacra Romana Rota.***

6 novembre » S. E. Mons. Edward Cassidy, Arcivescovo tit. di Amanzia, ***Pro-Nunzio Apostolico nei Paesi Bassi;*** P. Eomeo Panciroli, M.C. C I., Arcivescovo tit. eletto di Noba, ***Pro-Nunzio Apostolico nelle Repubbliche di Liberia e del Gambia, nonché Delegato Apostolico nella Repubblica di Sierra Leone e in Guinea.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

8 ottobre 1984. S. E. Mons. Francis Arinze, Pro-Presidente del Segretariato per i non Cristiani, ***Membro del Segretariato per i non credenti.***

15 » » P. René Coste, P. S. S. ; P. Pier-Björn Halvorsen, O. P. ; Sac. Thomas Nyiri, ***Consultori del Segretariato per i non credenti.***

25 » » F. Henri Cazelles, P. S. S., ***Segretario della Pontificia Commissione Biblica.***

» » » Gli Ecc.mi Monsignori : Eduardo Martínez Somalo, Arcivescovo tit. di Tagora, Sostituto della Segreteria di Stato e Achille Silvestrini, Arcivescovo tit. di Novaliciana, Segretario del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa, ***Consultori della Sacra Congregazione per la Dottrina della Fede « in aliud quinquennium ».***

31 » » L'E.mo Signor Cardinale Öpilio Eossi, ***Membro del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per i Laici.***

4 novembre » S. E. Mons. Vincenzo Fagiolo; P. Real Tremblay, C.SS.R.; Don Tarcisio Bertone, S.D.B., ***Consultori della Saera Congregazione per la Dottrina della Fede.***

7 » » S. E. Mons. Joseph Eric D'Arcy, Vescovo di Sale, ***Membro del Segretariato per i non credenti.***

19 » » L'E.mo Signor Cardinale Egano Righi Lambertini, ***Membro della Sacra Congregazione per i Vescovi, « attento autem praescripto Litterarum Apostolicarum Ingravescentem Aetatem ».***

ONORIFICENZE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

II Collare dell'Ordine Piano:

5 agosto 1984. A S. E. il sig. Jean Claude Duvalier, Presidente della Repubblica di Haiti.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

2 agosto 1984. A S. E. il sig. Jean Robert Estimé ***(Haiti).***
» » » A S. E. il sig. Gerad D. Lafontant ***(Eaiti).***
» » » A S. E. il sig. Pierre Pompée ***(Haiti).***

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9 gennaio 1984. Al sig. Gerhord Heinrich Veringa (Rotterdam).
5 giugno » Al sig. Guy Philippe Lannes de Montebelo (New York).
3 luglio » A S. E. Miguel Carlos Maria Augusto de Martini ***(Argentina).***
» » A S. E. Piet-Hein Houben ***(Paesi Bassi).***
11 » » Al sig. Raffaele Simone ***(Italia).***
12 » » Al sig. Attilio Piana ***(Italia).***
13 » » Al sig. Tommaso Gismondi (Anagni).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9 giugno 1984. Al sig. Luigi De Luca ***(Egitto).***

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18 novembre 1983. Al sig. Johannes Eberle (Salzburg).
» » Al sig. Frank J. Pasquerilla (Altoona-Johnstown).
» » » Al sig. Herman Willem Mulder (Rotterdam).
25 » » Al sig. Hans Tietmeyer (Köln).
30 » » Al sig. Theodor Sauter (Köln).
3 dicembre » Al sig. Gunter Sofski (Mainz).
24 febbraio 1984. Al sig. Clemens de Croy-Dülmen (Mainz).
26 marzo Al sig. Rafael Fernández Heres (Caracas).
10 aprile » Al sig. Joaquim Arias y Díaz de Rabagó (Santiago de Compostela).
5 maggio » Al sig. Giuseppe Cali (Tivoli).

5	maggio	1984.	Al sig. Giuseppe Giuliano (Tivoli).
11	»	»	Al sig. Bruno Bontemps (Boma).
25	»	»	Al sig. Anselme Schimpf (Strasbourg).
26	»	»	Al sig. Bahá Georges Thomas Al-Hajjar (Mossul dei Siri).
5	giugno	»	Al sig. James Nowell Wood (Chicago).
»	»	»	Al sig. Jan Mckibbin White (San Francisco).
12	»	»	Al sig. Rizkallah Khoury (Tripoli del Libano dei Maniti).
13	»	»	Al sig. Sossio Pezzullo (Salerno).
14	»	»	Al sig. Alois Schreiner (Speyer).
»	»	»	Al sig. Georg Weiss (Speyer).
16	»	»	Al sig. Giovanni Antonini (Trieste).
19		»	Al sig. Anton Koppensteiner *(Austria).*
22	»	»	Al sig. Karol Górski (Chelmno).
4	luglio	»	Al sig. Masayoshi Kusuda *(Giappone).*
8	»	»	Al sig. Conto A. Patino Martínez (Quito).
11	»	»	Al sig. Vittorio Stanca *(Italia).*
13	agosto	»	Al sig. Juan De Lezica *(Argentina).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

10	febbraio	1983.	Al sig. Talib Puspokusumo *(Indonesia).*
6	settembre	»	Al sig. Antonio Mortesen Cordovez (Quito).
14	novembre	»	Al sig. Wilhelm Cornelis van Mierlo (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Marten Pieter Albert Kneepkeus (Bois-le-Duc).
23	»	»	Al sig. Juan M. Hagad (Bacolod).
25	»	»	Al sig. Paul Wilhelm Wenger (Köln).
»	»		Al sig. Licurgo Manzana (Trieste).
2	dicembre	»	Al sig. Louis David Bonanni (Trenton).
»	»	»	Al sig. Joseph John Fajgier (Trenton).
»	»	»	Al sig. John J. Reuter (Trenton).
12	»		Al sig. John Dietz (Harrisburg).
»	»	»	Al sig. Artur F. Nelson F. (Harrisburg).
22	»	»	Al sig. Franz Joseph Schmitt (Köln).
30	»		Al sig. Cornelis Beevers (Bois-le-Duc).
»	»	»	Al sig. Marius Henry (Bois-le-Duc).
»	»	»	Al sig. Henry G. Van Gastel (Utrecht).
»	»	»	Al sig. Hendrikus Alsemgeest (Rotterdam).
»	»	»	Al sig. Martinus Cornelis Ioannes Van den Heuvel (Haarlem).
16	febbraio	1984.	Al sig. Ramon A. Tagle, Jr. (Manila).
»	»	»	Al sig. Onesimo De Mira (Manila).
22	»	»	Al sig. Yilmaz Sivajlioglu *(Turchia).*
»	»	»	Al sig. Alfred Henschel (Essen).
5	maggio	»	Al sig. Jung Ki Kim *(Corea).*
»	»	»	Al sig. Rudolf Brandts (Köln).
9	»	»	Al sig. Alfonso Carbone (Cleveland).
11	»	»	Al sig. Marcel Bertinotti (Chambéry).
21	»	»	Al sig. John Cooney (Dublin).

21 maggio 1984. Al sig. Frank Petterson (Dublin).
» » » Al sig. Daniel McNulty (Dublin).
» » » Al sig. Gerard Gillen (Dublin).
25 » » Al sig. Pierre Oalin (Lyon).
» » » Al sig. Serovpe Çubukkeryan (Istanbul degli Armeni).
26 » » Al sig. Francis X. Carlin (Manila).
30 » » Al sig. Heinrich Meyer (Osnabrück).
» » » Al sig. Josef Schulte (Osnabrück).
2 giugno » Al sig. Michele di Carobello (Trani e Barletta).
4 » » Al sig. Joseph Lange (Köln).
6 » » Al sig. Savino Mansi (Roma).
7 » » Al sig. Lamberto Ingaldi (Benevento).
13 » » Al sig. Franz Anton Alda (Säo Sebastiäo do Rio de Janeiro).
» » » Al sig. Adolf Joseph Hannhoerster (Osnabrück).
26 » » Al sig. Vincent Doyle (Dublin).
» » » Al sig. Michael Yves Drury (Osnabrück).
» » » Al sig. Patrien McGrath (Dublin).
4 luglio » Al sig. Gonzalo Cha vez Falconi (Quito).
11 » » Al sig. Gianfranco Nardi *(Italia).*
12 » » Al sig. Mauro Toro *(Italia).*
17 » » Al sig. Joseph Barnes (Armagh).
» » Al sig. Pearse McKenna (Armagh).

La Gran Croce dell' Ordine di san Silvestro Papa:

2 agosto 1984. Al sig. Yves Massillon *(Haiti).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

26 aprile 1984. Al sig. José Coz Botteri *(Perú).*

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

22 dicembre 1983. Al sig. Anton Böhm (Köln).
30 » » Al sig. Albert J. Konter (Utrecht).
26 marzo 1984. Al sig. Turcuado Manzo Nuüez (Caracas).
30 » » Al sig. Amedeo Perrella (Caracas).
5 maggio » Al sig. Antoine Daull (Strasbourg).
7 » » Al sig. Ferdinand Klingenthal (Paderborn).
8 » » Al sig. Jean Jacques Mariette (Liège).
9 » » Al sig. Italo lotti (Reggio Emilia).
11 » » Al sig. Carlo Cingoli (Trivento).
17 » » Al sig. Antonio Giovannucci (Trivento).
25 » » Al sig. Heinrich Hanfland (Paderborn).
» » » Al sig. Hugo Staudinger (Paderborn).
30 » » Al sig. Klaus Kühn (Osnabrück).
4 giugno Al sig. Hermann Dallinger (Freiburg im Breisgau)

5 giugno 1984. Al sig. Manrico Gallotta (Roma).
7 » » Al sig. Cesare Vesee (Benevento).
11 » Al sig. Walter Laganà (Monopoli).
» » » Al sig. Paul Loh er (Paderborn).
13 » » Al sig. Aloysius Koesdarminta (Bandung).
» » » Al sig. Georges Diab (Alep dei Maroniti).
» » Al sig. Antoine Mouchahwar (Alep dei Maroniti).
19 » » Al sig. Vito Lo Sciuto (Trapani).
22 » » Al sig. Silvestro Cannizzo (Roma).
11 luglio » Al sig. Alfredo Pratolini *(Italia).*
» » Al sig. Franco Barone *(Italia).*
» » Al sig, Antonino Mozzicato *(Italia).*
12 » » Al sig. Raffaele Di Loreto *(Italia).*
» » Al sig. Alvaro Lukacs *(Italia).*
» » » Al sig. Aurelio Tarabella *(Italia).*
17 » » Al sig. Remo Di Giandomenico (Termoli).
30 » » Al sig. Francesco Leoni (Roma).
» » Al sig. Paolo Martinelli (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

28 ottobre 1983. Al sig. Dario Valenzuela Villa (Antioquia).
3 novembre » Al sig. Peter Quendler (Gurk).
14 » » Al sig. Gerardus Jacobus Bijlsma (Utrecht).
» » » Al sig. Henri A. Teeuwes (Bois-le-Duc).
18 » » Al sig. Albin Reiter (Salzburg).
» » » Al sig. Leo Maria Rombuts (Rotterdam).
» » » Al sig. Cornelis Petrus Goverde (Rotterdam).
» » » Al sig. Jacobus Leonardus Van Der Waart (Rotterdam)
23 » » Al sig. Francisco B. Cruz (Bacolod).
» » » Al sig. Vicente C. Gustilo, Jr. (Bacolod).
30 » » Al sig. Klaus Koch (Köln).
22 dicembre » Al sig. Johann Dany (Köln).
23 » » Al sig. Giovanni Fedi (Pistoia).
30 » » Al sig. Eduard Bevers (Bois-le-Duc).
» » » Al sig. Aloisius A. G. M. Wetzer (Bois-lé-Duc).
» » » Al sig. Johannes Petrus Van der Eist (Haarlem).
» » Al sig. Johannes H. Halsema (Haarlem).
» » Al sig. Matthias Jacobus Vijnen (Roermond).
» » » Al sig. Franciscus J. Cuppers (Roermond).
» » Al sig. Hubertus Thomas (Roermond).
» Al sig. Petrus Joseph Geijsen (Roermond).
» » » Al sig. Johannes Obert Sassen (Roermond).
17 gennaio 1984. Al sig. Cornelis Verdonk (Breda).
16 febbraio » Al sig. Mark Piróla (Manila).

17	marzo	1984.	Al sig. Josef Becker (Köln).
»	»	»	Al sig. Eduard Klüber (Köln).
26	»	»	Al sig. Vincent Bieswal (Liège).
4	aprile		Al sig. Shoury Reddy-Copu (Nalgonda).
7,	maggio	»	Al sig. Franz Linnebank (Paderborn).
»	»	»	Al sig. Jochim Ölorunfunmi Kuyoro (Ijebu-Ode).
»	»		Al sig. Lawrence Adedeji Adekoya (Ijebu-Ode).
»	»	»	Al sig. Alfons Adebisi Olukoya (Ijebu-Ode).
	»		Al sig. Anthony Ogunkoya Olanreiwaju (Ijebu-Ode).
»	»	»	Al sig. Lawrence Olatunji Ogunbanjo (Ijebu-Ode).
8	»	»	Al sig. Attilio Cian (Udine).
	»	»	Al sig. Manlio Fabi (Udine).
»	»	»	Al sig. Marcel Kramo Yoboue *(Costa d'Avorio).*
»	»	»	Al sig. Emile Charlier (Liège).
»	»		Al sig. Joseph Monsour (Saint Maron of Brooklyn de Maroniti).
25	»	»	Al sig. Emmanuel Almeda (Oaceres).
26	»	»	Al sig. Hans Tegeler (Osnabrück).
30	»	»	Al sig. Ernst Knühl-Fiege (Essen).
2	giugno	»	Al sig. Paulino B. Dionisio (Manila).
»	»	»	Al sig. Ismael Quiambao (Manila).
»	»		Al sig. Inocencio Fallaría y Fondevilla (Manila).
»	»	»	Al sig. René Isidoro (Manila).
»		»	Al sig. Alberto Zocca (Roma).
»	»	»	Al sig. Marco Gallingani (Reggio Emilia).
	»	»	Al sig. Lasagni Franco (Reggio Emilia).
»	»		Al sig. Silvio Marchetta (Reggio Emilia).
4	»		Al sig. Jean Oreugnet (Nouméa).
»	»	»	Al sig. Günter Trautmann (Köln).
5	»	»	Al sig. Ermenegildo lezzi (Roma).
9	»	»	Al sig. Gino Don (Roma).
14	»	»	Al sig. Armando Pedroni (Aosta).
22	»	»	Al sig. Federico Tentoni (Roma).
»	»	»	Al sig. Lothar Kosch (Berlin).
5	luglio		Al sig. Giuseppe Tedeschi (Roma).
10	»	»	Al sig. Crescenzo Alocci (Sovana-Pitigliano-Orbetello).
»	»	»	Al sig. Augusto Coccoluto (Sovana-Pitigliano-Orbetello)
12	»	»	Al sig. Aldo Conti (Roma).
	»	»	Al sig. Gaetano Antonelli (Roma).
»	»	»	Al sig. Giuseppe Ungaretti (Roma).
»		»	Al sig. Giovanni Vucchi (Roma).
23	»	»	Al sig. André Debíais (Paris).
30	»		Al sig. Stefano Sanguineti (Chiavari).

NECROLOGIO

12 novembre 1984. Mons. Antonio de Almeida Moraes, Arcivescovo emerito di Niterói *(Brasile)*.

13 » » Mons. Charles A. Gachet, Vescovo emerito di Castries *(Santa Lucia)*.

20 » » Mons. Justin A. Driscoll, Vescovo di Fargo *(Stati Uniti d'America)*.

19 » » Mons. Giuseppe Battaglia, Vescovo emerito di Faenza *(Italia)*.

24 » » Mons. Charles Henri Lévesque, Vescovo di Sainte-Anne-de-la-Pocatière *(Canada)*.

29 » » Mons. Franz Jáchym, Arciv. tit. di Maronea.

30 » » Mons. Vincenzo De Chiara, Vescovo emerito di Mileto, Nicotera e Tropea *(Italia)*.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

INDEX GENERALIS ACTORUM

(AN. ET VOL. LXXVI)

n

INDEX DOCUMENTORUM CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I - ACTA IOANNIS PAULI PP. II

I - ADHORTATIO APOSTOLICA

II - EPISTULAE APOSTOLICAE

III - SACRA CONSISTORIA

IV - LITTERAE DECRETALES

V - LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

VI - CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

VII - LITTERAE APOSTOLICAE

VIII - CONVENTIONES

IX - HOMILIAE

X - EPISTULAE

XI - ALLOCUTIONES

XII - NUNTII GRATULATORII

XIII - NUNTII TELEVISIFICI

XIV - NUNTII SCRIPTO DATI

XV - NUNTII TELEGRAFICI

XVI - CHIROGRAPHA

XVII - ITINERA APOSTOLICA

EX HABITIS DUM SUMMUS PONTIFEX AUSTRIAM PERAGRAT DELECTAE ALLOCUTIONES

EX HABITIS DUM SUMMUS PONTIFEX ASIAM ET OCEANIAM PERAGRAT DELECTAE ALLOCUTIONES

XVIII - SECRETARIA STATUS

H - ACTA SS. CONGREGATIONUM

I - SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

II - SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

III - SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

IV - SACRA CONGREGATIO PRO CULTU DIVINO

V - SACRA CONGREGATIO PRO RELIGIOSIS ET INSTITUTIS SAECULARIBUS

VI - SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

VII - SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

VIII - SACRA CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

III - DOCUMENTA SECRETARIATUUM

SECRETARIATUS PRO NON CHRISTIANIS

IV - ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO CODICI IURIS CANONICI AUTHENTICE INTERPRETANDO

m

INDICES NOMINUM

I - INDEX NOMINUM PERSONARUM

(OMITTUNTUR NOMINA ACTIBUS SUBSCRIPTA)

A

B

C

S

II - INDEX NOMINUM DIOECESIUM, VICARIATUUM, ETC.

A

B

C

D

E

F

IV

INDEX RERUM ANALYTICUS

A

B

N

ADDENDA ET CORRIGENDA

In Vol. LXXVI, **(1984)** Commentarii **ACTA APOSTOLICAE SEDIS**

pag. 54, linea 11: loco *Canales* legatur *Canelas.*

pag. 64, linea 4 : loco *Rokofollis* legatur *RoJcofyllos.*

pag. 66, linea 6 : loco *21 novembre* legatur *29 novembre.*

pag. 66, linea 7 : post *Casoria* inseratur ((*durante munere » ;*

pag. 66, linea 10 : post *Orientali* inseratur ; *Myroslav Lubachivsky, Arcivescovo Coadiutore c.i.s, di Leopoli degli Ucraini;*

pag. 66, linea 31 : post *Orientale* inseratur « *usque ad promulgationem eiusdem Codicis* ».

pag. 67, linea 5 : post *Orientale* inseratur « *usque ad promulgationem eiusdem Codicis* ».

pag. 67, linea 6 : loco *21 novembre* legatur *29 novembre.*

pag. 67, linea 12 : post *Willebrands* inseratur « *durante munere » ;*

pag. 67, linea 18 : loco <(*in aliud quinquennium* » legatur <(*usque ad promulgationem eiusdem Codicis* ».

pag. 67, linea 44 : loco « *in aliud quinquennium* » legatur <(*usque ad promulgationem eiusdem Codicis* ».

pag. 344, linea 11: loco *(Milano)* legatur *(Napoli).*

pag. 556, lineae 24 et 25 : loco *Instructione « de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis » sub n. 30* legatur *Normis circa Patronos constituendos, nn. 11-15, quae die undevicesimo mensis Martii, anno MCMLXXIII datae sunt.*

pag. 751, linea 16: loco *Josip' Delie* legatur *Josip Delie.*

pag. 751, linea 28: loco *Antonio Stroncar* legatur *Anton Stroncar.*

pag. 751, linea 32 : loco *Vrdslzak* legatur *Vrdoljak.*

pag. 751, linea 36 : loco *Pedranghell* legatur *Pedrangelle.*

pag. 751, linea 40 : loco *Kebel* legatur *Krebel.*

pag. 751, linea 42 : loco *Säjina* legatur *fajina.*

pag. 751, linea 44: loco *(Teggiano)* legatur *(Diano-Teggiano).*

pag. 764, lineae 9 et 10 : loco *Martin, ex iisque simul* sumptis legatur *Indian River atque ex iisdem.*

pag. 764, linea 14 : loco *ipsa autem urbe vulgo « Palm Beach* » legatur *urbis ipsius loco « Palm Beach Cardens ».*

SEPTUAGESIMUM SEXTUM VOLUMEN
COMMENTARII OFFICIALIS «ACTA APOSTOLICAE SEDIS»
ABSOLVITUR DIE XXXI DECEMBRIS MCMLXXXIV
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

Anno LV Città del Vaticano, martedì 28 febbraio 1984 Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI

DELLO STATO

DELLA CITTA DEL VATICANO

Pontificato di S. S. Giovanni Paolo II - Anno VI

N. LXVIII — Ordinanza della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano con la quale è autorizzata la emissione di una serie di francobolli per commemorare il centenario della morte del biologo abate Gregorio J. Mendel O.S.A.

28 febbraio 1984

LA PONTIFICIA COMMISSIONE
PER LO STATO DELLA CITTÀ DEL VATICANO

Vista la legge 2á giugno 1969, n. LI;

Visti gli art. 2 e 20 lett. *e* n. 5 della legge sulle fonti del diritto, 7 giugno 1929, n. II;

ORDINA

Art. 1. - È autorizzata la emissione di una serie di due francobolli per commemorare il centenario della morte del biologo abate Gregorio J. Mendel O. S. A., da valere per il pagamento delle tasse relative alle corrispondenze in partenza dalla Città del Vaticano.

Art. 2. - I francobolli di cui all'articolo precedente, realizzati su carta bianca patinata a stampa pluricolore in rotocalcografia, e riuniti nel numero di 40 esemplari per foglio, hanno le seguenti caratteristiche :

dimensioni : mm. 40 x 30, dentellatura 13V4 x 14, formato orizzontale ;

valori: L. 450, L. 1.500;

soggetto: unico, che riproduce sul lato destro la figura di Gregorio J. Mendel e, sul lato sinistro, la esemplificazione grafica degli esperimenti sulla discendenza da ibridi, eseguiti su vegetali.

I due francobolli recano, in alto, la scritta « GREGORIO J. MENDEL » e le date (< 1884-1984 », in basso, l'indicazione del valore e la dicitura ((POSTE VATICANE)).

Art. 3. - I francobolli di cui agli articoli precedenti hanno validità illimitata agli effetti postali, dalla data di entrata in vigore della presente ordinanza.

La tiratura è di 950.000 serie complete.

Art. 4. - La presente ordinanza sarà pubblicata, oltre che nei modi ordinari, mediante affissione nel Cortile di San Damaso, alla porta degli Unici del Governatorato e negli Unici postali dello Stato, ed entrerà in vigore nel giorno stesso della sua pubblicazione.

Città del Vaticano, ventotto febbraio millenovecentoottantaquattro.

AGOSTINO Card. **CASAROLI,** *Presidente*

PAOLO Card. **BERTOLI**

MASSIMILIANO Card, **DE FÜRSTENBERG**

SILVIO Card. **ODDI**

GIUSEPPE Card. **PAUPINI**

GIUSEPPE MARIA Card. **SENSI**

PAOLO MARCINKUS, *Pro-Presidente*

Anno LV   Città del Vaticano, martedì 28 febbraio 1984   Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI

DELLO STATO

DELLA CITTA DEL VATICANO

Pontificato di S. S. Giovanni Paolo II - Anno VI

N. LXIX — Ordinanza della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano con la quale è autorizzata la emissione di una serie di francobolli per commemorare il quinto centenario della morte di S. Casimiro di Lituania.

28 febbraio 1984

LA PONTIFICIA COMMISSIONE
PEE LO STATO DELLA CITTA DEL VATICANO

Vista la legge 24 giugno 1969, n. LI;

Visti gli art. 2 e 20 lett. *e* n. 5 della legge sulle fonti del diritto, 7 giugno 1929, n. II;

ORDINA

Art. 1. - È autorizzata la emissione di una serie di due francobolli per commemorare il quinto centenario della morte di S. Casimiro di Lituania, da valere per il pagamento delle tasse relative alle corrispondenze in partenza dalla Città del Vaticano.

Art. 2. - I francobolli di cui all'articolo precedente, realizzati su carta bianca patinata a stampa pluricolore in rotocalcografia, e riuniti nel numero di 40 esemplari per foglio, hanno le seguenti caratteristiche :

dimensioni : mm. 24 **x** 40, dentellatura 14 **x** 14, formato verticale ;

valori: L. 550, L. 1.200;

soggetto : unico, che riproduce la figura del Santo con aureola, ed in veste dimessa, che reca nella mano sinistra la croce e il giglio, simboli della fede e della innocenza, e con la mano destra solleva il monumento delle Tre Croci; sullo sfondo, la cattedrale di Wilna e il castello reale.

I due francobolli recano, in alto, la scritta « **PRIMARIUS LITHUANIAE PATRONUS** » e le date « 1484-1984 » ; sul lato destro, « s. **CASIMIRUS** », in basso, l'indicazione del valore e la dicitura «**POSTE VATICANE».**

Art. 3. - I francobolli di cui agli articoli precedenti hanno validità illimitata agli effetti postali, dalla data di entrata in vigore della presente ordinanza.

La tiratura è di 950.000 serie complete.

Art. 4. - La presente ordinanza sarà pubblicata, oltre che nei modi ordinari, mediante affissione nel Cortile di San Damaso, alla porta degli Unici del Governatorato e negli Uffici postali dello Stato, ed entrerà in vigore nei giorno stesso della sua pubblicazione.

Città del Vaticano, ventotto febbraio millenovecentoottantaquattro.

AGOSTINO Card. **CASAROLI,** *Presidente*

PAOLO Card. **BERTOLI**

MASSIMILIANO Card, **DE FURSTENBERG**

SILVIO Card. **ODDI**

GIUSEPPE Card. **PAUPINI**

GIUSEPPE MARIA Card. **SENSI**

PAOLO MARCINKUS, *Pro-Presidente*

Anno LV Città dèi Vaticano, martedì 28 febbraio 1984 Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI

DELLO STATO

DELLA CITTA DEL VATICANO

Pontificato di S. S. Giovanni Paolo II * Anno VI

N. LXX — Ordinanza della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano con la quale vengono determinate le date di inizio e di cessazione dell'ora estiva per il 1984.

28 feUraio 198k.

LA PONTIFICIA COMMISSIONE
PER LO STATO DELLA CITTÀ DEL VATICANO

Vista la legge 24 giugno 1969, n. LI;

Vista l'ordinanza 16 maggio 1966, n. XXVI, con la quale si istituisce l'ora estiva;

ORDINA

Art. 1. - Dalle ore due del 25 marzo 1984 alle ore tre del 30 settembre 1984, l'ora normale è anticipata, a tutti gli effetti, di sessanta minuti primi.

Art. 2. - La presente ordinanza sarà pubblicata, oltre che nei modi ordinari, mediante affissione nel Cortile di San Damaso, alla porta degli Uffici del Governatorato e negli Uffici postali dello Stato, ed entrerà in vigore nel giorno stesso della sua pubblicazione.

Città del Vaticano, ventotto febbraio millenovecentoottantaquattro.

AGOSTINO Card. **CASAROLI,** *Presidente*

PAOLO Card. **BERTOLI**

MASSIMILIANO Card, **DE FURSTENBERG**

SILVIO Card. **ODDI**

GIUSEPPE Card. **PAUPINI**

GIUSEPPE MARIA Card. **SENSI**

PAOLO MARCINKUS, *Pro-Presidente*

Anno LV Città del Vaticano, martedì 6 marzo 1984 Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI

DELLO STATO

DELLA CITTA DEL VATICANO

Pontificato di S. S. Giovanni Paolo II - Anno VI

Ñ. LXXI - Decreto della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano con il quale viene autorizzata la demonetizzazione di materiale numismatico.

6 marzo 1981¡.

LA PONTIFICIA COMMISSIONE
PER LO STATO DELLA CITTÀ DEL VATICANO

Vista la legge monetaria 31 dicembre 1930, n. XXI;

Viste le leggi 10 dicembre 1975, n. CXX, 10 dicembre 1976, n. CXXXI, 20 dicembre 1977, n. CXLIII, 25 luglio 1978, n. OLÌ, 15 marzo 1980, n. XIV, 10 dicembre 1980, n. XXIV, 10 febbraio 1982, n. XLI, con le quali sono state autorizzate la coniazione ed emissione di monete per gli anni 1975, 1976, 1977, 1978, 1979, 1980, 1981 ;

Ha emanato il seguente

DECRETO

Art. 1. - È autorizzata la demonetizzazione, mediante fusione e successivo recupero del metallo, del seguente materiale numismatico,

giacente quale residuo delle vendite annuali, in tagli da L. 500 in argento, presso il Governatorato dello Stato della Città del Vaticano:

per l'anno 1975, pezzi n. 14.500

per l'anno 1976, pezzi n. 44.000

per l'anno 1977, pezzi n. 36.000

per l'anno 1978, pezzi n. 20.000

per l'anno 1979, pezzi n. 7.500

per l'anno 1980, pezzi n. 28.000

per l'anno 1981, pezzi n. 28.000

per un totale di pezzi centosettantottomila.

Art. 2. - Il presente decreto entra in vigore nel giorno stesso della sua pubblicazione.

Città del Vaticano, sei marzo millenovecentoottantaquattro.

AGOSTINO Card. **CASAROLI,** *Presidente*

PAOLO Card. **BERTOLI**

MASSIMILIANO Card, **DE FÜRSTENBERG**

SILVIO Card. **ODDI**

GIUSEPPE Card. **PAUPINI**

GIUSEPPE MARIA Card. **SENSI**

PAOLO MARCINKUS, *Pro-Presidente*

Anno LV -Città del Vaticano, lunedì 26 marzo 1984 Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI

DELLO STATO

DELLA CITTA DEL VATICANO

Pontificato di S. S. Giovanni Paolo II - Anno VI

N. LXXII - Legge che autorizza la coniazione ed emissione di monete per l'anno 1983.

26 marzo 1984

GIOVANNI PAOLO PP. II

Di Nostro moto proprio e certa scienza, con la pienezza della Nostra sovrana autorità;

Vista la legge monetaria 31 dicembre 1930, n. XXI;

Viste le leggi 30 dicembre 1959, n. XI, 25 luglio 1978, n. GLI, 20 settembre 1979, n. IX, e 15 aprile 1983, n. LVIII, con le quali sono determinate nuove caratteristiche per le monete vaticane;

Vista la Convenzione monetaria sottoscritta il 29 marzo 1983 nella Città del Vaticano tra lo Stato della Città del Vaticano e Vitalia;

Abbiamo ordinato ed ordiniamo quanto appresso, da osservarsi come legge dello Stato:

Art. 1. - È autorizzata la coniazione e la emissione di monete metalliche del valore nominale di L. 10, L. 20, L. 50, L. 100, L. 200, L. 500,

L. 1.000, aventi le caratteristiche tecniche di cui all'articolo 2 della legge 30 dicembre 1959, n. XI, all'articolo 1 della legge 25 luglio 1978, n. OLI, all'articolo 2 della legge 20 settembre 1979, n. IX, e all'articolo 1 della legge 15 aprile 1983, n. LVIII.

Art. 2. - Le caratteristiche artistiche delle monete di cui all'articolo 1 sono le seguenti :

